The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto, Ontario

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/platonisphilosop11plat

# ΠΛΑΤΩΝ

# PLATONIS PHILOSOPHI
## QUAE EXSTANT
GRAECE AD EDITIONEM HENRICI STEPHANI
ACCURATE EXPRESSA
CUM MARSILII FICINI INTERPRETATIONE
ACCEDIT VARIETAS LECTIONIS
STUDIIS SOCIETATIS BIPONTINAE




*VOLUMEN UNDECIMUM*

BIPONTI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS
CIↃIↃCCLXXXVII

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
10 ELMSLEY PLACE
TORONTO 5, CANADA

MAR 3 1 1932

4854



# CONTINUATIO
# NOTITIAE LITERARIAE
## IO. ALB. FABRICII
### AUCTORIS
## DE SINGULIS LIBRIS PLATONIS.

---

I. ΙΠΠΙΑΣ *μείζων, ἢ περὶ τοῦ καλοῦ, ἀνατρεπτικός. De pulchro.* Hippias Eleus (de quo vid. Cicero de Orat. L. III, c. 32, ſ. 127 ſq.) Eleorum ad Athenienſes legatus & Sophiſta celebris, (quem Cicero notat in Bruto c. 8 & 85) in hoc dialogo, poſt varia de ſe arrogantius commemorata, refert, ſe Lacedaemone cum incredibili applauſu dixiſſe de praeceptis Neſtoris, quae dedit Neoptolemo, deſideranti noſſe pulcherrima vitae inſtituta, quibus iuvenis gloriam conſequi poſſit. Hinc Socrates petit occaſionem ex Hippia audiendi, quidnam ſit, quo aliquid eſt pulchrum, ac variis, quae afferuntur, Sophiſtae deſcriptionibus oſtendit, rem acu, quod dicitur, neutiquam tangi, pulchrumque differre a decoro, ab utili, a bono, ab eo quod delectat, & a voluptate coniuncta cum utilitate.

*Gallice* hunc dialogum vertit Franciſcus de *Maucroy* in Opp. proſ. & poët. T. I Pariſ. 1685, 12, & Amſtel. 1688, 12 mai. p. 164 — 216. Maucroiſius Eutyphronem quoque & Euthydemum vertit, (minime vero Hippiam minorem, quod ſupra in notitia vol. II praemiſſa p. VI per errorem diximus.) Et tres hi dialogi iuncti etiam leguntur in Bibliotheca vet. philoſ. Gallica, Platonis dialogis a Grouio & Dacerio verſis.

*Anglice* cum aliis *Sydenhamus* vol. I dial. Plat. Londin. 1767, 4; cf. praefat. Vol. III, p. IV.

*Germanice* I. F. *Kleukerus* vol. I Platonis Opp. germ. p. 207 — 266.

II ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ιγ', ἠθικαί. Epiſtolae XIII. Quas Demetrius libro de elocutione § 237, 243, Plutarchus de vitioſo pudore, Lucianus de lapſu inter ſalutandum, Origenes libris contra Celſum, Euſebius in praepar. & Iulianus Imp. lectas ſibi teſtantur; & agnoſcit inter γνήσια Platonis ſcripta Thraſyllus apud Laërtium III, n. XXXVI, ſect. 61, ed. noſtra T. I, p. XXXV. Ariſtophanes Grammaticus ibidem, ut Suidam (qui etiam Dionis principis Syracuſani ad Platonem epiſtolas memorat) Photium Epiſt. p. 207 & alios iuniores omittam. Vide & Lambecium T. VII comm. de Bibl. Vindob. p. 10. Sic Fabricius Bibl. Gr. L. II, c. X, § XVI, Tom. I ed. II, p. 418; dein L. III, c. I, n. XXXVI, T. II, p. 27 ſq.

*Prima* Dionis; *ſecunda* & *tertia* Platonis ad Dionyſium; *quarta* ad Dionem Syracuſanum; *quinta* ad Perdiccam; *ſexta* ad Hermiam, Eraſtum & Coriſcum Scepſios; *ſeptima* (liber pro epiſtola) & *octava* ad Dionis amicos; *nona* ad Archytam Tarentinum; *decima* ad Ariſtodorum, qui Laërtio eſt Ariſtodemus; *undecima* ad Leodamantem; *duodecima* iterum ad Archytam (quam Laërtius L. VIII, c. IV de Archyta n. IV ſect. 81 exhibet) & *tertia decima* ad Dionyſium, a Thraſyllo & Laërtio agnoſcuntur, ſed neſcio quare in Platonis editionibus, Criticorum νοθεύεται praefixum habeant. Fallitur autem Menagius ad Laërtium p. 155 & 158, ſcribens, inter tredecim illas deſiderari Epiſtolam ad Eraſtum & Coriſcum, quae laudatur a Clemente & Origene, & videri a Chriſtianis ſuppoſitam. Eſt enim *ſexta* inter eas, quas habemus, & agnoſcit Thraſyllus. Alterius epiſtolae ad Dionyſium ſeniorem meminit Laërtius L. III, de Platone n. XV ſect. 21, ed. noſtra T. I, p. XIV, Coriſci & Eraſti ad Platonem Pollux Lib. X, ſect. 150. Epiſtola Platonis ad Dionem, qua cen-

tum minis sibi emi rogabat commentarios Pythagoricos Philolai Crotoniatae, memorata Laërtio L. VIII, c. I, n. XV, s. 15, & c. VII, n. IV, s. 85. inter tredecim illas, quas dixi, non exstat, sed intercidit. Ordo apud Laërtium nobis T. I, p. XXXV a vulgato sic differt:

Vulg. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.
Laërt. 4. 5. 6. 10. 11. 8. 12. 13. 2. 1. 9. 3. 7.

Epistolis suis Plato solitus praefigere εὖ πράττειν, ut alii χαίρειν, vel γαθεῖν, vel εὖ διάγειν, vel ὑγιαίνειν, vel εὐλογεῖν. Vide Mericum Casaubonum & Menagium III, s. 61, Paulum Colomesium in Obss. sacris ad Act. Apost. XXIII, 26.

Prodiere primum *graece* (postquam eas *latine* dedisset Marsilius *Ficinus*) in Collectione epp. graecarum apud *Aldum*, Venetiis 1499, 4, cuius exemplum habet F. C. Exter, Prof. Bipont. curator Platonis; dein *graece* cum translatione *lat.* ab Adr. *Turnebo* dictata Keslero Tigurino, Paris. apud Christ. Wechel. 1548, 4. *Graece* in Collect. epp. ap. Christ. Wechel. 1557, 4.— *Gr.* & *lat.* in Iac. Cuiacii Coll. ep. Graecanicis mutuis antiq. Rhetorum, Oratorum, Philosophorum &c. Genevae 1606, fol. *Latine* praeter Ficinum & Serranum epp. XIII vertit Petrus *Ramus*, & dialecticis rerum summis breviter expositis, quae eius praelect. in Cic. Or. VIII Consul. cett. Basileae per Petrum *Pernam* editis an. 1580, 4 adiectae leguntur p. 521 — 606. — *Gr.* & *lat.* Epp. Platonis seorsim etiam prodiere opera & studio Io. Iac. *Beureri*, Prof. Friburg. cum notis Logicis, Ethicis & Politicis, Machiavellismo oppositis Basileae 1586, 4. — Inter epistolas Socratis & Socraticorum XXXV a Leone Allatio Parisiis an. 1637 cum versione sua notisque editas (de quibus agit Fabricius Bibl. Gr. L. II, c. X, § XXXV, T. I, ed. II, p. 430) XXIV Platoni tribuitur, octavam vero, quam ab Antisthene scriptam vult Allatius, Codex bibliothecae Bodleianae Baroccianus non Antistheni tribuit, sed Platoni (male quidem: nam a Platone, qui & ipse Siculis assedit mensis, quo nomine ipsum perstringit Xenophon Ep. ad Aeschinem apud Eusebium Praeparat. XV, 12 scriptam non esse, argumentum ipsum evincit) & in duas (recte sane) epistolas dis-

* *

B
363
1781

peſcit, atque ita, quales in hoc Codice repererat, cum verſione ſua edidit Godfr. *Olearius* in Exercit. adverſus Allatium de Scriptis Socratis edita Lipſ. 1696, 4. In hac eadem alias binas Epiſtolas ἀνεκδότους ex eodem Barocciano codice ſub Platonis nomine vulgavit, & latine vertit: tum has pariter & ceteras omnes ab Allatio vulgatas, non foetus illorum, quibus tribuuntur, philoſophorum, ſed Sophiſtarum longe recentiorum μελέτας eſſe, contendit, Allatiumque, qui in illis aſſerendis p. 105 ſq. deſudaverat, ex affectato ſcribendi genere, ſilentio veterum & aliis argumentis refellit. Th. *Stanleius* hiſtoriae ſuae philoſophicae Anglico ſermone editae p. 95 ſq. duas inſeruit Platonis epp. quae inter illas in Opp. eius editas deſiderantur, Anglice verſas, quarum alteram exhibet Laërtius in Archyta VIII, ſ. 81, altera eſt XXIV Allatii; quibus & illas antea a ſe editas iunxit *Olearius* in Stanleii hiſt. lat. verſa, Lipſ. 1711, 4. p. 321 — 323. Platonis & Ariſtotelis Epiſtolas de anima hominis, quatuor temporibus, Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 215 memorari praeterea obſervat Fabricius B. G. L. II, c. X, § XXXIX, T. I, p. 432.

III. ΑΞΙΟΧΟΣ, ἢ περὶ θανάτου, *de morte non metuenda*, ſed bono viro expetenda potius propter vitae praeſentis miſeriam & felicem animarum immortalitatem. »Occaſio dialogi, (ut Hieron. Wolfii verbis utamur) ſumitur ab hominis moribundi angoribus, & poenas inferorum timentis, & omnium bonorum in morte amiſſionem deplorantis. Cui ita reſpondet Socrates, a quo Cicero dilemma illud ſuum, primae Tuſculanae lubricum fundamentum, ſumſit, ut dicat, ſi mors hominis ſit univerſi interitus, nihil ſentientis, nihil in ullam partem intereſſe: ſin corpori ſuperſtes maneat animus, bonum virum fore beatiorem. Iis autem, qui improbe vixerunt, nulla prorſus a philoſophis adhibetur conſolatio.«

Auctor quidem dialogi quis ſit, nihil certi conſtare dicit Io. Frid. Fiſcherus, in praef. Axiochi ſua ita diſceptans: Alii enim, in quibus poſt Marſilium Ficinum, etiam Caſp. Barthium Adverſar. 54, 20 fuiſſe cognovi, *Xenocrati* eum, Platonis diſcipulo Speuſippique in Academia ſuc-

ceſſori, vindicandum putarunt: fortaſſe quod legerant apud Laërtium L. IV, c. II, n. IX, ſ. 12, philoſophum hunc *de morte* libellum reliquiſſe: quem tamen non dialogorum more ſcriptum fuiſſe, ipſa Laërtii verba videntur abunde declarare. Alii, in his ipſe *Thomas Magiſter* in verbo βούλομαι, ac Theodorus Prodromus (ſ. Hilarion, qui vixit ſec. XII ineunte) in Amarantho p. 442 ſq. reprehenſus eo nomine Gilb. Galmino in notis p. 564; ex recentioribus Eraſmus Adagg. p. 586, Mich. *Neander* in Anthologico Graeco - Lat. p. 400, Salmaſius Ex. Plin. p. 521, Seberus ad. Polluc. IX, 9 a Platone profectum eſſe voluerunt ob orationis formam ad poëticum genus accedentem. Alii denique, ut Meurſius de Areop. c. 9, p. 70, Moſacus in notis ad Harpocrat. voc. Ἀξίοχος & diſſ. crit. de Harpocr. p. 382 ed. Pariſ. & p. 399 ed. Blanc. Gatackerus Adverſſ. c. 12, p. 516, Spanhemius ad Callim. Del. 255 & 292, Clericus, Horreus in edd. ſuis, neſcio an rectius, auctorem credidere Socraticum *Aeſchinem*, quod Laërtius L. II, c. VII, § III, ſ. 61, & qui hunc exſcripſere, Suidas ac Phavorinus diſerte tradiderunt. Ipſe quidem clar. *Fiſcherus*, Axiochi, & ter editorum Dialogorum trium, quos Aeſchinis Socratici nomine inſignitos habemus, curator, in re incerta (cum Aeſchines in ſuo Axiocho Alcibiadem acerbe ut vinoſum & mulierum corruptórem perſtrinxiſſe dicatur Athenaeo Deipnoſoph. L. V, p. 220 ed. Caſaub. neque id in hoc dialogo legatur, adeoque ille duos huius nominis dialogos ſcripſiſſe improbabiliter ſumatur) auctoritatem virorum doctorum ſequi maluit in praeſcribendo Aeſchinis nomine. Dignus ſane Socratis diſcipulo Axiochus, vel ipſo Socrate, nativa quadam gratia commendabilis, ex ipſa ingenii animique humani indole ac fine repetitus, & ad mortem minus metuendam accommodatus. Axiochum *Graece* primus cum Platonis dialogis dedit Aldus 1513, & repetiit Io. Walderus Baſileae 1534; curatius vero Marcus Hopper in Baſilienſi II Platonis ad codices MSS. ex Italia ab Arnoldo Arlenio allatos recenſuit, pulchriuſque etiam de ipſo meritus eſt Henr. Stephanus, Platonis editor.

* * *

Singulariter autem de hoc dialogo meriti ſunt, *primus* Marſilius *Ficinus*, qui eum *latine* ſub tit. *Xenocratis Platonici de morte*, verſum & illuſtratum edidit an. 1497 ap. Aldum Manutium fol. unde repetita eſt ad calcem librorum Ficini de veritate religionis Chriſtianae Argentor. 1507, 4, & Baſileae 1532, 8; *alter* Rud. *Agricola* an. 1511 Antverp. 4, & 1518 Baſil. 4; atque haec verſio obtinuit etiam in quibuſdam Ficinianis Platonis latine loquentis, ut illa Baſileenſi 1539, Lugdunenſi Graeco-Latina 1590; *tertius* Bilibald. *Pirckheymer*, qui an. 1523 eum cum aliis Socraticis dialogis Platoni vulgo adſcriptis & perſpicue neque ineleganter verſis dedit teſte Fiſchero hoc tit. *Dialogi Platonis*, *Axiochus*, *vel de morte. Eryxias*, *vel de divitiis. De Iuſto. Num virtus doceri poſſit. Demodocus*, *vel de conſultando. Siſyphus*, *ſive de conſulendo. Clitophon*, *ſeu admonitorius. Definitiones Platonis. Bilibaldo Pirckheymer interprete.* Nurimbergae *apud Fridericum Peypus. Anno* M. D. XXIII. *Quartus* Axiochi interpres eſt Ioach. *Perionius* Pariſ. 1542, 4. Baſil. 1543, 8. Platonis Axiochus apud Chriſt. Wechelium, Pariſ. 1548, 4 (quam Sam. Engelius in Bibl. ſelect. ſub voce Platonis memorat) neſcio an ſit eadem Perionii. *Quintus* interpres eſt Ianus *Cornarius*, qui Platonem vertit integrum, & in Axiocho quoque libro ſcripto uſus eſt, ut oſtendit Hier. Wolfius. *Sextus* Hermannus *Raianus*; *ſeptimus* Hieron. Wolfius. Illius quidem verſio nova, ſed obſcura cum notis brevibus prodiit Colon. 1668, 4; hic vero ſuperavit omnes & in textu conſtituendo, & novae verſionis bonitate, notaſque adiecit uberiores, quamvis nullis videatur adiutus fuiſſe MSS. *Graece* igitur ſeorſim & *latine* editum invenimus Axiochum 8, ſ. l. & a. in Catal. Bibl. Thuanae P. II, p. 3 ſub voce Platonis, neſcimus an prius quam a Wolfio; niſi ipſa ſit Wolfii decerpta ex libro anonymo, qui prodiit hoc tit. *Doctrina recte vivendi ac moriendi*, Baſil. impenſis Petri *Pernae*, 1577, 8, quam ed. recuſam eſſe ibid. 1586, 8 memorat Fabricius Bibl. Gr. L. V, c. XLIII, n. 8.

Axiochum deinde poſt CXX annos cum duobus ceteris,

qui ſub Aeſchinis nomine circumferuntur, Eryxia ſ. de divitiis & dial. de Virtute ſeparatim vulgavit ſecundum Platonis Stephanianam & MS. Cod. Florentinum (quo uſus iam erat Arlenius in Hopperiano exemplo) *graece* cum *latina* ſua verſione, notiſque & ſilvis philologicis, Io. Clericus Amſtel. 1711, 8. tum cum nova verſione (neque tamen meliori) ſuiſque animadverſionibus Petrus *Horreus*, Leovard. 1718, 8. Ex his fluxit *prima* Io. Frid. *Fiſcheri* editio dialogorum trium, Eryxiae, de Virtute, & Axiochi, Graece cum variis lectionibus Lipſ. 1753, 8. Quinque poſt annis eiuſdem cura unus prodiit: *Axiochus Graece recenſuit notis illuſtravit indicemque verborum locupletiſ. cum Hier. Wolfii verſione latina notiſque uberioribus adiecit Io. Frider. Fiſcherus*, Lipſiae ex off. Langenhemia. A. C. cIↃIↃCCLVIII. Praefatus eſt ad affinem G. F. Gernhardum de auctore & edd. dialogi quaedam, quae & huc contulimus. Tum an. 1766 *Aeſchinis Socratici dialogos tres Graece iterum edidit recenſuit* ipſe *animadverſionibus illuſtravit indicemque verborum adiecit Io. Frid. Fiſcherus*, Lipſ. ſumtu Io. Godofr. *Mulleri*, A. C. cIↃIↃCCLXVI, 8. Qua in editione non ſolum ſuperiores Aeſchinis, ſed etiam primas Platonis edd. Stobaeum aliaque habuit ſubſidia, interdum quoque de coniectura, textum integritati ſuae reſtituit. Addidit & veterum teſtimonia & fragmenta Aeſchinis aucta. In praef. de recenſionibus & latinis interpr. differit; ſed in ipſo textu accuratius exprimendo minus diligens videtur, quam in culpando ſemper H. Stephano, quem ſequitur. An. 1786 noviſſima, eaque III, & iuſto plenior editio lucem vidit, quam ipſius titulo commendare malumus: *Aeſch. Socr. dialogi III Graece. Tertium edidit ad fidem codd. mſſ. Vindob. Medic. Aug. & libb. editt. Platonis Stobaeique veterum denuo recenſuit, emendavit, explicavit, indicemque verborum graecorum copioſiſſimum adiecit Ioh. Frider. Fiſcherus, Lipſiae. Apud heredes Mulleri*, 8 mai. cf. Notitias rerum novarum in orbe lit. Goettingenſes vernacule ſcriptas an. 1787, partic. 38 p. 375 ſq. Nimis forte videatur editor curioſus in congerenda obſſ. & male ab aliis coniectorum mole. Quid enim haec proſint ad dialogorum

intelligentiam iuventuti ſtudioſae? in cuius gratiam index uberrimus ſcriptus eſt diligentiſſime. Vitam quoque Aeſchinis, & teſtimonia praemiſit, clar. *Meinerſii* Prof. Goetting. Comment. de quibuſdam Socraticorum reliquiis, quae in Comm. Soc. Reg. ſcient. Goetting. T. V, p. 47 ſq. legebatur, & fragmenta ſubiecit.

*Germanice* verſum cum ceteris duobus vulgo *Aeſchinis* & Critone Platonis dedit ſollertiſſimus interpres Io. Mich. *Heinze* Gymn. Vinar. Direct. Deſſaviae & Lipſiae, 1783, 8.

IV. ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΥ, *De Iuſto*, quid ſit. Plures dialogos Platonem ſcripſiſſe, quibus conetur demonſtrare, quid ſit *iuſtitia*, neque tamen quidquam potuiſſe proferre, quod ſit perſpicuum, aut quod lectoribus perſuadeat, affirmat Iſidorus Peluſiota Lib. IV epiſt. 91.

Latine verterunt Bilib. *Pirckheymerus*, quod ad Axiochum adnotavimus; Sebaſt. *Corradus*, cuius dialogi VI nothi (Eryxias, Siſyphus, Demodocus, De iuſto, De virtute, & Definitiones) e Graeco in latinum verſi prodiere primum Lugduni ap. Seb. Gryphium 1543, 4.

V. ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ, *εἰ διδακτόν*. Inter Aeſchinis Socratici dialogos refertur a Suida in voc. Αἰσχίνης. Contendit, ut ſaepe alias Plato, Virtutem neque diſciplina, neque natura comparari, ſed θείᾳ μοίρᾳ ineſſe illis, qui eadem praediti ſunt. Latine verterunt Bilib. Pirckheymer. & Corradus. Graece & latine primus iunctum Eryxiae & Axiocho, ſeparatim edidere Clericus, Horreus, & Fiſcherus; illi quidem cum novis verſionibus. Germanice vertit clar. Io. Mich. *Heinze*.

VI. ΔΗΜΟΔΟΚΟΣ, ἢ *περὶ τοῦ συμβουλεύεσθαι*, quinam ad conſilium dandum idonei & digni ſint habendi. Meminit Laërtius L. III, n. XXXVI, f. 62; & Clemens Alex. Strom. I, p. 315 ed. Sylburg. recuſae 1688, addens, *εἰ δὴ τοῦ Πλάτωνος τὸ σύγγραμμα*. Latine verterunt Pirckheymerus & Corradus.

VII. ΑΚΕΦΑΛΟΣ, ἢ ΣΙΣΥΦΟΣ. Laërtius l. c. In Platonis editionibus inſcribitur Σίσυφος, ἢ *περὶ τοῦ βουλεύεσθαι*. Sui-

dae in voc. Αἰσχίνης, ἀκέφαλοι dicuntur esse Aeschinis, & Laërtio II, c. VII, n. III, s. 60 inter Aeschinis Socratici dialogos, quos a Xanthippe acceptos, Aeschines pro suis suppositos esse, calumniatus est Menedemus Eretriates, referuntur οἱ καλούμενοι ἀκέφαλοι. cf. cetera testimonia veterum apud Clericum & Fischerum in Aeschinis dialogis. Disputat hic dialogus, quid sit *deliberare*, ac *quaerere*, & quomodo haec inter se differant. Latine verterunt Bilib. *Pirckheymerus* & Seb. *Corradus*.

VIII. ΕΡΥΞΙΑΣ, ἢ Ἐρασίστρατος. Laërtius L. III, n. XXXVII, s. 62. Sed & inter Aeschinis Socratici dialogos a Suida refertur in Αἰσχίνης, apud quem duo diversi sunt Ἐρύξίας & Ἐρασίστρατος. In Platonis edd. inscribitur: Ἐρυξίας, ἢ περὶ πλούτου. Ἐν ἄλλῳ, Ἐρασίστρατος. Sane uterque in hoc dialogo colloquuntur, *Eryxias* Stirieus & *Erasistratus*. Tota autem disputatio est *de veris & falsis divitiis*. Latine verterunt Pirckheymerus & Corradus. *Graece* illum ceteris duobus, qui Aeschini vulgo tribuuntur, iunctum seperatim edidere *Clericus*, *Horreus* cum novis versionibus, & quod ad Axiochum pariter adnotavimus, *Fischerus*. *German.* interpretatus est doct. Io. Mich. *Heinze*, quem supra laudavimus.

IX. ΚΛΕΙΤΟΦΩΝ, ἢ προτρεπτικὸς, ἠθικός. *Exhortatorius*. Inter dubios dialogos eum reiicit Io. Serranus in editione Stephaniana, ad cuius exemplum quoque in edit. Lugdunensi an. 1590 dicitur νοθευόμενος διάλογος, & in edit. Francofurtana an. 1602 inter nothos repositus est; sed agnoscitur a Thrasyllo apud Laërtium III, 60, & a Laërtio III, 50, testato, nonnullos Clitophontem primo loco posuisse inter Platonis scripta III, 62. In hoc dialogo Clitopho, Aristonymi filius, rogatus a Socrate, cur Thrasymachum praeferat, respondet, quod cum praeclaras ab ipso (Socrate) exhortationes ad virtutem saepius audiisset, non potuerit ab eodem hactenus percipere, qua in re *virtus* ipsa consistat, & quomodo feliciter in illius studio sit progrediendum; itaque si hoc vel ignoraret Socrates, vel docere se nollet, merito se ad Thrasymachum

vel alium quemcunque potius conferre discendi causa. Quid vero Socrates Clitophonti responderit, non additur. Neque igitur hunc respexit, ut verum Platonis foetum, Patricius p. 338 discuss. Peripatet. cum solum Philebum, Minoa ac Critiam e Platonis scriptis, truncos ad nostram aetatem perveniisse scribit.

*Latinum* hunc fecit post *Ficinum* Bilibaldus *Pirckheymerus*, cum aliis vulgo Platoni adscriptis, Norimb. 1523 (vid. supra in Axiocho).

X ΟΡΟΙ, *Definitiones*. Laërtio non memoratae, Platoni tribuuntur ab Ammonio in Παίδευσις; sane ex Platone collectae sunt. Sub Speusippi nomine edidit latine a se translatas Marsilius *Ficinus*. equidem Speusippum ὅρους scripsisse testatur Laërtius IV, s. 5, c. 1, n. XI, s. 5. Latine eas praeter ipsum fecere *Pirckheymerus* & *Corradus*.

---

## *Addenda ad notitiam literariam singulorum scriptorum.*

Vol. I, notit. liter. p. XCII: Platonis Eutyphronem, Apologiam Socratis, Critonem, Phaedonem, tertiis curis *graece* ad fidem Codd. MSS. Tubing. Augusst. aliorumque veterum, recensuit, emendavit, explicavit Io. Frid. *Fischerus*, Lipsi. ap. Schwickert. 1783, 8 mai. De nova hac editione denuo forte nimium & inutiliter aucta vide, quid existimatum sit in Comm. liter. Goettingische gelehrte Anzeigen 1784, p. 962 sq.

ibid. p. XCVI. *Criton.* hunc dialogum cum tribus illis, qui vulgo Aeschinis nomen prae se ferunt, *Germ.* versos edidit vir doct. Io. Mich. *Heinze*, Dessav. & Lipsi. 1783, 8.

ad p. XCIX *Graece* & *lat.* Platonis Phaedo s. de animo, Parisiis 1553, 4, addendus ibi est in paginae principio.

Vol. III, p. V. Euthydemo ſubiicias & Vol. IV, p. III Gorgiae edd. interponas hunc libelli titulum: *Platonis* Euthydemus & Gorgias. Recenſuit, vertit, notaſque ſuas adiecit Martinus Ioſephus *Routh*, A. M. Collegii D. Mariae Magd. Socius. Ex prelo Clarendon. 1784, 8 mai. Secutus eſt doctiſſimus vir iuvenis in utroque edendo lectionem Stephanianam, niſi ubi a prioribus in deterius deſciviſſet. Notae criticum exhibent apparatum, eumque ex lectionibus codicis Bibl. reg. Pariſ. & quod ad Gorgiam attinet, etiam ex MS. Bibl. Bodleianae, praeterea obſervationibus MS. Thomae Waldgravii in Platonem; ubique iudicium ſuum apte ad ſenſum ſcriptoris & modeſte addidit, & illuſtravit ipſum auctorem, quem de integro vertit. cf. Commentarios rerum in orbe lit. novarum Goettingenſes vernacule ſcriptos an. 1786, partic. CXXVIII, p. 1277 ſq.

Vol. VIII, p. IV. *De legibus* libros omnes vertit *germanice* vir in Graecis ſcriptoribus interpretandis cum laude verſatus Io. Georg. *Schulteſs*, Turicenſis, Eccleſiaſtes Moench-Altorfinus & Camerarius Capituli Kyburgenſis: Platons Unterredungen über die Geſetze, aus dem Griechiſchen überſetzt. Zürch, bey Caſp. Fueſsly 1787, 2 voll. 8. Notas interpres ſubiecit ſcite ſcriptas, etiam criticas, pariterque illas Rev. P. *Grou* ex Gallica eius verſione ſumtas. In praefatione autem erratum a nobis arguit, quod editionem Minois & Librorum de legibus & Epinomidis Graecam Lovanii 1531, 4, quae penes G. C. *Crollium* Prof. eſt, ex recognitione Franc. *Craneveldii* prodiiſſe dixerimus, cum tantum a Rutgero Reſcio (IC. & Prof. Gr. linguae, qui Lovanii inſtituerat officinam typographicam) dedicata ſit Craneveldio: quod ipſi dixeramus vol. I, p. XCI faſcic. Nos vero putabamus, Reſcium editionem

ſuam exegiſſe ad exemplum a Craneveldio ante recognitum, operaſque rexiſſe, ut quam emendatiſſime prodiret. Audiant lectores verba Reſcii ad Craneveldium ſcribentis: *Divini Platonis, divinum plane opus de inſtitutis rerum publicarum, ac de optimis, ut Cicero ait, legibus, noſtris excuſurus typis neminem invenire potui, cui potius* in eo recognoſcendo *noſtram operam dicandam exiſtimarem, quam tibi D.* Craneveldi, *legum antiſtes eximie. Sic enim in earum ſacrario verſatus es, ut non immerito Caeſ. Mai. te in ſenatum ſuum delegerit. Sic etiam linguarum ac bonarum literarum es peritus, ut optimo iure harum ſtudioſi te ſuum patronum agnoſcant. Quem cum & ego ſim expertus maxime benevolum ac benignum,* ingratus *prorſus eſſem, ſi* beneficii accepti immemor *eſſem, ac non potius vel quibus poſſem modis grati erga te animi mei ſpecimen aliquod exhiberem. Accipias igitur Platonis, viri, quemadmodum Cicero aſſerit, doctiſſimi atque omnium philoſophorum graviſſimi* opus *hoc* de Legibus *pro noſtra virili* emaculatum, *quo a me offertur animo,* cumque tuo, *ubi vacabit,* conferas. *Omnino confido futurum, ut pronunties non in paucis locis hoc ipſum ceteris exemplaribus* [*Aldinis 1513,*] *emendatius. Utinam vero tantum tibi contingat otii, ut, quemadmodum anno ſuperiori a nobis tibi datos Xenophontis commentarios latinos feceris, ita hos quoque Platonis libros latinitate dones: quos cum in lucem dederis, mirabuntur non ſine cauſa, qui te & tuas occupationes noverunt, tantam tamen Graecae linguae peritiam te aſſecutum eſſe, idque αὐτοδίδακτον. — Lovanii pridie Idibus Ian. 1531.* Videant iam Lectores, noſne ſuam cuique, Craneveldio, & Reſcio laudem reddiderimus, illi recognitionis, huic curae in accurate edendo libro operiſque regundis, an in eo iniuſti fuerimus.

# ΙΠΠΙΑΣ ΜΕΙΖΩΝ

# ΙΠΠΙΑΣ ΜΕΙΖΩΝ

Η

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΛΟΥ

'Ανατρεπτικός.

---

# HIPPIAS MAIOR

SIVE

## DE PULCHRO

Ad Sophiſtarum naenias evertendas.

---

### *ARGUMENTUM.*

*Socrates Hippiam, occaſione ſumta ab eius quadam oratione, quae de pulchris officiis diſſerebat, quid ſit ipſum per ſe pulchrum, quo reliqua omnia pulchra fiunt, interrogat. Primum Hippias, pulchram virginem, ipſum pulchrum eſſe reſpondet. Quod ut refutavit Socrates, ad aurum Sophiſta confugit, auroque omnia pulchra fieri, ac proinde, aurum eſſe ipſum pulchrum, aſſerit. Hoc etiam refellit Socrates, nec non & tertiam eiuſdem Sophiſtae opinionem, pulchrum exiſtimantis eſſe corpore bene valere, divitem & honoratum eſſe, ſenem mori, ſepeliri a filiis, ſepeliſſe parentes, ceteraque huiuſmodi. His confutatis Socrates, iam ad altiora tendens, non quod ſenſus opinioni, ſed quod opinioni ratio porrigit, infert: non tam*

*certe ut doceat, quid pulchrum sit, quam ut, quid non sit, ostendat, & vanam fallacemque Sophistarum doctrinam in Hippiae Sophistae persona traducat. Ex hac disputatione, ac similibus, animadvertatur, quaenam sit vera & commoda via agendi adversus Sophistas: in quorum nugis refellendis non tam laborandum est, quam in iisdem indicandis, utpote quae indicatae per se concidant atque evanescant.*

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΙΠΠΙΟΥ ΜΕΙΖΟΝΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΙΠΠΙΑΣ.

p. 281 a. ΙΠΠΙΑΣ ὁ καλός τε καὶ σοφὸς, ὡς διὰ χρόνου ἡμῖν κατῆρας εἰς τὰς Ἀθήνας. ΙΠ. Οὐ γὰρ σχολὴ, ὦ Σώκρατες. ἡ γὰρ Ἦλις, ὅταν τι δέηται διαπράξασθαι πρός τινα τῶν πόλεων, ἀεὶ ἐπὶ πρῶτον ἐμὲ ἔρχεται τῶν πολιτῶν, αἱρουμένη πρεσβευτὴν ἡγουμένη δικαιῆν καὶ ἄγγελον ἱκανώτατον εἶναι τῶν λόγων οἳ ἂν παρὰ τῶν πόλεων ἑκάστων λέ- b. γωνται. πολλάκις μὲν οὖν καὶ εἰς ἄλλας πόλεις ἐπρέσβευσα, πλεῖστα δὲ περὶ πλείστων καὶ μεγίστων εἰς τὴν Λακεδαίμονα. διὸ δὴ, ὃ καὶ σὺ ἐρωτᾷς, οὐ θαμίζω εἰς τούσδε τοὺς τόπους. ΣΩ. Τοιοῦτον μέντοι, ὦ Ἱππία, ἐστὶ τὸ τῇ ἀληθείᾳ

DIALOGI PERSONAE

SOCRATES, HIPPIAS.

O SAPIENS & pulcher Hippia, quam longo intervallo Athenas venisti! *Hip.* Non datur, o Socrates, otium. nam Elienses cives, quoties cum civitate quapiam aliquid est tractandum, mihi prae ceteris legationes committunt, idoneum me iudicem ac nuntium existimantes eorum, quae apud singulas civitates dicuntur. Quamobrem saepe & ad alias urbes, saepius etiam & de maximis rebus Lacedaemonem legatus accessi. quo fit, ut haec loca, quod ipse quaerebas, minus frequentem. *So.* Hoc certe, o Hippia, sapientis perfecti-

σοφόν τε καὶ τέλειον ἄνδρα εἶναι. σὺ γὰρ καὶ ἰδίᾳ ἱκανὸς εἶ, παρὰ τῶν νέων πολλὰ χρήματα λαμβάνων, ἔτι πλείω ὠφελεῖν ὧν λαμβάνεις· καὶ αὖ δημοσίᾳ τὴν σαυτοῦ πόλιν ἱκανὸς εὐεργετεῖν· ὥσπερ χρὴ τὸν μέλλοντα μὴ καταφρονήσεσθαι, c.
ἀλλ' εὐδοκιμήσειν ἐν τοῖς πολλοῖς. ἀτὰρ, ὦ Ἱππία, τί ποτε τὸ αἴτιον ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐκεῖνοι, ὧν ὀνόματα μεγάλα λέγεται ἐπὶ σοφίᾳ, Πιττακοῦ τε καὶ Βίαντος, καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Μιλήσιον Θαλῆν, καὶ ἔτι τῶν ὕστερον, μέχρις Ἀναξαγόρου, ὡς ἢ πάντες ἢ οἱ πολλοὶ αὐτῶν φαίνονται ἀπεχόμενοι τῶν πολιτικῶν πράξεων; ΙΠ. Τί δ' οἴει, ὦ Σώκρατες, ἄλλό γε ἢ ἀδύνατοι ἦσαν καὶ οὐχ ἱκανοὶ ἐξικνεῖσθαι φρονήσει ἐπ' ἀμ- d.
φότερα, τά τε κοινὰ καὶ τὰ ἴδια; ΣΩ. Ἆρ' οὖν, πρὸς Διὸς, ὥσπερ αἱ ἄλλαι τέχναι ἐπιδεδώκασι, καί εἰσι παρὰ τοὺς νῦν δημιουργοὺς οἱ παλαιοὶ φαῦλοι, οὕτω καὶ τὴν ὑμετέραν τὴν τῶν σοφιστῶν τέχνην ἐπιδεδωκέναι φῶμεν, καὶ εἶναι τῶν ἀρχαίων τοὺς περὶ τὴν σοφίαν, φαύλους πρὸς ὑμᾶς; ΙΠ. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς λέγεις. ΣΩ. Εἰ ἄρα νῦν ἡμῖν, ὦ Ἱππία, ὁ

que viri proprium eſt. Tu quidem cum privatim, multa ab adoleſcentibus accepta pecunia, plus etiam conferre illis, quam quae acceperis, vales: tum publice patriae tuae prodeſſe, ut decet eum, qui non contemnendus vulgo, ſed ſummo in pretio ſit habendus. Ceterum, quaenam, o Hippia, cauſa, quod priſci illi, qui ſapientum magnum cognomen adepti ſunt, Pittacus atque Bias, & qui Thaletis Mileſii tempore, quive deinceps uſque ad Anaxagoram, ſapientiae ſtudio floruerunt, vel omnes, vel plurimi civilibus rebus abſtinuere? *Hip.* Quid aliud putas, o Socrates, quam imbecillitatem ingenii, cum non poſſent utraque, privata, & publica, prudenter adminiſtrare? *So.* An vero putas, quemadmodum ceterae artes incrementum tempore ſuſceperunt, adeo ut noſtri temporis artifices ſuperioribus longe praecellant: ita & facultatem veſtram, ſtudium videlicet Sophiſtarum, creviſſe, ac veteres ſapientiae ſtudioſos, ſi vobiſcum comparentur, viles admodum exſtitiſſe? *Hip.* Recte omnino loqueris. *So.* Ergo ſi hodie Bias reviviſcat, a

p. 282 a. Βίας ἀναβιώη, γέλωτ' ἂν ὄφλοι πρὸς ὑμᾶς. ὥσπερ καὶ τὸν Δαίδαλον φασὶν οἱ ἀνδριαντοποιοὶ νῦν, εἰ γενόμενος τοιαῦτ' ἐργάζοιτο οἷα ἦν ἀφ' ὧν τοὔνομ' ἔσχε, καταγέλαστον ἂν εἶναι. ΙΠ. Ἔστι μὲν ταῦτα, ὦ Σώκρατες, οὕτως ὡς σὺ λέγεις· εἴωθα μέντοιγε ἔγωγε τοὺς παλαιούς τε καὶ προτέρους ἡμῶν, προτέρους τε καὶ μᾶλλον ἐγκωμιάζειν ἢ τοὺς νῦν· εὐλαβούμενος μὲν φθόνον τῶν ζώντων, φοβούμενος δὲ μῆνιν τῶν τετελευτηκότων. ΣΩ. Καλῶς γε σὺ, ὦ Ἱππία, νομίζων b. τε καὶ διανοούμενος, ὡς ἔμοιγε δοκεῖς. συμμαρτυρῆσαι δέ σοι ἔχω ὅτι ἀληθῆ λέγεις· καὶ τῷ ὄντι ὑμῶν ἐπιδέδωκεν ἡ τέχνη πρὸς τὸ καὶ τὰ δημόσια πράττειν δύνασθαι μετὰ τῶν ἰδίων. Γοργίας τε γὰρ οὗτος ὁ Λεοντῖνος σοφιστὴς δεῦρο ἀφίκετο, δημοσίᾳ οἴκοθεν πρεσβεύων, ὡς ἱκανώτατος ὢν Λεοντίνων τὰ κοινὰ πράττειν· καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ ἔδοξεν ἄριστα εἰπεῖν, καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος, καὶ συνὼν τοῖς νέοις, χρήματα c. πολλὰ εἰργάσατο καὶ ἔλαβεν ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως. εἰ δὲ βούλει, ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος Πρόδικος οὗτος πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε δημοσίᾳ ἀφίκετο, ἀτὰρ τατελευταῖα ἔναγχος ἀφι-

vobis iure irrideretur: quemadmodum ipsum Daedalum sculptores aiunt, si revivisens talia fabricaret, qualia quondam, ex quibus sibi gloriam comparavit, ridiculum fore. *Hip.* Sic se res habet, ut ais, o Socrates. verumtamen priscos homines praeferre semper recentioribus consuevi, ut & viventium invidiam, & defunctorum indignationem vitarem. *So.* Probe, o Hippia, & sentire & loqui mihi videris. ego quoque testari possum, te vera loqui. nam revera vestra facultas adaucta est, quae cum privatis obire etiam publica potest. Gorgias siquidem hic, Leontinus Sophista, huc patriae suae legatus venit, utpote qui esset ad tractanda ista publica munera Leontinorum omnium praestantissimus: is & ad populum concionari praeclare iudicatus est, & privatim disputando, & cum iuvenibus conversando, magnum quaestum fecit, cepitque ex hac urbe. quin etiam, si audire vis, amicus noster Prodicus & saepe alias publicis muneribus functus est, &

κόμενος δημοσίᾳ ἐκ Κέω, λέγων τ' ἐν τῇ βουλῇ πάνυ εὐδοκίμησε, καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος, καὶ τοῖς νέοις συνὼν, χρήματα ἔλαβε θαυμαστὰ ὅσα. τῶν δὲ παλαιῶν ἐκείνων οὐδεὶς πώποτε ἠξίωσεν ἀργύριον μισθὸν πράξασθαι, οὐδ' ἐπιδείξεις ποιήσασθαι ἐν παντοδαποῖς ἀνθρώποις τῆς ἑαυτοῦ σο- d.
φίας. οὕτως ἦσαν εὐήθεις, καὶ ἐλελήθει αὐτοὺς ἀργύριον ὡς πολλοῦ ἄξιον εἴη. τούτων δ' ἑκάτερος πλέον ἀργυρίου ἀπὸ σοφίας εἴργασαι, ἢ ἄλλος δημιουργὸς ἀφ' ἥστινος τέχνης· καὶ ἔτι πρότερος τούτων Πρωταγόρας. ΙΠ. Οὐδὲν γὰρ, ὦ Σώκρατες, οἶσθα τῶν καλῶν περὶ τοῦτο. εἰ γὰρ εἰδείης ὅσον ἀργύριον εἴργασμαι ἐγὼ, θαυμάσαις ἄν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ· ἀφικόμενος δέ ποτε εἰς Σικελίαν, Πρωταγόρου αὐτόθι ἐπιδημοῦντος καὶ εὐδοκιμοῦντος, καὶ πρεσβυτέρου ὄντος, καὶ e.
πολὺ νεώτερος ὢν, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πάνυ πλέον ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν μνᾶς εἰργασάμην· καὶ ἐξ ἑνός γε χωρίου πάνυ σμικροῦ, Ἰνυκοῦ, πλέον ἢ εἴκοσι μνᾶς. καὶ τοῦτο ἐλθὼν οἴκαδε φέρων τῷ πατρὶ ἔδωκα· ὥστε ἐκεῖνον καὶ τοὺς ἄλλους

nuper ex Ceo inſula publice veniens, cum in conſilio dixiſſet, ſummopere probatus eſt: & privatim ſui ſpecimen praebens, iuveneſque erudiens, pecunias innumeras eſt lucratus. E priſcis autem illis nullus unquam voluit argenti mercedem ſequi, aut propriam ſapientiam in coetu diverſorum hominum oſtentare: adeo inepti & imperiti erant, eoſque, quanti argentum ſit, latebat. Sed uterque illorum, quos modo retuli, plus argenti ſapientia ſua, quam alius quivis artifex ex qualibet arte cumulavit: idemque Protagoras ante illos effecit. *Hip.* Nihil, o Socrates, egregium hac in re noſti. nam ſi videres, quantum ego argenti lucratus ſum, mirareris. Mitto alia. verum in Siciliam quandoque profectus, ubi tunc Protagoras habitabat, ſummoque in honore habebatur, me ſenior, ego multo quam ille iunior brevi plus quam centum & quinquaginta minas collegi, & ex regione quadam anguſta, Inyca nomine, plus quam minas viginti: cumque domum rediiſſem, patri dedi: quod quidem tam ille, quam reliqui ci-

πολίτας θαυμάζειν τε καὶ ἐκπεπλῆχθαι. καὶ σχεδόν τι οἶμα. ἐμὲ πλείω χρήματα εἰργάσθαι ἢ ἄλλους σὺν δύο οὑστινας βούλει τῶν σοφιστῶν. ΣΩ. Καλόν γε, ὦ Ἱππία, λέγεις καὶ
p. 283 μέγα τεκμήριον σοφίας τῆς τε σεαυτοῦ, καὶ τῶν νῦν ἀνθρώ-
a. πων, πρὸς τοὺς ἀρχαίους ὅσον διαφέρουσι. τῶν γὰρ προτέρων περὶ Ἀναξαγόρου λέγεται πολλὴ ἀμαθία κατὰ τὸν σὸν λόγον. τοὐναντίον γὰρ Ἀναξαγόρᾳ φασὶ συμβῆναι ἢ ὑμῖν. καταλειφθέντων γὰρ αὐτῷ πολλῶν χρημάτων καταμελῆσαι, καὶ ἀπολέσαι πάντα· οὕτως αὐτὸν ἀνόητα σοφίζεσθαι. λέγουσι δὲ καὶ περὶ ἄλλων τῶν παλαιῶν ἕτερα τοιαῦτα. τοῦτο μὲν οὖν μοι δοκεῖς καλὸν τεκμήριον ἀποφαίνειν περὶ σο-
b. φίας τῶν νῦν πρὸς τοὺς προτέρους· καὶ πολλοῖς συνδοκεῖ, ὅτι τὸν σοφὸν, αὐτὸν αὐτῷ μάλιστα δεῖ σοφὸν εἶναι. τούτου δ' ὅρος ἐστὶν ἄρα, ὃς ἂν πλεῖστον ἀργύριον ἐργάσηται. καὶ ταῦτα μὲν ἱκανῶς ἐχέτω· τόδε δέ μοι εἰπὲ, Σὺ αὐτὸς πόθεν πλεῖστον ἀργύριον εἰργάσω τῶν πόλεων εἰς ἃς ἀφικνῇ; ἢ δῆλον ὅτι ἐκ Λακεδαίμονος; οὗπερ καὶ πλειτάκις ἀφῖξαι. ΙΠ. Οὐ μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Πῶς φῄς; ἀλλ' ἐλάχιστον; ΙΠ.

ves, vehementer admirati ſunt. enimvero me plures ferme pecunias, quam duos alios ſimul, quoſcunque vis, Sophiſtas congregaſſe exiſtimo. *So.* O rem praeclaram! potiſſimum, Hippia, id argumentum eſt, quanto & tu & alii huius ſeculi veteres illos ſuperatis. nam quanta eorum, qui ante Anaxagorae tempora fuerunt, inſcitia videri poteſt? cum ille, contra ac vobis contigit, amplum patrimonium cum accepiſſet, neglexiſſe diſſipaſſeque dicatur: adeo ſtulte philoſophatus eſt: deque ceteris illorum temporum ſapientibus alia quaedam huiuſmodi tradunt. Quapropter optimam hanc attuliſſe coniecturam videris, quod ſapientes noſtri ſuperioribus praeſtant: multique in hoc conſentiunt, ſapientem inprimis ſibi ipſi ſapere oportere. huius autem haec eſt ſumma, ut argentum plurimum acquiratur. Et de iis ſatis. hoc autem mihi dicas, cum multas urbes adieris, ubinam potiſſimum lucratus es? num Lacedaemone, quo frequentius es profectus? *Hip.* Non,

Οὐδὲν μὲν οὖν τοπαράπαν πώποτε. ΣΩ. Τέρας λέγεις· καὶ c.
θαυμαστὸν, ὦ Ἱππία. καί μοι εἰπὲ πότερον ἡ σοφία ἡ σὴ οὐχ
οἷα τοὺς συνόντας αὐτῇ καὶ μανθάνοντας εἰς ἀρετὴν βελ-
τίους ποιεῖν. ΙΠ. Καὶ πολύ γε, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἀλλὰ
τοὺς μὲν Ἰνυκινῶν υἱεῖς οἵόστε ἦσθα ἀμείνους ποιῆσαι, τοὺς
δὲ Σπαρτιατῶν, ἠδυνάτεις; ΙΠ. Πολλοῦ γε δέω. ΣΩ. Ἀλ-
λὰ δῆτα Σικελιῶται μὲν ἐπιθυμοῦσιν ἀμείνους γίγνεσθαι,
Λακεδαιμόνιοι δ' οὔ. ΙΠ. Πάντως που, ὦ Σώκρατες, καὶ d.
Λακεδαιμόνιοι. ΣΩ. Ἆρ' οὖν χρημάτων ἐνδείᾳ ἔφευγον τὴν
σὴν ὁμιλίαν; ΙΠ. Οὐ δῆτα· ἐπεὶ ἱκανὰ αὐτοῖς ἐστι. ΣΩ. Τί
δῆτ' ἂν εἴη ὅτι ἐπιθυμοῦντες καὶ ἔχοντες χρήματα, καὶ σοῦ
δυναμένου τὰ μέγιστα αὐτοὺς ὠφελεῖν, οὐ πλήρη σὲ ἀργυ-
ρίου ἀπέπεμψαν; ἀλλ' ἐκεῖνο, μῶν μὴ Λακεδαιμόνιοι σοῦ
βέλτιον ἂν παιδεύσειαν τοὺς αὑτῶν παῖδας; ἢ τοῦτο φῶμεν
οὕτω; καὶ σὺ συγχωρεῖς; ΙΠ. Οὐδ' ὁπωστιοῦν. ΣΩ. Πότε- e.
ρον οὖν τοὺς νέους οὐχ οἷόστ' ἦσθα πείθειν ἐν Λακεδαίμονι,
ὡς σοὶ συνόντες πλέον ἂν εἰς ἀρετὴν ἐπιδιδοῖεν, ἢ τοῖς ἑαυ-

per Iovem, o Socrates. *So.* Quid ais? numquid minimum? *Hip.* Immo nihil penitus unquam. *So.* Monſtrum eſt & mirabile, quòd dicis, o Hippia: ac mihi dic, utrum ſapientia tua illos, qui tecum verſantur, diſcuntque, meliores ad virtutem efficere poſſit, necne? *Hip.* Et maxime quidem. *So.* Numquid Inyciorum civium filios meliores reddere potuiſti, filios autem Spartanorum minime? *Hip.* Abſit. *So.* An forte Siculi meliores fieri ſtudent, Lacedaemones negligunt? *Hip.* Immo & Lacedaemones idem affectant. *So.* Num pecuniarum defectu tua conſuetudine caruerunt? *Hip.* Nequaquam. ſatis enim divites ſunt. *So.* Cum igitur ſapientiam affectarent, & ſuppeterent facultates, tuque illis magnas utilitates afferre poſſes, cur non inde locupletiſſimus rediiſti? an forte ipſi Lacedaemones melius, quam tu, filios ſuos erudiunt? Vis ita dicamus? ac tu conſentis? *Hip.* Nullo modo. *So.* Utrum iuvenibus Lacedaemone perſuadere non potuiſti, ut tibi adhaerentes magis proficerent ad virtutem, quam ſi cum ſuis vi-

τῶν; ἢ τοὺς ἐκείνων πατέρας ἠδυνάτεις πείθειν ὅτι σοὶ χρὴ παραδιδόναι μᾶλλον ἢ αὐτοὺς ἐπιμελεῖσθαι, εἴπέρ τι τῶν υἱῶν κήδονται; οὐ γάρ που ἐφθόνουν γε τοῖς ἑαυτῶν παισὶν ὡς βελτίσους γενέσθαι. ΙΠ. Οὐκ οἶμαι ἔγωγε φθονεῖν. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν εὐνομός γ' ἡ Λακεδαίμων. ΙΠ. Πῶς γὰρ οὔ;
P. ΣΩ. Ἐν δέ γε ταῖς εὐνόμοις πόλεσι τιμιώτατον ἡ ἀρετή.
284 a. ΙΠ. Πάνυ γε. ΣΩ. Σὺ δὲ ταύτην παραδιδόναι ἄλλῳ κάλλις' ἀνθρώπων ἐπίσασαι. ΙΠ. Καὶ πολύ γε, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ὁ οὖν κάλλις' ἐπισάμενος ἱππικὴν παραδιδόναι, ἆρ' οὐκ ἂν ἐν Θετταλίᾳ τῆς Ἑλλάδος μάλισα τιμῷτο, καὶ πλεῖσα χρήματα λαμβάνοι; καὶ ἄλλοθι ὅπου τοῦτο σπουδάζοιτο; ΙΠ. Εἰκός γε. ΣΩ. Ὁ δὴ δυνάμενος παραδιδόναι τὰ πλείσου
b. ἄξια μαθήματα εἰς ἀρετὴν, οὐκ ἐν Λακεδαίμονι μάλισα τιμήσεται, καὶ πλεῖσα ἐργάσεται χρήματα, ἂν βούληται, καὶ ἐν ἄλλῃ πόλει ἥτις τῶν Ἑλληνίδων εὐνομεῖται; ἀλλ' ἐν Σικελίᾳ, ὦ ἑταῖρε, οἴει μᾶλλον καὶ ἐν Ἰνυκῷ, ταῦτα πειθώμεθα, ὦ Ἱππία. ἐὰν γὰρ σὺ κελεύῃς, πειστέον. ΙΠ. Οὐ

xerint? an parentes inducere non potuisti, ut tibi filios potius, quam diligentiae suae, committerent, si modo filiorum curam haberent? neque enim adeo invidebant filiis, ut optimos evadere nollent. *Hip.* Equidem invidisse non arbitror. *So.* Numquid Lacedaemon bonis legibus instituta est? *Hip.* Bonis profecto. *So.* In civitatibus vero bonis legibus institutis virtus maxime omnium honoratur. *Hip.* Maxime quidem. *So.* Tu autem hanc aliis tradere, prae ceteris hominibus optime nosti. *Hip.* Prorsus, o Socrates. *So.* Qui facultatem equestrem egregie docere potest, nonne in Thessalia magis, quam in reliqua Graecia, coleretur, lucrareturque plurimum, similiterque & alibi, ubicunque haec ars in pretio est? *Hip.* Consentaneum id quidem. *So.* Qui ergo potis est praeclarissimis virtutis praeceptis iuvenes instituere, cur non Lacedaemone summopere honoretur, ibique innumeras affatim pecunias cumulet, ac similiter in quacunque civitate Graecorum virtus maximi aestimatur? At forte in Sicilia magis & Inyca, putas,

γὰρ πάτριον, ὦ Σώκρατες, Λακεδαιμονίοις κινεῖν τοὺς νόμους, οὐδὲ παρὰ τὰ εἰωθότα παιδεύειν τοὺς υἱεῖς. ΣΩ. Πῶς λέγεις; Λακεδαιμονίοις οὐ πάτριον ὀρθῶς πράττειν, ἀλλ' ἐξαμαρτάνειν; ΙΠ. Οὐκ ἂν φαίην ἔγωγε, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. c. Οὐκοῦν ὀρθῶς ἂν πράττοιεν, βέλτιον ἀλλὰ μὴ χεῖρον παιδεύοντες τοὺς νέους; ΙΠ. Ὀρθῶς. ἀλλὰ ξενικὴν παίδευσιν οὐ νόμιμον αὐτοῖς παιδεύειν· ἐπεὶ, εὖ ἴσθι, εἴπέρ τις ἄλλος ἐκεῖθεν χρήματα ἔλαβε πώποτε ἐπὶ παιδεύσει, καὶ ἐμὲ ἂν λαβεῖν πολὺ μάλιστα. χαίρουσι γοῦν ἀκούοντες ἐμοῦ καὶ ἐπαινοῦσιν· ἀλλ', ὃ λέγω, οὐ νόμος. ΣΩ. Νόμον δὲ λέγεις, ὦ Ἱππία, βλάβην πόλεως εἶναι, ἢ ὠφέλειαν; ΙΠ. Τίθεται μὲν, d. οἶμαι, ὠφελείας ἕνεκα· ἐνίοτε δὲ καὶ βλάπτει, ἐὰν κακῶς τεθῇ, ὁ νόμος. ΣΩ. Τί δέ; οὐχ ὡς ἀγαθὸν μέγιστον πόλει τίθενται τὸν νόμον οἱ τιθέμενοι; καὶ ἄνευ τούτου μετὰ εὐνομίας ἀδύνατον οἰκεῖν; ΙΠ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Ὅταν ἄρα ἀγαθοῦ ἁμάρτωσιν οἱ ἐπιχειροῦντες τοὺς νόμους τιθέναι, νομίμου τε καὶ νόμου ἡμαρτήκασιν. ἢ πῶς λέγεις; ΙΠ. Τῷ

ista credere debemus, Hippia. si tu enim iusseris, credendum est. *Hip.* Non est, o Socrates, mos patrius Lacedaemoniis, mutare leges, aut praeter solita filios erudire. *So.* Quid ais? Lacedaemonibus haud patrium est, recte agere, sed aberrare? *Hip.* Id haud ego asseruerim. *So.* Recte vero agerent, si melius, non si deterius iuvenes erudirent? *Hip.* Recte. verum peregrinas disciplinas lex illorum non admittit. alioquin si quis unquam alius ibi docendi gratia lucratus esset, scito me plurimum fuisse lucraturum. Laetantur ergo, cum me audiunt, laudantque: sed, ut dicebam, lex illorum peregrina vetat. *So.* Legem, o Hippia, perniciem civitatis, an salutem, vocas? *Hip.* Constituitur, mea quidem sententia, utilitatis gratia lex: nonnunquam tamen obest, si male sit constituta. *So.* Nonne ut maximum quoddam civitati bonum legem constituunt latores legum? legeque sublata, legitime in civitate vivere non possumus? *Hip.* Vera loqueris. *So.* Quoties igitur a bono aberrant hi, qui leges ferre nituntur, a le-

e. μὲν ἀκριβεῖ λόγῳ, ὦ Σώκρατες, οὕτως ἔχει· οὐ μέντοι εἰώθασιν ἄνθρωποι ὀνομάζειν οὕτω. ΣΩ. Πότερον, ὦ Ἱππία, οἱ εἰδότες, ἢ οἱ μὴ εἰδότες; ΙΠ. Οἱ πολλοί. ΣΩ. Εἰσὶ δ' οὗτοι οἱ εἰδότες τἀληθὲς, οἱ πολλοί; ΙΠ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Ἀλλὰ μήν που οἵγ' εἰδότες, τὸ ὠφελιμώτερον τοῦ ἀνωφελεςέρου νομιμώτερον ἡγοῦνται τῇ ἀληθείᾳ πᾶσιν ἀνθρώποις. ἢ οὐ συγχωρεῖς; ΙΠ. Ναὶ συγχωρῶ ὅτι γε τῇ ἀληθείᾳ. ΣΩ. Οὐκοῦν ἐςί γε καὶ ἔχει οὕτως ὡς οἱ εἰδότες ἡγοῦνται; ΙΠ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἐςι δέ γε Λακεδαιμονίοις, ὡς σὺ φῂς, ὠφε-
p. λιμώτερον τὴν ὑπὸ σοῦ παίδευσιν, ξενικὴν οὖσαν, παιδεύε-
285 σθαι, μᾶλλον ἢ τὴν ἐπιχωρίαν. ΙΠ. Καὶ ἀληθῆ γε λέγω.
a. ΣΩ. Καὶ γὰρ ὅτι τὰ ὠφελιμώτερα, νομιμώτερα ἐςὶ, καὶ τοῦτο λέγεις, ὦ Ἱππία; ΙΠ. Εἶπον γάρ. ΣΩ. Κατὰ τὸν σὸν ἄρα λόγον τοῖς Λακεδαιμονίων υἱέσιν ὑπὸ Ἱππίου παιδεύεσθαι νομιμώτερον ἐςὶν, ὑπὸ δὲ τῶν πατέρων, ἀνομώτερον· εἴπερ τῷ ὄντι ὑπὸ σοῦ πλείω ὠφεληθήσονται. ΙΠ. Ἀλλὰ μὴν
b. ὠφεληθήσονται, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Παρανομοῦσιν ἄρα Λα-

gitimo legeque discedunt. Quid ad haec? *Hip.* Exacta quidem ratione, sic se res habet, o Socrates: non tamen sic homines nominare consueverunt. *So.* Utrum, o Hippia, scientes, an ignorantes? *Hip.* Vulgus. *So.* Qui verum cognoscunt, vulgus sunt? *Hip.* Nequaquam. *So.* At vero cognoscentes hi, quod utilius est magis legitimum, quam quod inutile, revera omnibus hominibus esse censent. nonne fateris? *Hip.* Fateor equidem, ita revera esse. *So.* An non ita est, ut scientes existimant? *Hip.* Prorsus. *So.* Praestat autem, ut tu ais, Lacedaemonios disciplina tua, licet peregrina, quam patria imbui. *Hip.* Et vera loquor. *So.* Quin etiam quaecunque utiliora sunt, magis legitima sunt. hoccine dicis, o Hippia? *Hip.* Dixi equidem. *So.* Ergo secundum rationem tuam magis e lege est, ut Lacedaemoniorum filii ab Hippia, quam a parentibus, doceantur: quandoquidem tu magis, quam illi, revera prodesses. *Hip.* Prodessem procul dubio, Socrates. *So.* Contra legem igitur agunt Lacedaemonii, cum tibi filios suos eru-

κεδαιμόνιοι, οὐ διδόντες σοὶ χρυσίον, καὶ ἐπιτρέποντες τοὺς αὑτῶν υἱεῖς. ΙΠ. Συγχωρῶ ταῦτα. δοκεῖς γάρ μοι τὸν λόγον πρὸς ἐμοῦ λέγειν· καὶ οὐδέν με δεῖ αὐτῷ ἐναντιοῦσθαι. ΣΩ. Παρανόμους μὲν δή, ὦ ἑταῖρε, τοὺς Λάκωνας εὑρίσκομεν, καὶ ταῦτ' εἰς τὰ μέγιστα, τοὺς νομιμωτάτους δοκοῦντας εἶναι. ἐταινοῦσι δὲ δή σε πρὸς θεῶν, ὦ Ἱππία, καὶ χαίρουσιν ἀκούοντες ποῖα; ἢ δῆλον δὴ ὅτι ἐκεῖνα ἃ σὺ καλλιστα ἐπίσασαι; τὰ περὶ τὰ ἄστρα τε καὶ τὰ οὐράνια πάθη; ΙΠ. c.
Οὐδ' ὁπωστιοῦν ταῦτά γε οὐδ' ἀνέχονται. ΣΩ. Ἀλλὰ περὶ γεωμετρίας τὶ χαίρουσιν ἀκούοντες; ΙΠ. Οὐδαμῶς. ἐπεὶ οὐδ' ἀριθμεῖν ἐκείνων γε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πολλοὶ ἐπίσανται. ΣΩ. Πολλοῦ ἄρα δέουσι περί γε λογισμῶν ἀνέχεσθαι σοῦ ἐπιδεικνυμένου. ΙΠ. Πολλοῦ μέντοι, νὴ Δία. ΣΩ. Ἀλλὰ δῆτα ἐκεῖνα ἃ σὺ ἀκριβέστατα ἐπίσασαι ἀνθρώπων διαιρεῖν, περί τε γραμμάτων δυνάμεως καὶ συλλαβῶν καὶ ἁρμονιῶν καὶ ῥυθ- d.
μῶν; ΙΠ. Περὶ ποίων, ὦ 'γαθὲ, ἁρμονιῶν καὶ γραμμάτων; ΣΩ. Ἀλλὰ τίνα μήν ἐστιν ἃ ἡδέως σοῦ ἀκροῶνται καὶ

diendos, auri oblata mercede, non tradant. *Hip.* Assentior equidem. videris enim pro me dicere. quamobrem repugnare tibi non decet. *So.* Bonarum legum, o amice, expertes Laconas esse invenimus, & in rebus quidem maximis, cum tamen optimis legibus uti videantur. Te vero quando potissimum laudant, Hippia, & quibus rebus audiendis praecipue delectantur? an videlicet cum illa narras, quae ipse egregie nosti, astra coelestesque progressus? *Hip.* Nullo modo haec sustinent. *So.* Num geometriae sermo illos oblectat? *Hip.* Minime omnium. nam multi admodum ex illis, ut ita dicam, ne numerare quidem sciunt. *So.* Longe igitur abest, ut ratiocinationes libenter audiant. *Hip.* Longe, per Iovem. *So.* Numquid illa, quae tu acutissime omnium hominum intelligis, literarum syllabarumque distinctiones, rhythmorum harmoniarumque naturas? *Hip.* Quas, o bone vir, harmonias ac literas? *So.* At quae tandem ista sunt, quae audientes illi laetantur, teque laudant? tu saltem referas, postquam

ἐπαινοῦσιν; αὐτός μοι εἰπέ· ἐπειδὴ ἐγὼ οὐχ εὑρίσκω. ΙΠ. Περὶ τῶν γενῶν, ὦ Σώκρατες, τῶν τε ἡρώων καὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν κατοικήσεων, ὡς τοαρχαῖον ἐκτίσθησαν αἱ πόλεις, καὶ συλλήβδην πάσης τῆς ἀρχαιολογίας ἥδιςα ἀκροῶνται. ὥστ' ἔγωγε δι' αὐτοὺς ἠνάγκασμαι ἐκμεμαθη-
e. κέναι τε καὶ μεμελετηκέναι πάντα τὰ τοιαῦτα. ΣΩ. Ναὶ μα Δία, ὦ Ἱππία, εὐτύχηκάς γε ὅτι γε Λακεδαιμόνιοι οὐ χαιρουσιν ἄν τις αὐτοῖς ἀπὸ Σόλωνος τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἡμετέρους καταλέγῃ· εἰ δὲ μή, πράγματ' ἂν εἶχες ἐκμανθάνων. ΙΠ. Πόθεν, ὦ Σώκρατες; ἅπαξ ἀκούσας πεντήκοντα ὀνόματα, ἀπομνημονεύσω. ΣΩ. Ἀληθῆ λέγεις. ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐνενόησα ὅτι τὸ μνημονικὸν ἔχεις. ὥστ' ἐννοῶ ὅτι εἰκό-
p. τως σοὶ χαίρουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἅτε πολλὰ εἰδότι· καὶ
286 χρῶνται ὥσπερ ταῖς πρεσβύτισιν οἱ παῖδες πρὸς τὸ ἡδέως μυ-
a. θολογῆσαι. ΙΠ. Καὶ ναὶ μὰ Δία, ὦ Σώκρατες, περί γε ἐπιτηδευμάτων καλῶν καὶ ἔναγχος αὐτόθι εὐδοκίμησα διεξιὼν, ἃ χρὴ τὸν νέον ἐπιτηδεύειν. ἔστι γάρ μοι περὶ αὐτῶν πάγκαλος λόγος συγκείμενος, καὶ ἄλλως εὖ διακείμενος καὶ τοῖς

ego invenire non poſſum. *Hip.* Stirpem heroum atque hominum, & habitationes, ut urbes quondam exſtructae ſint, ac ſummatim omnem antiquitatis hiſtoriam attente audiunt. Quocirca illorum cauſa ediſcere, meditarique huius generis omnia coactus ſum. *So.* Quam bene tecum actum eſt, o Hippia, quod Lacedaemonii moleſte ferant, ſi quis noſtros principes incipiens a Solone recenſeat. alioquin eorum nominibus ediſcendis fatigari te oportuiſſet. *Hip.* Quid fatigari, Socrates? ſemel audiens quinquaginta nomina, memoriter repetam. *So.* Ain' vero? ſed ego te memoria pollere non adverteram. Quapropter Lacedaemonios te merito delectari, tanquam multarum rerum perito, iam intelligo, teque perinde uti, ac aniculis pueri, ad confabulandi iucunditatem. *Hip.* Per Iovem, o Socrates, nuper ibidem de pulchris ſtudiis, quibus incumbere iuvenem decet, diſſerens admirationi fui. Exſtat enim de iis a me compoſita luculenta quaedam oratio,

ἐνόμασι. πρόσχυμα δέ μοι ἐστὶ καὶ ἀρχὴ τοιάδέ τις τοῦ λόγου· Ἐπειδὴ ἡ Τροία ἥλω, λέγει ὁ λόγος ὅτι Νεοπτόλεμος Νέστορα ἔροιτο ποῖά ἐστι καλὰ ἐπιτηδεύματα, ἃ ἄν τις ἐπιτη- b.
δεύσας νέος ἂν εὐδοκιμώτατος γένοιτο. μετὰ ταῦτα δὴ λέγων ἐστὶν ὁ Νέστωρ καὶ ὑποτιθέμενος αὐτῷ πάμπολλα νόμιμα καὶ πάγκαλα. τοῦτον δὴ καὶ ἐκεῖ ἐπεδειξάμην, καὶ ἐνθάδε μέλλω ἐπιδεικνύναι εἰς τρίτην ἡμέραν, ἐν τῷ Φειδοστράτου διδασκαλείῳ· καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄξια ἀκοῆς. ἐδεήθη γάρ μου Εὐδικος ὁ Ἀπημάντου. ἀλλ' ὅπως παρέσῃ καὶ αὐτὸς, καὶ ἄλλους ἄξεις, οἵτινες ἱκανοὶ ἀκούσαντες κρῖναι τὰ c.
λεγόμενα. ΣΩ. Ἀλλὰ ταῦτ' ἔσται, ἂν θεὸς ἐθέλῃ, ὦ Ἱππία· νυνὶ μέντοι βραχύ τι μοὶ περὶ αὐτοῦ ἀπόκριναι. καὶ γάρ με εἰς καλὸν ὑπέμνησας. ἔναγχος γάρ τις, ὦ ἄριστε, εἰς ἀπορίαν μὲ κατέβαλεν ἐν λόγοις τισί· τὰ μὲν ψέγοντα, ὡς αἰσχρά· τὰ δ' ἐπαινοῦντα, ὡς καλά· οὕτω πως ἐρόμενος, καὶ μάλα ὑβριστικῶς· Πόθεν δέ μοι σὺ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οἶσθα ἱποῖα καλὰ καὶ αἰσχρά; ἐπεὶ φέρε ἔχοις ἂν εἰπεῖν τί ἐστι d.

quae praecipua verborum elegantia pollet. forma vero & principium orationis eiuſmodi eſt: Capta, inquit oratio, Troia, Neoptolemus Neſtorem interrogavit, quae pulcherrima eſſent ſtudia, quibus incumbens iuvenis, vir illuſtris evadat. Cui reſpondens Neſtor, multa & pulchra praecepta recenſet. Hanc equidem orationem ibi oſtendi, & hic quoque tertio abhinc die in Phidoſtrati ludo, atque inſuper alia multa auditu digna, oſtenſurus ſum. Eudicus enim, Apemanti filius, me rogavit. Quare da operam, ut tu quoque adſis, & alios tecum ducas, quicunque id genus dicta iudicare ſciant. *So.* Ita fiet, ſi Deus voluerit, Hippia. in praeſentia autem breve quiddam de hoc ipſo reſponde: nam opportune me admonuiſti. nuper enim, o vir optime, cum in ſermone quodam, alia ut pulchra laudarem, alia vituperarem ut turpia, hanc quiſpiam in medium dubitationem induxit, me valde contumelioſe ſic interrogans: Unde tu, Socrates, pulchra turpiave cognoſcis? poteſne, quid pulchrum ſit, definire? Ego autem

τὸ καλόν; καὶ ἐγὼ διὰ τὴν ἐμὴν ϕαυλότητα ἠπορούμην τε καὶ οὐκ εἶχον αὐτῷ κατὰ τρόπον ἀποκρίνασθαι. ἀπιὼν οὖν ἐκ τῆς συνουσίας, ἐμαυτῷ τε ὠργιζόμην καὶ ὠνείδιζον, καὶ ἠπείλουν, ὑπότε πρῶτον ὑμῶν τῳ τῶν σοφῶν ἐντύχοιμι, ἀκούσας καὶ μαθὼν καὶ ἐκμελετήσας, ἰέναι πάλιν ἐπὶ τὸν ἐρωτήσαντα, ἀναμαχούμενος τὸν λόγον. νῦν οὖν, ὃ λέγω, εἰς καλὸν ἥκεις· καί με δίδαξον ἱκανῶς, αὐτὸ τὸ καλὸν ὅ,
e. τί ἐστι· καὶ πειρῶ μοι ὅτι μάλιστα ἀκριβῶς εἰπεῖν ἀποκρινόμενος· μὴ ἐξελεγχθεὶς τοδεύτερον αὖθις γέλωτα ὄφλω. οἶσθα γὰρ δή που σαφῶς, καὶ σμικρόν που τοῦτ' ἂν εἴη μάθημα ὧν σὺ τῶν πολλῶν ἐπίστασαι. ΙΠ. Σμικρὸν μέντοι, νὴ Δί', ὦ Σώκρατες, καὶ οὐδενὸς ἄξιον, ὡς ἔπος εἰπεῖν. ΣΩ. Ῥᾳδίως ἄρα μαθήσομαι· καὶ οὐδείς με ἐξελέγξει ἔτι. ΙΠ. Οὐδεὶς μέντοι. ϕαῦλον γὰρ ἂν εἴη τὸ ἐμὸν πρᾶγμα καὶ
p. ἰδιωτικόν. ΣΩ. Εὖγε, νὴ τὴν Ἥραν, λέγεις, ὦ Ἱππία, εἰ
287 χειρωσόμεθα τὸν ἄνδρα. ἀτὰρ μή τι κωλύω μιμούμενος ἐγὼ
a. ἐκεῖνον, ἐὰν σοῦ ἀποκρινομένου ἀντιλαμβάνωμαι τῶν λό-

ob ignaviam meam haesitavi, neque, quod accommodate responderem, habui. atque ex coetu hominum abiens, mihi ipse iratus sum, ruditatemque meam vehementer accusavi: ac minatus sum, cum mihi primum quempiam vestrûm, qui sapientiam profitemini, obvium haberem, conaturum me id audire ac discere, & diligenter praemeditatum, ad eum, qui rogaverat, reverti, ut rursus eadem de re depugnem. Quapropter nunc tu, ut dicebam, peropportune venisti. Doce, obsecro, me, quid ipsum pulchrum est: conare, inquam, diligentissime omnem respondendo rem aperire, ne iterum redargutus irridear. nosti enim perspicue: idque exiguum quiddam est e multis disciplinis, quas tu calles. *Hip.* Exiguum, per Iovem, Socrates, & nullius, ut ita dicam, pretii. *So.* Facile itaque discam: neque ullus ulterius me refellet. *Hip.* Nullus certe. vile namque & rude studium meum esset. *So.* Per Iunonem, bene loqueris, Hippia, si virum illum capiamus. verum tibi impedimento sum, imitatus illum, si tibi re-

d. μοι καταφαίνεται, εἰ ἄρα τὶ λέγω. ταῦτα μὲν γὰρ τὰ περὶ τοὺς νόμους τε καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, τάχ' ἂν φανείη οὐκ ἐκτὸς ὄντα τῆς αἰσθήσεως, ἢ διὰ τῆς ἀκοῆς τε καὶ ὄψεως ἡμῖν οὖσα τυγχάνει. ἀλλ' ὑπομείνωμεν τοῦτον τὸν λόγον, τὸ διὰ τούτων ἡδὺ, καλὸν εἶναι, μηδὲν τὸ τῶν νόμων εἰς μέσον παράγοντες. ἀλλ' εἰ ἡμᾶς ἔροιτο εἴτε οὗτος ὃν λέγω, εἴτε ἄλλος ὁστισοῦν, Τί δὴ, ὦ Ἱππία τε καὶ Σώκρατες, ἀφωρίσατε τοῦ ἡδέος τὸ ταύτῃ ἡδὺ ᾗ λέγετε καλὸν εἶναι; τὸ δὲ κατὰ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις, σίτων τε καὶ ποτῶν, καὶ τῶν

profiterer, cum nihil dicerem. *Hip.* Quem dicis? *So.* Socratem Sophroniſci filium, qui nihilo magis concederet, ut haec indiſcuſſa facile iudicarem, quam ut ſcire putarem, quae neſcio. *Hip.* Atqui mihi quoque, poſtquam ipſe dixiſti, aliud quiddam id, quod ad leges attinet, eſſe videtur. *So.* Quieſce aliquantulum, o Hippia. nam in eandem circa pulchrum ambiguitatem incidiſſe videmur, in quam paulo ante, dum putamus, quiddam certi nos habere. *Hip.* Quo pacto id ais, Socrates? *So.* Dicam equidem, quod mihi videtur, ſi quid tamen dico. haec enim, quae ad ſtudia legeſque pertinent, fortaſſe non extra ſenſum videndi audiendique ſunt. Praeterea hunc ſermonem, qui aſſerit, quod his ſenſibus gratum eſt, eſſe pulchrum, feramus, nec leges in medium producamus. At ſi quis nos interroget, ſive is, quem dico, ſive quivis alius, in hunc modum: Quid, o Hippia, atque Socrates, id dumtaxat iucundum, quod ſenſibus duobus percipitur, pulchrum eſſe cenſetis? quae vero ceteros ſenſus ſuavitate perfundunt,

περὶ τἀφροδίσια, καὶ τἄλλα πάντα τὰ τοιαῦτα, οὐ φατε e.
καλὰ εἶναι; ἢ οὐδὲ ἡδέα, οὐδὲ ἡδονὰς τοπαράπαν ἐν τοῖς
τοιούτοις φατὲ εἶναι; οὐδ' ἐν ἄλλῳ ἢ τῷ ἰδεῖν τε καὶ ἀκοῦ-
σαι; τί φήσομεν, ὦ Ἱππία; ΙΠ. Πάντως δή που φήσομεν,
ὦ Σώκρατες, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις μεγάλας πάνυ ἡδονὰς εἶναι.
ΣΩ. Τι οὖν; φήσει, ἡδονὰς οὔσας οὐδὲν ἧττον; ἢ καὶ ἐκεί-
νας ἀφαιρεῖσθε τοῦτο τοὔνομα, καὶ ἀποξερεῖτε τοῦ καλὰς
εἶναι; ὅτι, φήσομεν, καταγελῷ ἂν ἡμῶν οὐδεὶς ὅστις οὖ, p.
εἰ φαῖμεν μὴ ἡδὺ εἶναι φαγεῖν, ἀλλὰ καλόν· καὶ ὄζειν ἡδύ, a.
μὴ ἡδύ, ἀλλὰ καλόν. τὰ δέ που περὶ τὰ ἀφροδίσια πάντες
ἂν ἡμῖν μάχοιντο ὡς ἥδιστον ὄν. δεῖ δὲ αὐτὸ, ἐάν τις καὶ
πράττῃ, οὕτω πράττειν ὥστε μηδένα ὁρᾶν, ὡς αἴσχιστον ὂν
ὁρᾶσθαι. ταῦτα ἡμῶν λεγόντων, ὦ Ἱππία, Μανθάνω ἄν,
ἴσως φαίη, καὶ ἐγὼ, ὅτι πάλαι αἰσχύνεσθε ταύτας τὰς ἡδο-
νὰς φάναι καλὰς εἶναι· ὅτι οὐ δοκεῖ τοῖς ἀνθρώποις. ἀλλ'
ἐγὼ οὐ τοῦτο ἠρώτων ὃ δοκεῖ τοῖς πολλοῖς καλὸν εἶναι, ἀλλ' b.

cibos, potus, Veneris actus, aliaque huiusmodi omnia, pulchra esse non dicitis? An forte neque dulcia haec, neque in sensibus, praeterquam in audiendo videndoque, voluptatem ponitis ullam? quid, inquam, o Hippia, respondebimus? *Hip.* Magnas quoque, o Socrates, inesse aliis sensibus voluptates assentiemur. *So.* Sed ille, Qua de causa, dicet, cum non minus hae, quam illae, voluptates sint, pulchri eas cognomento privatis? Quoniam, respondebimus, nemo est, qui nos non rideat, si dicamus, non dulce comestionem esse, sed pulchrum: odorem item suavem, non suave esse, sed pulchrum. Veneris quoque motus dulcissimum quiddam esse, unusquisque aeque ac nos contendet: sed eos ipsos cum exercet quispiam, ita exerceat oportet, ut conspectui hominum, veluti turpissimam rem, subducat. Cum haec dixerimus, Hippia, ille forsitan respondebit: Intelligo equidem iamdudum, quod vos pudor impedit, quo minus voluptates huiusmodi pulchras nominetis, quia hominibus non videantur. ego vero non quaerebam, quod vulgo pulchrum videtur, sed quod

ὅ, τι ἐστίν. ἐροῦμεν δὴ, οἶμαι, ὅπερ ὑπεθέμεθα· ὅτι τοῦτ' ἡμεῖς γε φαμὲν τὸ μέρος τοῦ ἡδέος, τὸ ἐπὶ τῇ ὄψει τε καὶ ἀκοῇ γιγνόμενον, καλὸν εἶναι. ἀλλὰ ἔχεις τὶ χρῆσθαι τῷ λόγῳ; ἢ τι καὶ ἄλλο ἐροῦμεν, ὦ Ἱππία; ΙΠ. Ἀνάγκη, πρός γε τὰ εἰρημένα, ὦ Σώκρατες, μὴ ἄλλ' ἄττα ἢ ταῦτα λέγειν. ΣΩ. Καλῶς δὴ λέγετε, φήσει. οὐκοῦν εἴπερ τὸ δι' c. ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἡδὺ, καλόν ἐστιν· ὃ μὴ τοῦτο τυγχάνει ὂν τῶν ἡδέων, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν καλὸν εἴη. ὁμολογήσομεν; ΙΠ. Ναί. ΣΩ. Ἦ οὖν τὸ δι' ὄψεως ἡδὺ, φήσει, δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἐστιν ἡδύ, ἢ τὸ δι' ἀκοῆς ἡδὺ, δι' ἀκοῆς καὶ ὄψεως ἐστὶν ἡδύ; Οὐδαμῶς φήσομεν τὸ διὰ τοῦ ἑτέρου ὂν, τοῦτο δι' ἀμφοτέρων εἶναι. τοῦτο γὰρ δοκεῖς ἡμῖν λέγειν. ἀλλ' ἡμεῖς ἐλέγομεν ὅτι καὶ ἑκάτερον τούτων, αὐτὸ καθ' αὐτὸ, τῶν ἡδέων, καλὸν εἴη, καὶ ἀμφότερα. οὐχ οὕτως ἀποκρινώμεθα; d. ΙΠ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Ἆρ' οὖν, φήσει, ἡδὺ ἡδέος ὁτιοῦν ὁτουοῦν διαφέρει τούτῳ τῷ ἡδὺ εἶναι; μὴ γὰρ εἰ μείζων τὶς ἡδονὴ ἢ ἐλάττων, ἢ μᾶλλον ἢ ἧττόν ἐστιν, ἀλλ' εἴτις αὐτῷ

pulchrum ipſum eſt. Dicemus enim, puto, quid pulchrum eſſe poſuerimus, partem ſcilicet eam iucundi, quae per oculos aureſque delinit. Tu vero, Hippia, poteſne hac eadem uti diſputatione, an aliud quippiam dicemus? *Hip.* Non alia, praeter haec, o Socrates, dicemus. *So.* Praeclare dicitis, inferet ille. Si ergo ſolum, quod per viſum auditumque gratum advenit, pulchrum eſt; quod per alium ſenſum delectat, minime pulchrum. Confitebimurne? *Hip.* Confitebimur. *So.* Ille vero ſic iterum: An quod per viſum iucundum, per viſum & auditum iucundum eſt? & quod per auditum iucundum, per auditum & viſum etiam? Ad haec nos: Nullo modo, quod per alterum eſt, per utrumque eſſe. hoc enim quaerere nobis videris. Nos vero diximus, quodvis e duobus his iucundis ipſum per ſe pulchrum eſſe, & ſic utrumque ſimul. nonne ſic reſpondendum? *Hip.* Sic prorſus. *So.* Numquid igitur, inquiet ille, a iucundo iucundum, eo ipſo, quod iucundum eſt, differt? haud quaero, utrum maior minorve ſit,

τούτῳ διαφέρει, τῷ ἡ μὲν, ἡδονὴ εἶναι, ἡ δὲ, μὴ ἡδονὴ, τῶν ἡδονῶν. οὐχ ἡμῖν γε δοκεῖ. οὐ γάρ; ΙΠ. Οὐ γὰρ οὖν δοκεῖ. ΣΩ. Οὐκοῦν, φήσει, δι' ἄλλό τι ἢ ὅτι ἡδοναί εἰσι, προείλεσθε ταύτας τὰς ἡδονὰς ἐκ τῶν ἄλλων ἡδονῶν· τοιοῦτόν τι ὁρῶντες ἐπ' ἀμφοῖν, ὅτι ἔχουσι τὶ διάφορον τῶν ἄλλων, εἰς ὃ e.
ἀποβλέποντες, καλὰς ἂν φατὲ αὐτὰς εἶναι. οὐ γάρ πω διὰ τοῦτο καλή ἐστιν ἡδονὴ ἡ διὰ τῆς ὄψεως, ὅτι δι' ὄψεως ἐστίν. εἰ γὰρ τοῦτο αὐτῇ ἦν τὸ αἴτιον καλῇ εἶναι, οὐκ ἄν ποτε ἦν ἡ ἑτέρα, ἡ διὰ τῆς ἀκοῆς, καλή. οὔκουν ἔτι γε δι' ὄψεως ἡδονή. Ἀληθῆ λέγεις, φήσομεν; ΙΠ. Φήσομεν γάρ. ΣΩ. Οὐδέ γ' αὖ ἡ δι' ἀκοῆς ἡδονὴ, ὅτι δι' ἀκοῆς ἐστι, διὰ ταῦτα τυγχάνει p.
καλή. οὐ γὰρ ἄν ποτε αὖ ἡ διὰ τῆς ὄψεως, καλὴ ἦν. οὔκουν 300
ἔτι γε δι' ἀκοῆς ἡδονή. ἀληθῆ φήσομεν, ὦ Ἱππία, λέγειν τὸν a.
ἄνδρα ταῦτα λέγοντα; ΙΠ. Ἀληθῆ. ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι ἀμφότεραι γ' εἰσὶ καλαὶ, ὡς φατέ. Φαμὲν γάρ; ΙΠ. Φαμέν.

aut magis minusve voluptate voluptas: sed utrum ex pluribus voluptatibus una quaedam hoc ipso ab alia differat, quod haec quidem voluptas sit, illa minime. Nobis quidem non videri, dicemus. *Hip.* Non videri plane. *So.* Sic ille inferet: Nonne propter aliud quiddam, quam propterea quod voluptates sint, has potissimum voluptates e numero omnium elegistis, tale quiddam in utrisque inspicientes, quod videlicet naturam quandam habent ab aliis differentem, ad quam profecto respicientes, pulchras esse illas asseveratis? neque enim visus voluptas idcirco pulchra est, quia per visum fit. nam si illius pulchritudinis haec esset causa, nullo modo, quae per auditum fit, pulchra esset, cum per visum nequaquam efficiatur. Nos autem, vera illum dicere, confitebimur? *Hip.* Confitebimur sane. *So.* Neque rursus auditus voluptas ex eo pulchra, quia per auditum fiat? alioquin, quae per visum percipitur, pulchra non esset, quippe cum non eadem sit cum illa, quae per auditum efficitur. Eum virum, qui ita dicit, o Hippia, vera loqui fatebimur? *Hip.* Vera nimirum. *So.* Verumtamen utraeque, inquiet, pulchrae sunt, ut dicitis. Di-

ΣΩ. Ἔχουσιν ἄρα τι τὸ αὐτὸ, ὃ ποιεῖ αὐτὰς καλὰς εἶναι τὸ κοινὸν τοῦτο, ὃ καὶ ἀμφοτέραις αὐταῖς ἔπεσι καὶ κοινῇ,
b. καὶ ἑκατέρᾳ ἰδίᾳ. οὐ γὰρ ἄν που ἄλλως ἀμφότεραί τε καλαὶ ἦσαν, καὶ ἑκατέρα. ἀποκρίνου ἐμοὶ ὡς ἐκείνῳ. ΙΠ. Ἀποκρίνομαι· καὶ ἐμοὶ δοκεῖ ἔχειν ὡς λέγει. ΣΩ. Εἰ ἄρα τι αὖται αἱ ἡδοναὶ ἀμφότεραι πεπόνθασιν, ἑκατέρα δὲ μή, οὐκ ἂν τούτῳ γε τῷ παθήματι εἶεν καλαί. ΙΠ. Καὶ πῶς ἂν εἴη τοῦτο, ὦ Σώκρατες; μηδ' ἑτέρας πεπονθυίας τι τῶν ὄντων ὁτιοῦν, ἔπειτα τοῦτο τὸ πάθος ὃ μηδετέρα πέπονθεν, ἀμφοτέρας πε-
c. πονθέναι; ΣΩ. Οὐ δοκεῖ σοι; ΙΠ. Πολλὴ γὰρ ἂν μ' ἔχοι ἀπειρία καὶ τῆς τούτων φύσεως, καὶ τῆς τῶν παρόντων λέξεως λόγων. ΣΩ. Ἡδέως γε, ὦ Ἱππία. ἀλλὰ γὰρ ἐγὼ ἴσως κινδυνεύω δοκεῖν μέν τι ὁρᾷν οὕτως ἔχον ὡς σὺ φῂς ἀδύνατον εἶναι, ὁρῶ δ' οὐδέν. ΙΠ. Οὐ κινδυνεύεις, ὦ Σώκρατες· ἀλλὰ πάνυ ἑτοίμως παροράς. ΣΩ. Καὶ μὴν πολλά γέ μοι προφαίνεται τοιαῦτα πρὸ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ ἀπιστῶ αὐτοῖς·
d. ὅτι σοὶ μὲν οὐ φαντάζεται, ἀνδρὶ πλεῖστον ἀργύριον εἰργασ-

cimuſne? *Hip.* Dicimus certe. *So.* Habent igitur commune quiddam atque idem, quod eas pulchras efficit, quodve ambabus communiter ineſt, & unicuique proprie. alioqui haud ambae pulchrae eſſent, & utraque. Age, mihi, tanquam illi, reſponde. *Hip.* Ita mihi, ut ais, videri reſpondeo. *So.* Si enim voluptates hae aliquid ambae ſuſciperent, quod non earum utraque pateretur, nunquam huiuſmodi paſſione pulchrae exſiſterent. *Hip.* Sic eſt, o Socrates. qui enim fieri poteſt, ut, quod neutra illarum patitur, ambae perpetiantur? *So.* Non tibi videtur? *Hip.* Atqui & rerum iſtarum & locutionum huiuſmodi penitus imperitus eſſem. *So.* Iucunde quidem, o Hippia. ceterum fortaſſis periculum eſt, ne mihi videar aliquid intueri, quod ita ſe habeat, qualiter habere impoſſibile tibi videtur: video autem nihil. *Hip.* Non eſt periculum, o Socrates: ſed omnino planiſſime perſpicis. *So.* Enimvero permulta generis huius mihi animo obverſantur, quibus fidem non praeſto, poſtquam non probantur tibi, qui argenti plus

μένῳ τῶν νῦν ἐπὶ σοφίᾳ· ἐμοὶ δὲ, ὃς οὐδὲν πώποτε εἰργασάμην. καὶ ἐνθυμοῦμαι, ὦ ἑταῖρε, μὴ παίζῃς πρός με, καὶ ἐκὼν ἐξαπατᾷς. οὕτω μοὶ σφόδρα καὶ πολλὰ καταφαίνεται. ΙΠ. Οὐδείς σοῦ, ὦ Σώκρατες, κάλλιον εἴσεται εἴτε παίζω εἴτε μή, ἐὰν ἐπιχειρήσῃς λέγειν τὰ προφαινόμενα σοὶ ταῦτα. Φανήσῃ γὰρ οὐδὲν λέγων. οὐ γὰρ μήποτε εὕρῃς, ὃ μήποτ' ἐγὼ πέπονθα, μήτε σὺ, τοῦτ' ἀμφοτέρους ἡμᾶς πεπονθότας. ΣΩ. Πῶς λέγεις, ὦ Ἱππία; ἴσως μέντοι τι λέγεις, ἐγὼ e.
δ' οὐ μανθάνω. ἀλλὰ μοῦ σαφέστερον ἄκουσον ὃ βούλομαι λέγειν. ἐμοὶ γὰρ φαίνεται, ὃ μήτ' ἐγὼ πέπονθα εἶναι, μήτ' εἰμὶ, μηδ' οὗ σὺ εἶ, τοῦτο ἀμφοτέρους πεπονθέναι ἡμᾶς εἰόντ' εἶναι· ἕτερα δ' αὖ ἃ ἀμφότεροι πεπόνθαμεν εἶναι, ταῦτα οὐδέτερον εἶναι ἡμῶν. ΙΠ. Τέρατα αὖ ἀποκρινομένῳ ἔοικας, ὦ Σώκρατες, ἔτι μείζω ἢ ὀλίγον πρότερον ἀπεκρίνω. σκόπει γάρ· πότερον εἰ ἀμφότεροι δίκαιοι ἐσμὲν, οὐ καὶ ἑκάτερος ἡμῶν εἴη ἄν; ἢ εἰ ἄδικος ἑκάτερος, οὐ καὶ ἀμφότεροι p.
αὖ; ἢ εἰ ὑγιαίνοντε, οὐ καὶ ἑκάτερος; ἢ εἰ κεκμηκώς τι, ἢ 301
a.

ſtudio ſapientiae, quam ceteri noſtri temporis mortales, cumulaſti. Ego autem, o amice, utpote qui nihil unquam lucratus ſum, cogito, ne me fortaſſe ludas, ex induſtriaque fallas: adeo mihi multa videntur. *Hip.* Nemo melius, quam tu, intelliget, Socrates, ludam, necne, ſi haec, quae tibi occurrunt, proferre coeperis. nihil enim dicere videberis, quoniam nunquam reperies, quod cum nec ego patiar, nec tu, ambo perpetiamur. *So.* Quomodo inquis, Hippia? forte tu aliquid dicis, quod ego minus intelligo. verum auſculta me; quod ſentio, planius explicabo. Mihi quidem videtur, quod neque contigit me eſſe, neque ſum, neque tu ſimiliter, hoc ambos pati nos poſſe: item alia, quae ambo patimur, neutrum noſtrûm exſiſtere. *Hip.* Monſtra rurſus afferre videris, o Socrates, & magis certe, quam paulo antea reſponderis. Attende modo: Si ambo iuſti eſſemus, nonne & uterque? vel ſi iniuſtus uterque, nonne & ambo? aut ſi ſani ambo, an non uterque? & ſi uterque noſtrûm laborat in aliquo, vel vulneratus eſt, vel

τετραμένος, ἢ πεπληγμένος, ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν πεπονθὼς ἑκάτερος ἡμῶν εἴη, οὐ καὶ ἀμφότεροι αὖ ἂν τοῦτο πεπόνθοιμεν; ἔτι τοίνυν εἰ χρυσοῖ ἂν ἢ ἀργυροῖ, ἢ ἐλεφάντινοι, εἰ δὲ βούλει, γενναῖοι, ἢ σοφοὶ, ἢ τίμιοι, ἢ γέροντές γε ἢ νέοι, ἢ ἄλλο ὅ, τι βούλει τῶν ἐν ἀνθρώποις, ἀμφότεροι τύχοιμεν ὄντες· ἆρ' οὐ μεγάλη ἀνάγκη καὶ ἑκάτερον ἡμῶν τοῦτο εἶναι; ΣΩ.

b. Πάντως γε δή που. ΙΠ. Ἀλλὰ γὰρ δὴ σὺ, ὦ Σώκρατες, τὰ μὲν ὅλα τῶν πραγμάτων οὐ σκοπεῖς, οὐδ' ἐκεῖνοι οἷς σὺ εἴωθας διαλέγεσθαι· κρύετε δὲ ἀπολαμβάνοντες τὸ καλὸν, καὶ ἕκαστον τῶν ὄντων ἐν τοῖς λόγοις κατατέμνοντες. διὰ ταῦτα οὕτω μεγάλα ὑμᾶς λανθάνει καὶ διηνεκῆ σώματα τῆς οὐσίας πεφυκότα. καὶ νῦν τοσοῦτον σὲ λέληθεν, ὥστε οἴει εἶναί τι ἢ πάθος, ἢ οὐσίαν, ἢ περὶ μὲν ἀμφότερα ταῦτα ἐστὶν

c. ἅμα, περὶ δὲ ἑκάτερον οὔ· ἢ αὖ περὶ μὲν ἑκάτερον, περὶ δὲ ἀμφότερα οὔ. οὕτως ἀλογίστως καὶ ἀσκέπτως καὶ εὐήθως καὶ ἀδιανοήτως διάκεισθε. ΣΩ. Τοιαῦτα, ὦ Ἱππία, τὰ ἡμέτερα ἐστὶν, οὐχ οἷα βούλεταί τις (φασὶν ἄνθρωποι ἑκάστοτε παροιμιαζόμενοι) ἀλλ' οἷα δύναται. ἀλλὰ σὺ ἡμᾶς ὀνίνης, ἀεὶ

percuſſus, ſive aliud quidvis paſſus fuerit, nonne idem ambo perpetimur? praeterea, ſi aurei, vel argentei, vel eburnei, ac etiam, ſi vis, generoſi, aut ſapientes, aut honorati, vel ſenes, vel iuvenes, aut aliud quidvis humanum ambo eſſemus: nonne omnino neceſſarium eſſet, hoc utrumque noſtrûm eſſe? *So.* Omnino quidem. *Hip.* Ceterum ipſe, o Socrates, res ipſas totas non conſideras, neque illi, quibuſcum diſputare es ſolitus: plauditis autem illico, quia pulchrum deprehendiſtis, & unumquodque differendo avellitis: atque idcirco ita vos magna latent corpora, continuam eſſentiam ex natura ſortita. Et nunc adeo circa haec te veritas fugit, ut putes eſſe paſſionem aliquam vel eſſentiam, quae circa ambo quaedam verſetur, circa vero utrumque minime: atque viciſſim, quae circa utrumque quidem ſit, circa ambo vero nequaquam. adeo abſurdi, temerarii, inepti, fatui eſtis. *So.* Talia quidem noſtra ſunt, Hippia: non qualia quis optaret, ut trito pro-

νουθετῶν. ἐπεὶ καὶ νῦν, πρὶν ὑπὸ σοῦ ταῦτα νουθετηθῆναι, ὡς εὐήθως διεκείμεθα, ἔτι σοὶ μᾶλλον ἐγὼ ἐπιδείξω, εἰπὼν ἃ διανοούμεθα περὶ αὐτῶν. ἢ μὴ εἶπω; ΙΠ. Εἰδότι μὲν ἐρεῖς, d.
ὦ Σώκρατες. οἶδα γὰρ ἑκάστους τῶν περὶ τοὺς λόγους ὡς διάκεινται. ὅμως δ' εἰ τι σοὶ ἡδιον, λέγε. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ἥδιόν γε. ἡμεῖς γὰρ, ὦ βέλτιστε, οὕτως ἀβέλτεροι ἦμεν πρίν σε ταῦθ' ἡμῖν εἰπεῖν, ὥστε δόξαν εἴχομεν περὶ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ ὡς ἑκάτερος ἡμῶν εἷς ἐστι. τοῦτο δὲ, ὃ ἑκάτερος ἡμῶν εἴη, οὐκ ἄρα εἴημεν ἀμφότεροι. οὐ γὰρ εἷς ἐσμὲν, ἀλλὰ δύο. οὕτως εὐηθικῶς εἴχομεν. νῦν δὲ παρὰ σοῦ ἤδη ἀνεδιδάχθημεν ὅτι εἰ μὲν δύο ἀμφότεροι ἐσμὲν, δύο καὶ ἑκάτερον ἡμῶν ε.
ἀνάγκη εἶναι· εἰ δὲ εἷς ἑκάτερος, ἕνα καὶ ἀμφοτέρους ἀνάγκη. οὐ γὰρ οἷόντε διηνεκεῖ λόγῳ τῆς οὐσίας κατὰ Ἱππίαν ἄλλως ἔχειν. ἀλλ' ὃ ἂν ἀμφότερα ἦν, τοῦτο καὶ ἑκάτερον· καὶ ὃ ἑκάτερον, ἀμφότερα εἶναι. πεπεισμένος δὴ νῦν ἐγὼ ὑπὸ σοῦ ἐνθάδε κάθημαι. πρότερον μέντοι, ὦ Ἱππία, ὑπόμνησόν με πότερον εἷς ἐσμὲν ἐγώ τε καὶ σὺ, ἢ σύ τε δύο εἶ, κἀγὼ

verbio fertur, ſed qualia eſſe poſſunt. ſed ipſe ſemper admonendo nos iuvas. etenim priuſquam nos in his admoneres, quam ſtolide affecti eſſemus, adhuc tibi clarius aperiam, ſi, quae de his ſentimus, retulero. dicamne? *Hip.* Scienti, Socrates, referas. novi enim omnem eorum, qui in diſputando verſantur, conditionem. verumtamen ſi cupis, enarra. *So.* Cupio equidem. Enimvero, vir optime, ita rudes eramus, antequam tu haec nobis diceres, ut de me ac te opinaremur, quod uterque noſtrûm unus ſit; neque tamen ambo id ſimus, quod quiſque noſtrûm. non enim unus, ſed duo ſumus. adeo fatui eramus. Nunc vero abs te didicimus, quod ſi duo ambo ſumus, duo ſimiliter utrumque noſtrûm eſſe neceſſe eſt: & ſi unus uterque, unum pariter ambos. Impoſſibile enim eſt, univerſali & continua eſſentiae ratione ſecundum Hippiam, aliter ſe habere. ſed quod ambo erant, idem & uterque: & contra, quod uterque, pariter ambo. Nunc igitur a te perſuaſus hic ſedeo. prius tamen, o Hippia, id

δύο. ΙΠ. Τί λέγεις, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ταῦτα ἅπερ λέγω. φοβοῦμαι γάρ σε σαφῶς λέγειν, ὅτι μοὶ χαλεπαίνεις ἐπειδάν τι δόξῃς σαυτῷ λέγειν. ὅμως δ' ἔτι μοὶ εἰπέ· οὐχ εἷς
p. 302 a. ἡμῶν ἑκάτερος ἐσὶ, καὶ πέπονθε τοῦτο εἷς εἶναι; ΙΠ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν, εἴπερ εἷς, καὶ περιττὸς ἂν εἴη ἑκάτερος ἡμῶν. ἢ οὐ τὸ ἓν περιττὸν ἡγῇ; ΙΠ. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἦ καὶ ἀμφότεροι οὖν περιττοὶ ἐσμὲν, δύο ὄντες; ΙΠ. Οὐκ ἂν εἴη, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἀλλ' ἄρτιοί γε ἀμφότεροι. ἦ γάρ; ΙΠ. Πάνυ γε. ΣΩ. Μῶν οὖν, ὅτι ἀμφότεροι ἄρτιοι, τούτου ἕνεκα καὶ ἑκάτερος ἄρτιος ἡμῶν ἐσιν; ΙΠ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Οὐκ ἄρα
b. πᾶσα ἀνάγκη, ὡς νῦν δὴ ἔλεγες, ἃ ἂν ἀμφότεροι, καὶ ἑκάτερον· καὶ ἃ ἂν ἑκάτερον, καὶ ἀμφοτέρους εἶναι. ΙΠ. Οὐ τάγε τοιαῦτα, ἀλλ' οἷα ἐγὼ πρότερον ἔλεγον. ΣΩ. Ἐξαρκεῖ, ὦ Ἱππία. ἀγαπητὰ γὰρ καὶ ταῦτα, ἐπειδὴ τὰ μὲν οὕτω φαίνεται, τὰ δ' οὐχ οὕτως ἔχοντα. καὶ γὰρ ἐγὼ ἔλεγον, (εἰ μέμνησαι ὅθεν οὗτος ὁ λόγος ἐλέχθη) ὅτι ἡ διὰ τῆς ὄψεως καὶ δι' ἀκοῆς ἡδονὴ οὐ τούτῳ ἂν εἶεν καλαὶ, ὅτι τυγχάνοιεν

mihi memora, utrum unus ego tuque ſimus, vel tu duo, & ego duo. *Hip.* Quid ais, Socrates? *So.* Haec ipſa, quae dico. vereor enim aperte coram te loqui. nam mihi ſuccenſes, turbaſque, quando dicere aliquid tibi ipſi videris. Simul autem mihi dicas, nonne uterque noſtrûm unus, & unum eſſe contingit utrumque? *Hip.* Omnino. *So.* Quod ſi unus, impar quoque. an non unum, impar exiſtimas? *Hip.* Equidem. *So.* Num & ambo, cum ſimus duo, impares ſumus? *Hip.* Nequaquam, o Socrates. *So.* Sed pares ambo. nonne? *Hip.* Pares. *So.* Numquid ex eo, quod ambo pares, par etiam uterque noſtrûm? *Hip.* Minime. *So.* Non ergo neceſſe eſt omnino, ut modo dicebas, quaecunque ambo utroſque, & quaecunque utrique, ambos eſſe. *Hip.* Non in rebus huiuſmodi, ſed in his, quae ipſe ſupra narravi. *So.* Sat habeo, Hippia. nam iſta ſufficiunt, poſtquam alia ſic, alia aliter ſe habere videntur. Dixi equidem, (ſi recordaris, unde ſermo hic eſt ortus) voluptates per viſum & per auditum, non hoc

ἑκατέρα μὲν αὐτῶν εἶναι πεπονθυῖα, ἀμφότεραι δὲ μή· ἢ c.
ἀμφότεραι μὲν, ἑκατέρα δὲ μή· ἀλλ' ἐκείνῳ ᾧ ἀμφότεραί τε
καὶ ἑκατέρα· διότι συνεχώρεις ἀμφοτέρας τε αὐτὰς εἶναι
καλὰς, καὶ ἑκατέραν. τούτου δὴ ἕνεκα, τῇ οὐσίᾳ τῇ ἐπ' ἀμ-
φότερα ἑπομένῃ ὥμην, εἴπερ ἀμφότερα ἐσὶ καλὰ, ταύτῃ δεῖν
αὐτὰ καλὰ εἶναι· τῇ δὲ κατὰ τὰ ἕτερα ἀπολειπομένῃ, μή.
καὶ ἔτι νῦν οἶμαι. ἀλλά μοι λέγε, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς· ἡ δι' d.
ὄψεως ἡδονὴ καὶ ἡ δι' ἀκοῆς, εἴπερ ἀμφότεραί τ' εἰσὶ καλαὶ
καὶ ἑκατέρα, ἆρα ὃ ποιεῖ αὐτὰς καλὰς, οὐχὶ καὶ ἀμφοτέ-
ρας γε αὐταῖς ἕπεται καὶ ἑκατέρα; ΙΠ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἆρ'
οὖν ὅτι ἡδονὴ ἑκατέρα τ' ἐσὶ, καὶ ἀμφότεραι, διὰ τοῦτο ἂν
εἶεν καλαί; ἢ διὰ τοῦτο μὲν καὶ ἄλλαι πᾶσαι ἂν οὐδὲν τού-
των ἧττον εἶεν καλαί; οὐδὲν γὰρ ἧττον ἡδοναὶ ἐφάνησαν οὖ-
σαι, εἰ μέμνησαι. ΙΠ. Μέμνημαι. ΣΩ. Ἀλλ' ὅτι γε δι'
ὄψεως καὶ ἀκοῆς αὖταί εἰσι, διὰ τοῦτο ἐλέγετο καλὰς αὐτὰς
εἶναι. ΙΠ. Καὶ ἐῤῥήθη οὕτω. ΣΩ. Σκόπει δὲ εἰ ἀληθῆ λέγω. e.
ἐλέγετο γὰρ, ὡς ἐγὼ μνήμης ἔχω, τοῦτ' εἶναι καλὸν τὸ ἡδὺ,

pulchras esse, quod utraque earum habet, ambae nequaquam; vel quod ambae, sed utraque minime: immo eo, quod & ambae habent, & utraque: & idcirco ambas & utramque pulchras esse, & tu concessisti, & ego hac de causa, per illam ipsam essentiam, quae ambas sequitur, ambas esse pulchras, si modo pulchrae sunt, censui; per eam vero, quae alteram deserit, minime. & nunc quoque idem existimo. Verum mihi tanquam a principio dicas, si voluptates, quae per visum & quae per auditum fiunt, ambae & utraque pulchrae sunt, quod ipsas pulchras efficit, nonne ambas & utramque sequitur? *Hip.* Prorsus. *So.* An ex eo, quod utraque atque ambae sunt voluptates, pulchrae sunt? vel hac ratione aliae quoque voluptates, non minus pulchrae? nihil enim minus voluptates illas esse constitit. meministin'? *Hip.* Memini. *So.* Sed quia per visum & auditum fiunt, idcirco pulchras esse illas est dictum. *Hip.* Ita dictum. *So.* Vide, num vera loquar. sic enim, ut memini, diximus, pulchrum esse, quod iucundum, non qui-

οὐ πᾶν, ἀλλ' ὃ ἂν δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ᾖ. ΙΠ. Ἀληθῆ. ΣΩ. Οὐκοῦν τοῦτό γε τὸ πάθος ἀμφοτέραις μὲν ἕπεται, ἑκατέρᾳ δ' οὔ; οὐ γάρ που ἑκάτερόν γε αὐτῶν, ὅπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγετο, δι' ἀμφοτέρων ἐσίν· ἀλλ' ἀμφότερα μὲν δι' ἀμφοῖν, ἑκάτερον δ' οὔ. ἔστι ταῦτα; ΙΠ. Ἔστιν. ΣΩ. Οὐκ ἄρα τούτῳ γε ἑκάτερον αὐτῶν ἐστι καλὸν, ὃ μὴ ἕπεται ἑκατέρῳ. τὸ γὰρ ἀμφότερον ἑκατέρῳ οὐχ ἕπεται. ὥστε ἀμφότερα μὲν αὐτὰ φάναι καλὰ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ἔξεσιν, ἑκάτερον δὲ οὐκ ἔξε-
p. σιν. ἢ πῶς λέγομεν; οὐκ ἀνάγκη; ΙΠ. Φαίνεται. ΣΩ. Φῶ-
303 μεν οὖν ἀμφότερα μὲν καλὰ εἶναι, ἑκάτερον δὲ μὴ φῶμεν;
a. ΙΠ. Τί γὰρ κωλύει; ΣΩ. Τόδε ἔμοιγε, ὦ φίλε, δοκεῖ κωλύειν, ὅτι ἦν που ἡμῖν τὰ μὲν οὕτως ἐπιγιγνόμενα ἑκάστοις, εἴπερ ἀμφοτέροις ἐπιγίγνοιτο, καὶ ἑκατέρῳ· καὶ εἴπερ ἑκατέρῳ, καὶ ἀμφοτέροις, ἅπαντα ὅσα σὺ διῆλθες. ἦ γάρ; ΙΠ. Ναί. ΣΩ. Ἃ δέ γε αὖ ἐγὼ διῆλθον, οὔ. ὧν δὴ ἦν καὶ αὐτὸ τὸ ἑκάτερον καὶ τὸ ἀμφότερον. ἔστιν οὕτως; ΙΠ. Ἔστι. ΣΩ.
b. Ποτέρων οὖν, ὦ Ἱππία, δοκεῖ σοι τὸ καλὸν εἶναι; πότερον ὧν

dem per ſenſus quoslibet, ſed quod per viſum dumtaxat atque auditum. *Hip.* Sic prorſus. *So.* Nonne paſſio haec ambas ſequitur, utramque minime? non enim utraque illarum, quemadmodum ſupra diximus, per ambas ſunt: ſed ambae quidem per ambas, utraque minime. eſtne ita? *Hip.* Eſt. *So.* Non ergo hoc utraque pulchrae ſunt, quod non ſequitur utraſque. ambo enim non ſequitur utrumque. Quamobrem ambo illa vocare pulchra ſecundum ſuppoſitionem licet: utraque vero, nequaquam. an aliter dicimus? nonne hoc neceſſarium eſt? *Hip.* Videtur. *So.* Dicendumne, ambo quidem pulchra eſſe, utraque vero nequaquam? *Hip.* Quid prohibet? *So.* Hoc mihi, amice, obſtare videtur, quod quaedam ſic adeſſe aliis iudicata ſunt, ut, ſi ambobus adſunt, adſint & utrique: & contra, ſi utrique, & ambobus. Haeccine omnia ſunt, quae tu narraſti? *Hip.* Erant certe. *So.* Quae autem ego retuli, minime: e quorum numero erat, quod ambo dicitur, & quod utrumque. eſtne ita? *Hip.* Eſt. *So.* Utrum tibi vi-

σὺ ἔλεγες; εἴπερ ἐγὼ ἰσχυρὸς, καὶ σὺ, καὶ ἀμφότεροι· καὶ εἴπερ ἐγὼ δίκαιος, καὶ σὺ, καὶ ἀμφότεροι· καὶ εἴπερ ἀμφότεροι, καὶ ἑκάτερος. οὕτω δὴ καὶ εἴπερ ἐγὼ καλὸς, καὶ σὺ, καὶ ἀμφότεροι· καὶ εἴπερ ἀμφότεροι, καὶ ἑκάτερος. ἢ οὐδὲν κωλύει, ὥσπερ ἀρτίων ὄντων τινῶν ἀμφοτέρων, τάχα μὲν ἑκάτερα περιττὰ εἶναι, τάχα δ' ἄρτια· καὶ αὖ ἀῤῥήτων ἑκατέρων ὄντων, τάχα μὲν ῥητὰ τὰ συναμφότερα εἶναι, τάχα δ' ἄῤῥητα; καὶ ἄλλα μυρία τοιαῦτα, ἃ δὴ καὶ ἐγὼ ἔφην ἐμοὶ c. προφαίνεσθαι. ποτέρων δὴ τίθης τὸ καλόν; ἢ ὥσπερ ἐμοὶ περὶ αὐτοῦ καταφαίνεται, καί σοι; πολλὴ γὰρ ἀλογία ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, ἀμφοτέρους μὲν ἡμᾶς εἶναι καλοὺς, ἑκάτερον δὲ μή· ἢ ἑκάτερον μὲν, ἀμφοτέρους δὲ μὴ, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν τοιούτων. οὕτως αἱρῇ ὥσπερ ἐγὼ, ἢ ἐκεῖνως; ΙΠ. Οὕτως ἔγωγε, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Εὖγε σὺ ποιῶν, ὦ Ἱππία· ἵνα καὶ ἀπαλλαγῶμεν πλείονος ζητήσεως. εἰ γὰρ τούτων γ' ἐστὶ τὸ d. καλὸν, οὐκ ἂν ἔτι εἴη τὸ δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἡδὺ, καλόν. ἀμφότερα μὲν γὰρ ποιεῖ καλὰ τὸ δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς, ἑκά-

detur, o Hippia, ex his, quae ipſe expoſuiſti, pulchrum eſſe? ut, ſi ego robuſtus & tu, ambo robuſti. item ſi ego iuſtus & tu, ambo: & contra, ſi ambo, & uterque. Vel nihil prohibet ita contingere, ut in ipſis paribus & imparibus accidit: ubi ambo aliquando paria ſunt, imparia utraque, & aliquando paria: nec non utraque interdum talia ſunt, ut exprimi opportune nequeant, ambo queant, & interdum nequeant? aliaque huius generis plurima, quae mihi occurrere dixeram. Quorum in numero pulchrum ponis? num ita tibi de hoc, ut mihi, apparet? nimis enim abſurdum eſſe mihi videretur, ut ambo pulchri ſimus, non uterque: vel contra, uterque pulcher, non ambo, aut aliud quodlibet talium. Itane ipſe eligis, ut ego? an illo potius modo? *Hip.* Sic equidem. *So.* Recte agis, Hippia, ut a longiore inquiſitione nos liberemus. Si enim ex his eſt pulchrum, haud amplius, quod per viſum & auditum delectat, pulchrum erit. ambo namque pulchra facit, utraque minime. hoc autem impoſſi-

τερον δ' οὔ. τοῦτο δ' ἦν ἀδύνατον, ὡς ἐγώ τε καὶ σὺ δὴ ὁμολογοῦμεν, ὦ Ἱππία. ΙΠ. Ὁμολογοῦμεν γάρ. ΣΩ. Ἀδύνατον ἄρα τὸ δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἡδὺ, καλὸν εἶναι· ἐπειδή γε καλὸν γιγνόμενον, τῶν ἀδυνάτων τι παρέχεται. ΙΠ. Ἔοικε ταῦτα. ΣΩ. Λέγετε δὴ πάλιν, φήσει, ἐξ ἀρχῆς, ἐπειδὴ τούτου διημάρτετε τί ποτὲ εἶναι τοῦτο τὸ καλὸν, τὸ ἐπ' ἀμφοτέραις ταις ἡδοναις, δι' ὅ, τι ταύτας πρὸ τῶν ἄλλων τιμήσαντες, καλὰς ὠνομάσατε. ἀνάγκη δή μοι δοκεῖ εἶναι, ὦ Ἱππία, λέγειν, ὅτι ἀσινέσταται αὗται τῶν ἡδονῶν εἰσι καὶ βέλτισαι, καὶ ἀμφότεραι καὶ ἑκατέρα. ἢ σὺ τι ἔχεις λέγειν ἄλλο ᾧ διαφέρουσι τῶν ἄλλων; ΙΠ. Οὐδαμῶς. τῷ ὄντι γὰρ βέλτισαι εἰσί. ΣΩ. Τοῦτ' ἄρα φήσει, Λέγετε δὴ τὸ καλὸν εἶναι ἡδονὴν ὠφέλιμον; Ἐοίκαμεν, φήσω ἔγωγε. σὺ δέ; ΙΠ. Καὶ ἐγώ. ΣΩ. Οὐκοῦν ὠφέλιμον, φήσει, τὸ ποιοῦν τἀγαθόν; τὸ δὲ ποιοῦν καὶ τὸ ποιούμενον, ἕτερον νῦν δὴ ἐφάνη. καὶ εἰς τὸν πρότερον λόγον ἥκει ἡμῖν ὁ λόγος. οὔτε γὰρ τὸ ἀγαθὸν ἂν εἴη καλὸν, οὔτε τὸ καλὸν, ἀγαθόν· εἶπες ἄλλο αὐτῶν

e.

p. 304 a.

bile, ut inter nos convenit. *Hip.* Convenit certe. *So.* Impossibile igitur, quod visum & auditum iucundum, pulchrum esse. nam si id pulchrum esset, impossibile aliquid sequeretur. *Hip.* Vera haec sunt. *So.* Hic contentiosus ille dicet: Exponite iterum a principio, postquam istud vos fefellit, quid esse pulchrum hoc dicitis, quod ambabus voluptatibus inest, propter quod istas prae ceteris honorantes pulchras vocastis? Necessarium mihi videtur, o Hippia, ut respondeamus, quod innoxiae sunt prae ceteris voluptatibus, atque optimae, tam ambae, quam utraque. An tu aliquid aliud habes, quo ab aliis differant? *Hip.* Nihil. revera enim optimae sunt. *So.* Tum ille: Hoc igitur pulchrum esse dicitis, conducibilem voluptatem? Videri equidem, respondebo. tu vero? *Hip.* Et ego. *So.* Ille vero ad haec: Nonne conducibile est, quod bonum efficit? efficiens autem & effectum aliud esse nunc constitit. unde eodem relabimur. neque enim bonum pulchrum esset, neque pulchrum bonum, si quidem

ἑκάτερον ἐστί. παντός γε μᾶλλον φήσομεν, ὦ Ἱππία, ἂν σωφρονῶμεν. οὐ γάρ που θέμις τῷ ὀρθῶς λέγοντι μὴ συγχωρεῖν. ΙΠ. Ἀλλὰ δή γ', ὦ Σώκρατες, τί οἴει ταῦτα εἶναι ξύμπαντα; κνίσματά τοι ἐστὶ καὶ περιτμήματα τῶν λόγων, ὅπερ ἄρτι ἔλεγον, κατὰ βραχὺ διῃρημένα. ἀλλ' ἐκεῖνο καὶ καλὸν καὶ πολλοῦ ἄξιον, οἵόντ' εἶναι, εὖ καὶ καλῶς λόγον καταξησάμενον ἐν δικαστηρίῳ, ἢ ἐν βουλευτηρίῳ, ἢ ἐπ' ἄλλῃ τινὶ ἀρχῇ πρὸς ἣν ἂν ὁ λόγος ᾖ, πείσαντα, οἴχεσθαι φέρον- b.
τα οὐ τὰ σμικρότατα ἀλλὰ τὰ μέγιστα τῶν ἄθλων, σωτηρίαν αὐτοῦ τε καὶ τῶν αὐτοῦ χρημάτων καὶ φίλων. τούτων οὖν χρὴ ἀντέχεσθαι, χαίρειν ἐάσαντα τὰς σμικρολογίας ταύτας· ἵνα μὴ δοκῇς λίαν ἀνόητος εἶναι λήρους καὶ φλυαρίας, ὥσπερ νῦν, μεταχειριζόμενος. ΣΩ. Ὦ Ἱππία φίλε, σὺ μὲν μακάριος εἶ, ὅτι τε οἶσθα ἃ χρὴ ἐπιτηδεύειν ἄνθρωπον, καὶ ἐπιτετήδευκας ἱκανῶς, ὡς φῄς· ἐμὲ δὲ δαιμονία τὶς τύχη, ὡς ἔοικε, κατέχει· ὅστις πλανῶμαι μὲν καὶ ἀπορῶ ἀεί. c.
ἐπιδεικνὺς δὲ τὴν ἐμαυτοῦ ἀπορίαν ὑμῖν τοῖς σοφοῖς, λόγῳ

aliud unumquodque illorum eſſet. Ita eſſe nos illi, o Hippia, ſi ſapiemus, illico reſpondebimus. nefas enim eſt, recte loquenti non aſſentiri. *Hip.* Quid tu aliud, Socrates, cuncta haec eſſe ducis, quam contractiones quaſdam conciſioneſque ſermonum, ut ante dixi, in minima reſolutas? Illud vero pulchrum & multi faciendum eſt, ut quis valeat, praeclara oratione habita in iudicio, vel concilio, vel ad aliam quandam poteſtatem, ad quam verba fiunt, auditoribus perſuaſis, non minima quaedam, ſed maxima praemia reportare, ſui ipſius, rerum ſuarum, amicorumque ſalutem. Haec ſane, omiſſis minutis his quaeſtiunculis, complecti decet, ne demens eſſe videaris, dum deliramenta, & nugas, ut modo, pertractas. *So.* O amice Hippia, tu quidem beatus es, qui noſti, quibus ſtudere hominem decet, & ipſe abunde, ut aſſeris, ſtuduiſti. Me vero mira quaedam fortuna detinet: quippe aberro ſemper, atque egeo. Quoties autem inopiam meam ſapientibus vobis oſtendo, verbis rurſus a vobis obiurgor. obiicitis enim

αὖ ὑπὸ ὑμῶν προπηλακίζομαι, ἐπειδὰν ἐπιδείξω. λέγετε γάρ με ἅπερ καὶ σὺ νῦν λέγεις, ὡς ἠλίθιά τε καὶ σμικρὰ καὶ οὐδενὸς ἄξια πραγματεύομαι. ἐπειδὰν δὲ αὖ ἀναπεισθεὶς ὑπὸ ὑμῶν λέγω ἅπερ ὑμεῖς, ὡς πολὺ κράτιστον ἐστὶν οἴόντ' εἶναι λόγον εὖ καὶ καλῶς κατασκευάσαντα περαίνειν ἐν δικαστηρίῳ,
d. ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ συλλόγῳ, ὑπό τε ἄλλων τινῶν τῶν ἐνθάδε καὶ ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ἀεί με ἐλέγχοντος, πάντα κακὰ ἀκούω. καὶ γάρ μοι τυγχάνει ἐγγύτατα γένους ὤν, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ οἰκῶν. ἐπειδὰν οὖν εἰσέλθω οἴκαδε εἰς ἐμαυτοῦ, καὶ μοῦ ἀκούσῃ ταῦτα λέγοντος, ἐρωτᾷ εἰ οὐκ αἰσχύνομαι τολμῶν περὶ καλῶν ἐπιτηδευμάτων διαλέγεσθαι, οὕτω φανερῶς ἐξελεγχόμενος περὶ τοῦ καλοῦ, ὅτι οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ὅ, τι ποτ' ἐστὶν οἶδα. Καίτοι πῶς σὺ εἴσῃ, φησὶν, ἢ λόγον
e. ὅστις καλῶς κατεσκεύασται, ἢ μὴ, ἢ ἄλλην πρᾶξιν ἡντινοῦν, τὸ καλὸν ἀγνοῶν; καὶ ὁπότε οὕτω διάκεισαι, οἴει σοὶ κρεῖττον εἶναι ζῆν μᾶλλον ἢ τεθνάναι; συμβέβηκε δή μοι ὅπερ λέγω, κακῶς μὲν ὑπὸ ὑμῶν ἀκούειν καὶ ὀνειδίζεσθαι, κακῶς δὲ ὑπ'

continuo, quae & tu nunc obiecisti, me scilicet stolida, exilia, & nihili facienda tractare. demum, cum persuasus a vobis, eadem, quae & vos, profero, longe optimum esse, posse orationem eleganter & ornate compositam perorare in iudicio, & alio quovis coetu, rursus nonnulli e nostris, & ille vir, qui me semper redarguit, graviter increpant. proximus enim ille vir mihi genere est, & una mecum habitat. Ergo cum primum domum ingressus sum, & ille me talia dicentem audit, interrogat, quid non erubescam de pulchris vitae institutis disputare, cum adeo manifeste circa pulchrum redargutus sim, quod, ipsum pulchrum quid sit, ignorem. Inquit enim, Qua ratione intelliges, quae oratio pulchre composita sit, quae non, aut aliam quamlibet actionem pulchram esse, vel turpem, dum pulchrum ipsum quid sit ignoras? & quando ita affectus sis, vivere te, quam mori, praestare putas? Contigit itaque mihi, quod modo dicebam, ut & a vobis & ab illo male verbis accipiar, maleque audiam. Sed forte ope-

ἐκείνου. ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἀναγκαῖον ὑπομένειν ταῦτα πάντα. οὐδὲν γὰρ ἄτοπον, εἰ ὠφελοίμην. ἐγὼ οὖν μοι δοκῶ, ὦ Ἱππία, ὠφελεισθαι ἀπὸ τῆς ἀμφοτέρων ὑμῶν ὁμιλίας. τὴν γὰρ παροιμίαν ὅ, τι ποτὲ λέγει, τὸ, χαλεπὰ τὰ καλὰ, δοκῶ μοι εἰδέναι.

rae pretium eſt, haec omnia tolerare. neque enim id abſurdum, modo quippiam lucratus ſim. tantum enim, Hippia, conſuetudine utrorumque veſtrúm profeci, ut proverbium illud, quod pulchra difficilia eſſe dicit, intelligere mihi iam videar.

# ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ

# ΠΛΑΤΩΝΟΣ
# ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ

# PLATONIS
# EPISTOLAE

## Πρώτη.
## ΔΙΩΝ ΔΙΟΝΥΣΙΩ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

ΔΙΑΤΡΙΨΑΣ ἐγὼ παρ' ὑμῖν χρόνον τοσοῦτον, καὶ p.
διοικῶν τὴν ὑμετέραν ἀρχὴν πεπιςευμένος, πάντων μάλιςα 309
τὰς ὠφελείας ὑμῶν λαμβανόντων, τὰς διαβολὰς δυσχερεῖς a.
οὔσας ὑπέμενον. ἤδειν γὰρ ὅτι τῶν ὠμοτέρων οὐδὲν ἐμοῦ
συνεξέλοντος ὑμῖν δόξει πεπράχθαι. πάντες γὰρ οἱ συμπο-
λιτευόμενοι μεθ' ὑμῶν, ὑπάρχουσί μοι μάρτυρες· ὧν ἐγὼ πολ-
λοῖς συνηγωνισάμην, ἀπολύσας αὐτοὺς οὐ σμικρᾶς ζημίας. b.

## EPISTOLA I.
## DIO DIONYSIO BENE AGERE.

EGO dum apud vos diu multumque verſarer, & ita imperium veſtrum fideliter adminiſtrarem, ut inde prae ceteris utilitatem perciperetis, graves calumnias ſuſtinui. Novi enim, quod, me vobis adſtipulante, crudele nihil omnino factum videbitur. Omnes autem, qui eadem gubernatione verſati ſunt, teſtes mihi eſſe poſſunt: quorum ego permultos ſummo conatu a damnis non mediocribus liberavi. Imperio quin etiam

αὐτοκράτωρ δὲ πολλάκις τὴν ὑμετέραν πόλιν διαφυλάξας, ἀπεπέμφθην ἀτιμότερον ἢ πτωχὸν ὑμῶν ἀποξελλόντων προσήκει, καὶ κελευόντων ἐκπλεῦσαι, τοσοῦτον παρ' ὑμῖν διατρίψαντα χρόνον. ἐγὼ μὲν οὖν περὶ ἐμαυτοῦ βουλεύσομαι τὸν λοιπὸν τρόπον ἀπανθρωπότερον· σὺ δὲ τοιοῦτος ὢν τύραννος οἰκήσεις μόνος. τὸ δὲ χρυσίον τὸ λαμπρὸν ὅπερ
c. ἔδωκας εἰς ἀποξολὴν, ἄγει σοὶ Βακχεῖος ὁ τὴν ἐπιξολὴν φέρων. οὔτε γὰρ ἐφόδιον ἐκεῖνό γ' ἦν ἱκανὸν, οὔτε πρὸς τὸν ἄλλον βίον ξυμφέρον· ἀδοξίαν δὲ πλείξην μὲν τῷ διδόντι σοὶ παρασκευάζον, οὐ πολλῷ δὲ ἐλάττω καὶ μοὶ τῷ λαμβάνοντι. διόπερ οὐ λαμβάνω· σοὶ δ' οὐδὲν διαφέρει δηλονότι καὶ λαβεῖν καὶ δοῦναι τοσοῦτον. ὥστε κομισάμενος, ἄλλον τινὰ τῶν ἑταίρων θεράπευσον ὥσπερ ἐμέ. κἀγὼ γὰρ ἱκανῶς ὑπὸ σοῦ
d. τεθεράπευμαι. καί μοι τὸ τοῦ Εὐριπίδου κατὰ καιρὸν ἐξὶν εἰπεῖν, ὅτι σοὶ πραγμάτων ἄλλων ποτὲ ξυμπεσόντων, Εὔξῃ τοιοῦτον ἄνδρα σοὶ παρεξάναι. Ὑπομνῆσαι δέ σε βούλομαι διότι καὶ τῶν ἄλλων τραγῳδιοποιῶν οἱ πλεῖξοι ὅταν ὑπό

apud vos fungens, civitatem veſtram ſaepius cuſtodivi. Tandem vero ignominioſius a vobis expulſus ſum, quam mendicum aliquem expelli conveniat, iuſſus a vobis abire, qui tam diuturnam operam veſtris ſum commodis impertitus. Igitur poſthac cogito degere vitam ſolitariam. Tu autem talis tyrannus gubernabis ſolus. Pecuniam vero illam egregiam, abs te in viaticum miſſam, per Bacchium hunc una cum his literis ad te remitto. neque enim ad viaticum ſufficit: neque ad ceteram vitam ſatis eſt utilis: tibique danti dedecus allatura maximum, & mihi non multo minus accipienti. itaque illam accipere nolui. Tua vero nihil intereſt, & dare & accipere tantundem: ſed illa recepta tuorum quempiam alterum honorabis, quemadmodum me honoraſti. Ego abs te ſatis iam ſum honoratus. Et mihi opportunum eſt nunc, Euripidis illud dicere, Te, rebus quandoque poſcentibus, talem tibi virum aſſiſtere optaturum. Meminiſſe autem te volo, & alios tragicos plurimos, cum tyrannum aliquem pereuntem indu-

τινος ἀποθνήσκοντα τύραννον εἰσάγωσιν, ἀναβοῶντα ποι- p.
οῦσι, Φίλων ἔρημος ὦ τάλας ἀπόλλυμαι. χρυσίου δὲ σπάνει 310
ἀπολλύμενον οὐδεὶς πεποίηκε. κἀκεῖνο δὲ τὸ ποίημα τοῖς νοῦν a.
ἔχουσιν οὐ κακῶς ἔχειν δοκεῖ, Οὐ χρυσὸς ἀγλαὸς σπανιώ-
τατος ἐν θνατῶν δυσελπίςῳ βίῳ, οὐδ' ἀδάμας, οὐδ' ἀργύρου
κλίναι, πρὸς ἄνθρωπον δοκιμαζόμεν' ἀςράπτει πρὸς ὄψεις·
οὐδὲ γαίας εὐρυπέδου γόνιμοι βρίθοντες αὐτάρκεις γυῖαι, ὡς
ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόησις. Ἔρρωσο· καὶ γίγνωσκε
τοσοῦτον ἡμῶν διημαρτηκὼς, ἵνα πρὸς τοὺς ἄλλους βέλτιον b.
προσφέρῃ.

cunt, huiuſmodi illi voces attribuere, Heu miſer, pereo, nullis fultus amicis. Auri vero defectu pereuntem aliquem nullus adhuc finxit poëtarum. Illud quoque poëticum, mentem habentibus valde probatur: Non auri fulgor, in miſera mortalium vita rariſſimi, non adamas, non argenteae menſae, quae apud homines habentur in pretio, ita oculis coruſcant, neque lati fundi aut pinguia culta tantum valent ad vitam, quantum mens bonorum virorum inter ſe conſentientium. Vale: atque conſidera, tantum erga nos erratum, quo erga ceteros rectius te geras.

---

Δευτέρα.

## ΠΛΑΤΩΝ ΔΙΟΝΥΣΙΩ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Ἦκουσα Ἀρχεδήμου ὅτι σὺ ἡγῇ χρῆναι περὶ σοῦ μὴ μόνον ἐμὲ ἡσυχίαν ἄγειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐμοὺς ἐπιτη-

## EPISTOLA II.

## PLATO DIONYSIO BENE AGERE.

Audivi ex Archedemo, te cenſere, non ſolum me, ſed familiares etiam meos, praeter unicum Dionem, nihil mali ad-

δείους, τοῦ φλαῦρόν τι ποιεῖν ἢ λέγειν περὶ σοῦ. Δίωνα δὲ
c. μόνον ἐξαίρετον ποιῇ. οὗτος δὲ ὁ λόγος σημαίνει, τὸ Δίωνα ἐξαίρετον εἶναι, ὅτι οὐκ ἄρχω ἐγὼ τῶν ἐμῶν ἐπιτηδείων. εἰ γὰρ ἦρχον ἐγὼ οὕτω τῶν τε ἄλλων καὶ σοῦ καὶ Δίωνος, πλείω ἂν ἦν ὑμῖν τε πᾶσιν ἀγαθὰ, τοῖς τε ἄλλοις Ἕλλησιν, ὡς ἐγώ φημι. νῦν δὲ μέγας ἐγώ εἰμι, ἐμαυτὸν παρέχων τῷ ἐμῷ λόγῳ ἑπόμενον. καὶ ταῦτα λέγω ὡς οὐχ ὑγιές τι Κρατισόλου καὶ Πολυξένου πρός σε εἰρηκότων. ὧν φασὶ λέ-
d. γειν τὸν ἕτερον, ὅτι ἀκούσαι Ὀλυμπιάσι πολλῶν τινῶν τῶν μετ' ἐμοῦ σε κατηγορούντων. ἴσως γὰρ ὀξύτερον ἐμοῦ ἀκούει. ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἤκουσα. χρὴ δὲ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὕτωσί τε ποιεῖν τοῦ λοιποῦ, ὅταν τὶ τοιοῦτον λέγῃ τὶς περὶ ἡμῶν τινος, γράμματα πέμψαντα, ἐμὲ ἔρεσθαι. ἐγὼ γὰρ τἀληθῆ λέγειν οὔτε ὀκνήσω, οὔτε αἰσχυνοῦμαι. ἐμοὶ δὲ δὴ καί σοι τὰ πρὸς ἀλλήλους οὕτωσὶ τυγχάνει ἔχοντα. οὔτε αὐτοὶ ἀγνῶτες ἐσμὲν οὐδενὶ Ἑλλήνων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὔτε ἡ συνουσία ἡμῶν
e. σιγᾶται. μὴ λανθανέτω δέ σε ὅτι οὐδ' εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον

versus te loqui debere, vel agere. Hoc autem, quod de Dione excipis, ostendit, me in familiares meos imperium non habere. Si enim haberem cum in alios, tum in Dionem ac te imperium, tam vobis, quam ceteris Graecis, bona, ut arbitror, plurima provenirent. Nunc autem hoc dumtaxat magnus sum, quod me ipsum praesto rationi meae obedientem. Quae ideo dico, quia nihil sinceri Cratistolus & Polyxenus ad te detulerunt. quorum alterum dicere ferunt, audisse Olympiis multos eorum, qui mecum erant, obtrectantes tibi. Forsitan acutius, quam ego, ille audit. ego enim tale nihil audivi. Videtur autem mihi, posthac, quoties huiuscemodi aliquid ad te defertur, te ita facere oportere, ut scribas ad me, & rem ipsam perquiras. ego enim verum fateri nec formidabo, nec erubescam. Mihi autem & tibi ita se res invicem habet, ut neque nos ulli (ut libere dicam) Graecorum incogniti simus, neque familiaritatem nostram huius seculi homines conticescant. certum quoque illud habeto, neque po-

σιγηθήσεται. τοιοῦτοι οἱ παραδεδεγμένοι εἰσὶν αὐτὴν, ἅτε οὐκ ὀλίγην γ' εγεννημένην, οὐδ' ἠρέμα. τί οὖν δὴ λέγω; νυνὶ ἐρῶ, ἄνωθεν ἀρξάμενος. πέφυκε ξυνιέναι εἰς ταυτὸ φρόνησίς τε καὶ δύναμις μεγάλη· καὶ ταῦτ' ἀλλήλ' ἀεὶ διώκει καὶ ζητεῖ καὶ ξυγγίνεται. ἔπειτα καὶ οἱ ἄνθρωποι χαίρουσι περὶ τούτων αὐτοί τε διαλεγόμενοι καὶ ἄλλων ἀκούοντες ἔν τε ἰδίαις συνουσίαις καὶ ἐν ταῖς ποιήσεσιν. οἷον καὶ περὶ Ἱέρωνος P. 311 ὅταν διαλέγωνται ἄνθρωποι καὶ Παυσανίου τοῦ Λακεδαιμονίου, χαίρουσι τὴν Σιμωνίδου ξυνουσίαν παραφέροντες, ἅ τε ἔπραξε καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· καὶ Περίανδρον τὸν Κορίνθιον καὶ Θαλῆν τὸν Μιλήσιον ὑμνεῖν εἰώθασιν ἅμα· καὶ Περικλέα, καὶ Ἀναξαγόραν· καὶ Κροῖσον αὖ, καὶ Σόλωνα, ὡς σοφούς· καὶ Κῦρον, ὡς δυνάστην. καὶ δὴ ταῦτα μιμούμενοι οἱ ποιηταὶ Κρέοντα μὲν καὶ Τειρεσίαν συνάγουσι, Πολύειδον δὲ καὶ Μίνω, Ἀγαμέμνονα δὲ καὶ Νέστορα, καὶ b. Ὀδυσσέα καὶ Παλαμήδη. ὡς δ' ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ Προμηθέα Διΐ ταύτῃ πη συνῆγον οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι. τούτων δὲ τοὺς

steros tacituros. tales sunt, qui eam norunt, utpote neque parvam, neque obscuram. Quorsum haec? statim aperiam, altius rem aliquanto exorsus. Naturae quidem lege sapientia potentiaque excellens in idem tendunt: semperque ista duo se invicem affectant, persequuntur, congrediuntur. deinde etiam istis homines admodum delectantur, quoties sive in carminibus poëtarum, sive privatis colloquiis huiusmodi quaedam referunt, aut audiunt: ceu cum de Hierone & Pausania Lacedaemonio loquuntur homines, gaudent Simonidis familiaritatem, quae cum illis fuit, commemorare, &, quae apud eos dixit fecitque, referre. Similiter Periandrum Corinthium, & Thaletem Milesium una celebrare consueverunt, Periclem & Anaxagoram, Croesum atque Solonem, ut sapientes: & Cyrum, ut potentem. Atqui haec imitati poëtae, Creontem & Tiresiam simul inducunt, Polyeidumque & Minoa, Agamemnonem & Nestorem, Ulyssem & Palamedem: atque, ut mihi videtur, eadem ratione

μὲν εἰς διαφοράν, τοὺς δ' εἰς φιλίαν ἀλλήλοις ἰόντας· τοὺς δὲ, τοτὲ μὲν εἰς φιλίαν, τοτὲ δ' εἰς διαφοράν· καὶ τὰ μὲν, ὁμονοοῦντας, τὰ δὲ διαφερομένους ᾄδουσι. πάντα δὴ ταῦτα λέγω, τόδε βουλόμενος ἐνδείξασθαι, ὅτι οὐκ, ἐπειδὰν ἡμεῖς
c. τελευτήσωμεν, καὶ οἱ λόγοι οἱ περὶ ἡμῶν αὐτῶν σεσιγήσονται. ὥστ' ἐπιμελητέον αὐτῶν ἐστιν. ἀνάγκη γὰρ, ὡς ἔοικε, μέλειν ἡμῖν καὶ τοῦ ἔπειτα χρόνου· ἐπειδὴ καὶ τυγχάνουσι κατά τινα φύσιν οἱ μὲν ἀνδραποδωδέστατοι οὐδὲν φροντίζοντες αὐτοῦ, οἱ δ' ἐπιεικέστατοι, πᾶν ποιοῦντες ὅπως ἂν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον εὖ ἀκούωσιν. ὃ δὴ καὶ ἐγὼ τεκμήριον ποιοῦμαι ὅτι ἔστι τὶς αἴσθησις τοῖς τεθνεῶσι τῶν ἐνθάδε. αἱ γὰρ βέλτισται ψυχαὶ μαντεύονται ταῦτα οὕτως ἔχειν· αἱ δὲ μοχθηρόταται οὔ φασι. κυριώτερα δὲ τὰ τῶν θείων ἀνδρῶν μαντεύματα, ἢ τὰ τῶν μή. οἶμαι δ' ἔγωγε τοῖς ἔμπροσθεν, περὶ ὧν λέγω, εἰ ἔξεστι αὐτοῖς ἐπανορθώσασθαι τὰς αὐτῶν συνουσίας, πάνυ ἂν σπουδάσαι ὥστε βελτίω λέγεσθαι περὶ αὐτῶν

prisci homines Iovi Prometheum coniunxerunt. Horum vero alios consentientes, alios dissentientes inducunt: alios autem quandoque concordes, quandoque vero discordes: eorumque tam dissensiones, quam consensiones, canunt. Cuncta vero haec ideo dixi, ut illud ostenderem, quod etiam cum mortui fuerimus, de nobis homines non silebunt. quocirca non est negligendum a nobis: sed cura habenda temporis subsequentis. Fit enim natura quadam, ut ignavissimi homines nihil curent, quae sit de ipsis futura opinio: probatissimi autem viri cuncta faciant, quo in futuris seculis bene inter homines audiant. Quam ego coniecturam facio, esse aliquem sensum iis, qui mortui sunt, rerum, quae in vita geruntur: quoniam optimi sic forte divinant; deterrimi autem nequaquam. Validiora vero sunt divinorum virorum praesagia, quam aliorum. Puto autem, si liceret superioribus illis defunctis, de quibus loquor, suam consuetudinem emendare, plurimam operam adhibituros, ut meliores de se, quam nunc, opiniones circumferrentur. Hoc nobis quidem etiam nunc, favente

ἢ νῦν. τοῦτο οὖν ἡμῖν ἔτι σὺν θεῷ εἰπεῖν ἔξεστιν, εἴτι ἄρα μὴ καλῶς πέπρακται κατὰ τὴν ἔμπροσθεν συνουσίαν, ἐπανορθώσασθαι καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ. περὶ γὰρ φιλοσοφίαν φημὶ ἐγὼ τὴν ἀληθινὴν δόξαν ἔσεσθαι· ἡμῶν μὲν ὄντων ἐπιεικῶν, ε.
βελτίω· φαύλων δὲ, τοὐναντίον. καίτοι περὶ τούτου ἡμεῖς ἐπιμελούμενοι, οὐδὲν ἂν εὐσεβέστερον πράττοιμεν· οὐδ' ἀμελοῦντες, ἀσεβέστερον. ὡς δὴ δεῖ γίγνεσθαι, καὶ τὸ δίκαιον ἥ ἔχει, ἐγὼ φράσω. ἦλθον ἐγὼ εἰς Σικελίαν, δόξαν ἔχων πολὺ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ διαφέρειν· βουλόμενος δὲ ἐλθεῖν εἰς Συρακούσας συμμάρτυρα λαβεῖν σε, ἵνα δή μοι τιμῷτο φιλοσο- p.
φία καὶ παρὰ τῷ πλήθει. τοῦτο δ' οὐκ εὐαγές μοι ἀπέβη. τὸ 312
δ' αἴτιον οὐ λέγω ὅπερ ἂν πολλοὶ εἴποιεν, ἀλλ' ὅτι ἐφαίνου a.
οὐ πάνυ ἐμοὶ πιστεύειν σύ· ἀλλ' ἐμὲ μέν πως ἀποπέμψασθαι ἐβούλειν, ἑτέρους δὲ μεταπέμψασθαι, καὶ ζητεῖν τὸ πρᾶγμα τί τὸ ἐμόν ἐστιν· ἀπιστῶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. καὶ οἱ ἐπὶ τούτοις

Deo, facere licet, &, si quid in superiori familiaritate nostra est peccatum, tam factis quam dictis emendare illud atque corrigere. Equidem hoc dico, veram fore opinionem (praesertim quantum ad philosophiam attinet) de nobis, ut si boni simus, bonam, si mali, malam existimationem habituri simus. Atqui nos ista curantes, nihil magis pium agere possemus: & negligentes, nihil aeque impium & profanum. Quemadmodum autem & hoc fieri conveniat, ac iuste fieri possit, ego iam dicam. Quando in Siciliam veni, fama erat, me permultum inter eos, qui tunc philosophabantur, excellere. cupiebam etiam, cum Syracusas veniissem, opinionis illius testem te habere, ut etiam apud multitudinem in honore mihi philosophia esset. verum non satis prospere mihi res illa successit. Causam vero huius rei non illam fuisse dico, quam plerique existimarent: sed illam fuisse causam affero, quod tu non satis mihi credere visus es, sed me quodammodo dimittere velle, alios vero vocare, & quid mihi esset negotii inquirere, diffidens scilicet, ut mihi videbatur. Et qui de iis loquebantur, permulti erant; affirmantes, quod me quidem

βοῶντες πολλοὶ ἦσαν, λέγοντες ὡς σὺ ἐμοῦ μὲν καταπεφρό-
b. νηκας, ἄλλα δὲ ἐσπούδακας. ταῦτα δὴ διαβεβόηται. ὃ δὲ μετὰ ταῦτα δίκαιόν ἐσι ποιεῖν, ἄκουε· ἵνα σοὶ καὶ ἀποκρίνωμαι ὃ σὺ ἐρωτᾷς, πῶς χρὴ ἔχειν ἐμὲ καί σε πρὸς ἀλλήλους. εἰ μὲν ὅλως φιλοσοφίας καταπεφρόνηκας, ἐᾷν χαίρειν· εἰ δὲ παρ' ἑτέρου ἀκήκοας, ἢ αὐτὸς βελτίονα εὕρηκας τῶν παρ' ἐμοί, ἐκεῖνα τίμα. εἰ δ' ἄρα τὰ παρ' ἡμῶν σοι ἀρέσκει, τιμητέον καὶ ἐμὲ μάλιςα. νῦν οὖν, ὥσπερ καὶ ἐξ ἀρχῆς, σὺ καθηγοῦ. ἕψομαι δὲ ἐγώ. τιμώμενος μὲν γὰρ ὑπὸ σοῦ, τι-
c. μήσω σε· μὴ τιμώμενος δὲ, ἡσυχίαν ἕξω. ἔτι δὲ, σὺ μὲν ἐμὲ τιμῶν, καὶ τούτου καθηγούμενος, φιλοσοφίαν δόξεις τιμᾶν, καὶ αὐτὸ τοῦτο ὅ, τι διεσκόπεις καὶ ἄλλως, πρὸς πολλῶν εὐδοξίαν σοὶ οἴσει ὡς φιλοσόφῳ ὄντι. ἐγὼ δέ σε τιμῶν μὴ τιμῶντα, πλοῦτον δόξω θαυμάζειν τε καὶ διώκειν. τοῦτο δ' ἴσμεν ὅτι παρὰ πᾶσιν ὄνομα οὐ καλὸν ἔχει. ὡς δ' ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, σοῦ μὲν τιμῶντος, ἀμφοτέροις κόσμος· ἐμοῦ δὲ,
d. ὄνειδος ἀμφοῖν. περὶ μὲν οὖν τούτων ταῦτα. Τὸ δὲ σφαιρίον

contemneres, atque ad alia animum intendiſſes. Haec igitur tunc fama increbuit. Quid autem poſt haec fieri oporteat, iam audi: ut ad illud, quod interrogaſti, reſpondeam, quo pacto nos invicem gerere debeamus. Si tu quidem omnino philoſophiam ſpernis, valere ſinamus: ſin autem vel ab alio audiſti, vel ipſe per te inveniſti meliora, quam ea, quae a me traduntur, illa complectere. Quod ſi noſtra tibi placent, nos quoque maxime honorare debes. Nunc autem, tanquam ab initio, tu praeito, ego ſequar. honoratus enim a te, te honorabo: non honoratus autem, conquieſcam. Praeterea ſi tu honorare prius me coeperis, philoſophiam videberis honorare: idque apud multitudinem, quod tu inprimis cupiebas, tibi gloriam pariet, tanquam ſapientiae amatori. Sin autem ego te honoravero me minime honorantem, divitias admirari videbor & ſequi. hoc vero quam turpe ab omnibus cenſeatur, non ignoramus. Ut autem ſummatim dicam, te honorante, ambobus honor erit: me autem honorante, am-

οὐκ ὀρθῶς ἔχει. δηλώσει δέ σοι Ἀρχέδημος, ἐπειδὰν ἔλθῃ. καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦδε ὃ τούτου τιμιώτερόν τ' ἐστὶ καὶ θειότερον, καὶ μάλα σφόδρ' αὐτῷ δηλωτέον, ὑπὲρ οὗ σὺ πέπομφας ἀπορούμενος. φῂς γὰρ δὴ κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον οὐχ ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαί σοι περὶ τῆς τοῦ πρώτου φύσεως. φραστέον δή σοι δι' αἰνιγμῶν· ἵν' ἄν τι ἡ δέλτος ἢ πόντου ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς πάθῃ, ὃ ἀναγνοὺς μὴ γνῷ. ὧδε γὰρ ἔχει· περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα· καὶ ἐκεῖ- e.
νο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν. δεύτερον δὲ, περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. ἡ οὖν ἀνθρωπίνη ψυχὴ περὶ αὐτὰ ὀρέγεται μαθεῖν ποῖ' ἄττα ἐστὶ, βλέπουσα εἰς τὰ αὐτῆς συγγενῆ, ὧν οὐδὲν ἱκανῶς ἔχει. τοῦ δὴ βασιλέως πέρι καὶ ὧν εἶ- p.
πον, οὐδέν ἐστι τοιοῦτο. τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἡ ψυχὴ φησίν. 313
ἀλλὰ ποῖόν τι μὴν τοῦτ' ἐστὶν, ὦ παῖ Διονυσίου καὶ Δωρίδος, τὸ ἐρώτημα, ὃ πάντων αἴτιόν ἐστι κακῶν; μᾶλλον δὲ ἡ περὶ τούτου ὠδὶς, ἐν τῇ ψυχῇ ἐγγιγνομένη· ἣν εἰ μή τις ἐξαιρεθήσεται, τῆς ἀληθείας ὄντως οὐ μήποτε τύχοι. σὺ δὲ τοῦτο

bobus infamia. Et de his quidem ſatis. Orbiculus vero ipſe non recte ſe habet. narrabit vero ipſe tibi Archedemus, cum ad te redierit. Illud autem pretioſius & divinius, de quo per illum me interrogas, accurate ipſi eſt oſtendendum. Ais enim, ut ille refert, non ſufficienter tibi a me de prima natura demonſtratum fuiſſe. Dicendum eſt igitur tibi nunc per aenigmata quaedam, ut ſi quid huic tabellae vel mari vel terra contingat, qui eam legerit, intelligere non poſſit. Eſt autem ita. Circa omnium regem cuncta ſunt: ipſius gratia omnia, ipſe pulchrorum omnium cauſa: circa ſecundum ſecunda: tertia circa tertium. Humanus animus affectat, qualia illa ſint, intelligere, aſpiciens in ea, quae ſibi cognata ſunt: quorum nihil ſufficienter ſe habet. ſed in rege ipſo, & in his, quae dixi, nihil eſt tale. Quod autem poſt hoc eſt, animus dicit. At enim qualis haec tua interrogatio eſt, Dionyſii & Doridis fili, & quae malorum omnium cauſa? immo vero huius ſtimulus quidam animo noſtro ingenitus: quem niſi quis eruat, veri-

πρὸς ἐμὲ ἐν τῷ κήπῳ ὑπὸ ταῖς δάφναις αὐτὸς ἔφησθα ἐννενοηκέναι, καὶ εἶναι σὸν εὕρημα. καὶ ἐγὼ εἶπον ὅτι τοῦτο εἰ
b. φαινοιτό σοι οὕτως ἔχειν, πολλῶν ἂν εἴης λόγων ἐμὲ ἀπολελυκώς. οὐ μὴν ἄλλῳ γέ ποτ' ἔφην ἐντετυχηκέναι τοῦθ' εὑρηκότι· ἀλλὰ ἡ πολλή μοι πραγματεία περὶ τοῦτ' εἴη. σὺ δὲ ἴσως μὲν ἀκούσας του, τάχα δ' ἂν θείᾳ μοίρᾳ κατὰ τοῦθ' ὥρμησας. ἔπειτα αὐτοῦ τὰς ἀποδείξεις ὡς ἔχων βεβαίως, οὐ κατέδησας, ἀλλ' ἄττεις τοτὲ μὲν οὕτω, τοτὲ δὲ ἄλλως, περὶ τὸ φανταζόμενον. τὸ δὲ, οὐδέν ἐσι τοιοῦτον. καὶ
c. τοῦτο οὐ σοὶ μόνῳ γέγονεν· ἀλλ' εὖ ἴσθι μηδένα πώποτε μοῦ τοπρῶτον ἀκούσαντα, ἔχειν ἄλλως πως ἢ οὕτως κατ' ἀρχάς. καὶ ὁ μὲν πλείω ἔχων πράγματα, ὁ δὲ, ἐλάττω, μόγις ἀπαλλάττονται· σχεδὸν δὲ οὐδεὶς ὀλίγα. τούτων δὴ γεγονότων καὶ ἐχόντων οὕτω, σχεδὸν, κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν, εὑρήκαμεν ὃ σὺ ἐπέζειλας, ὅπως δεῖ πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς ἔχειν. ἐπεὶ γὰρ βασανίζεις αὐτὰ, ξυγγιγνόμενός τε ἄλλοις, καὶ παραθεώμενος παρὰ τὰ τῶν ἄλλων, καὶ αὐτὰ καθ' αὑ-

tatem certe nunquam assequetur. Tu hoc ad me in hortis, cum essemus sub lauris, excogitavisse dixisti: ac tuam fuisse inventionem. Atque ego inquam, si hoc ita se habere tibi videretur, multis me disputationibus liberasses: nec alium unquam huius inventorem reperisse: plurimamque investigationem meam circa id versari. Verum tu forsan, audito aliquo, divina quadam sorte eo progressus es. demonstrationes autem eius rei nunquam firmas tenuisti, sed alias protulisti aliter, quatenus phantasia coniectabas. Hoc autem nihil est tale, & hoc non tibi soli contingit. Sed certe scito, neminem, quando primum me audit, aliter affici. & alius quidem magis, alius vero minus defatigatus, vix tandem a labore cessant. omnes autem ferme laborant non parum. Haec autem cum ita sint & fuerint, fere invenimus, ut opinor, quod tu per epistolam petiisti, quemadmodum oportet invicem nos habere. Postquam vero haec & per se discusseris, & cum aliorum opinionibus comparaveris: modo rectum examen

τὰ, νῦν σοι ταῦτά τε, εἰ ἀληθὴς ἡ βάσανος, προσφύσεται, καὶ οἰκεῖος τούτοις τε καὶ ἡμῖν ἔσῃ. πῶς οὖν οὐ ταῦτ' ἔχει καὶ πάντα ἃ εἰρήκαμεν; τὸν Ἀρχέδημον νῦν τε ὀρθῶς ἐποίησας πέμψας· καὶ τὸ λοιπὸν, ἐπειδὰν ἔλθῃ πρός σε, καὶ ἀπαγγείλῃ τὰ παρ' ἐμοῦ, μετὰ ταῦτα ἴσως ἄλλαι σὲ ἀπορίαι λήψονται. πέμψεις οὖν αὖθις, ἂν ὀρθῶς βουλεύῃ, παρ' ἐμὲ τὸν Ἀρχέδημον. ὁ δ' ἐμπορευσάμενος, ἥξει πάλιν. καὶ τοῦτο ἐὰν δὶς ἢ τρὶς ποιήσῃς, καὶ βασανίσῃς τὰ παρ' ἐμοῦ πεμφθέντα ἱκανῶς, θαυμάζοιμ' ἂν εἰ μὴ τὰ πρὶν ἀπορούμενα πολύ σοι διοίσει ἢ τὰ νῦν. θαρροῦντες οὖν ποιεῖτε οὕτως. οὐ μὴ γάρ ποτε τῆς ἐμπορίας ταύτης οὔτε σὺ οὔτε Ἀρχέδημος ἐμπορεύσεται καλλίω καὶ θεοφιλεστέραν. εὐλαβοῦ μέντοι μήποτε ἐκπέσῃ ταῦτα εἰς ἀνθρώπους ἀπαιδεύτους. σχεδὸν γὰρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ἔστι τούτων πρὸς τοὺς πολλοὺς καταγελαστότερα ἀκούσματα, οὐδ' αὖ πρὸς τοὺς εὐφυεῖς θαυμαστότερά τε καὶ ἐνθουσιαστικώτερα. πολλάκις δὲ λεγόμενα καὶ ἀεὶ ἀκουόμενα καὶ πολλὰ ἔτη, μόγις, ὥσπερ χρυ- d. p. 314 a. e.

peregeris, consentientem nobis te & nostris praebebis. Quonam igitur pacto haec & alia, quae diximus, se habebunt? Recte tu quidem ea de causa Archedemum ad nos misisti. ac postquam ad te reversus sententiam tibi meam retulerit, dubitationes aliae te forsitan capient: tu vero, si recte tibi consules, mittes iterum ad me Archedemum: ille rursus, quasi mercator, non sine lucro redibit. Quod si bis aut ter feceris, atque illa, quae mittimus, diligenter examinaveris, mirabor equidem, si non multo melius, quam nunc, ad ea, quae dubitas, te habeas. Audacter igitur id agatis. neque enim vel tu, vel Archedemus negotiationem ullam suscipere potest, quae aut honestior sit, aut Deo acceptior. Cave tamen, ne excidant haec unquam in aures hominum disciplinae eruditionisque expertium. nulla sunt enim, ut mea fert opinio, quae dicta ad populum magis ridicula videantur: neque quae apud ingeniosos prolata, magis mirabilia & divina. saepe vero dicta, semperque audita & multis annis, vix tandem,

σὸς, ἐκκαθαίρεται μετὰ πολλῆς πραγματείας. ὃ δὲ θαυμαστὸν αὐτοῦ γέγονεν, ἄκουσον. εἰσὶ γὰρ ἄνθρωποι ταῦτα ἀκη-
b. κοότες, καὶ πλείους, δυνατοὶ μὲν μαθεῖν, δυνατοὶ δὲ μνημονεῦσαι, καὶ, βασανίσαντες πάντη πάντως, κρῖναι, γέροντες ἤδη καὶ οὐκ ἐλάττω τριάκοντα ἐτῶν ἀκηκοότες· οἳ νῦν ἄρτι σφίσι φασὶ, τὰ μὲν τότε ἀπιστότατα δόξαντα εἶναι, νῦν πιστότατα καὶ ἐναργέστατα φαίνεσθαι· ἃ δὲ τότε πιστότατα, νῦν τοὐναντίον. πρὸς ταῦτ' οὖν σκοπῶν εὐλαβοῦ μήποτε σοὶ μεταμελήσῃ τῶν νῦν ἀναξίως ἐκπεσόντων. μεγίστη δὲ φυλακὴ, τὸ μὴ γράφειν, ἀλλ' ἐκμανθάνειν. οὐ γάρ ἐστι
c. τὰ γραφέντα μὴ οὐκ ἐκπεσεῖν. διὰ ταῦτα οὐδὲν πώποτ' ἐγὼ περὶ τούτων γέγραφα· οὐδ' ἔστι σύγγραμμα Πλάτωνος οὐδὲν, οὐδ' ἔσαι. τὰ δὲ νῦν λεγόμενα, Σωκράτους ἐστὶ, καλοῦ καὶ νέου γεγονότος. Ἔρρωσο, καὶ πείθου. καὶ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην νῦν, πρῶτον πολλάκις ἀναγνοὺς, κατάκαυσον. ταῦτα μὲν ταύτῃ. Περὶ δὲ Πολυξένου ἐθαύμασας ὅτι οὐ πέμψαιμί

velut aurum, cum magno labore purificantur. Nam quod in hac re mirabile contingere consuevit, id audi. Sunt complures homines, qui ista iam audierunt, pollentes docilitate, pollentes memoria, in examinando & iudicando sollertes, provecti iam aetate, neque minus triginta annis haec audierunt: hi tamen affirmant, quae auditu quondam incredibilia maxime videbantur, ea sibi nunc primum valde credibilia videri atque perspicua: & quae tunc probabilissima, ea nunc sibi contra videri. Haec igitur intuens, cave, ne quando te poeniteat eorum, quae tibi indigne ac temere nunc exciderint. maxima vero huius rei custodia est, nihil scribere, sed addiscere. Nam quae scribuntur, contineri non possunt. hac de causa nihil ego de iis scripsi unquam: neque est Platonis opus praescriptum aliquod, neque erit. quae autem modo dicuntur, Socratis sunt: qui vir, etiam dum iuvenis esset, virtute claruit. Vale, & nobis crede. atque hanc epistolam, cum saepius eam legeris, statim combure. Et de his quidem satis. Miraris autem, quod ad te Polyxenum non mittam. ego autem de

σοι. ἐγὼ δὲ καὶ περὶ Λυκόφρονος καὶ τῶν ἄλλων τῶν παρά d.
σοι ὄντων λέγω καὶ πάλαι καὶ νῦν τὸν αὐτὸν λόγον, ὅτι
πρὸς τὸ διαλεχθῆναι, καὶ φύσει καὶ τῇ μεθόδῳ τῶν λόγων
πάμπολυ διαφέρεις αὐτῶν· καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἑκὼν ἐξελέγ-
χεται, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσιν, ἀλλ' ἄκοντες. καὶ δοκεῖς
μέντοι πάνυ μετρίως κεχρῆσθαί τε αὐτοῖς καὶ δεδωρῆσθαι.
ταῦτα μὲν περὶ τούτων πολλὰ, ὡς περὶ τοιούτων. Φιλισίωνι
δὲ, εἰ μὲν αὐτὸς χρῇ, σφόδρα χρῶ· εἰ δὲ οἴόντε, Σπευσίπ-
πῳ χρῆσον, καὶ ἀπόπεμψον. δεῖται δὲ σοῦ καὶ Σπεύσιππος. e.
ὑπέσχετο δέ μοι καὶ Φιλισίων, εἰ σὺ ἀφῇς αὐτὸν, ἥξειν προ-
θύμως Ἀθήναζε. τὸν ἐκ τῶν λατομιῶν εὖ ἐποίησας ἀφείς.
ἐλαφρὰ δὲ ἡ δέησις καὶ περὶ τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, καὶ περὶ
Ἡγησίππου τοῦ Ἀρίσωνος. ἐπέξειλας γάρ μοι, ἄν τις ἀδικῇ
ἢ τοῦτον ἢ ἐκείνους, καὶ σὺ αἴσθῃ, μὴ ἐπιτρέψειν. καὶ περὶ
Λυσικλείδου τἀληθὲς εἰπεῖν ἄξιον. μόνος γὰρ τῶν ἐκ Σικε- p.
λίας Ἀθήναζε ἀφικομένων οὐδὲν μετεβάλετο περὶ τῆς σῆς 315
a.

Lycophrone etiam & reliquis, qui apud te ſunt, idem, quod iamdudum, & nunc prorſus affirmo, te ſcilicet iſtis tum ingenio, tum diſſerendi arte praeſtare quam plurimum: nec illorum quemquam ſponte tibi in diſputando, ut aliqui ſuſpicantur, cedere, ſed invitos. atqui videris admodum humaniter illis fuiſſe uſus, & honeſtis eos muneribus proſecutus. Sed de iis quidem, perinde atque de talibus, talia multa licet dicere. Philiſtione ſi uti contigerit, utere quam maxime. &, ſi fieri poteſt, Speuſippi utere opera, atque remittas. eget quidem tui & Speuſippus. Pollicitus autem mihi eſt Philiſtio, ſi abs te dimittatur, ſe Athenas e veſtigio petiturum. Illum ex latomiis dimiſiſſe, laudabile fuerit. Levis autem petitio tam de illius neceſſariis, quam de Hegeſippo Ariſtonis filio. nam & ad me ſcripſiſti, ſi quis huic vel illis iniuriam velit inferre, ac tu id perſenſeris, te minime permiſſurum. De Lyſiclide praeterea vera fateri decet. Nempe ſolus iſte ex iis, qui Sicilia Athenas profecti ſunt, nihil in tua meaque conſuetudine

καὶ ἐμῆς συνουσίας· ἀλλ' εἴτι ἀγαθὸν, καὶ ἐπὶ τὰ βελτίω λέγων περὶ τῶν γεγονότων διατελεῖ.

immutavit: ſed ea, quae facta ſunt, quotidie verbis pro viribus magis honeſtat.

---

Τρίτη.

## ΠΛΑΤΩΝ ΔΙΟΝΥΣΙΩ.

ΠΛΑΤΩΝ Διονυσίῳ χαίρειν ἐπιστείλας, ἆρ' ὀρθῶς ἂν
b. τυγχάνοιμι τῆς βελτίσης προσρήσεως; ἢ μᾶλλον, κατὰ τὴν ἐμὴν συνήθειαν, γράφων εὖ πράττειν, ὥσπερ εἰώθασιν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς τοὺς φίλους προσαγορεύειν; σὺ μὲν γὰρ δὴ καὶ τὸν θεὸν, ὡς ἤγγειλαν οἱ τότε θεωροῦντες, προσεῖπες ἐν Δελφοῖς αὐτῷ τούτῳ θωπεύσας τῷ ῥήματι· καὶ γέγραφας, ὡς φασὶ, Χαῖρε, καὶ ἡδόμενον βίοτον διάσωζε τυράννου. ἐγὼ δὲ οὐδὲ ἀνθρώπῳ κλήσει, μὴ ὅτι δὴ θεῷ, παρακελευσαίμην
c. ἂν δρᾶν τοῦτο. θεῷ μὲν, ὅτι παρὰ φύσιν προστάττοιμ' ἄν· (πόρρω γὰρ ἡδονῆς ἵδρυται καὶ λύπης τὸ θεῖον·) ἀνθρώπῳ

## EPISTOLA III.

## PLATO DIONYSIO.

PETIS, an rectius ponatur in ſalutationibus, Plato Dionyſio gaudere: an, quemadmodum ego ſolitus ſum ſcribere ad amicos, Bene agere. Tu quidem, ut aiunt hi, qui tecum in Delphis affuerunt, ita Deum ipſum blande appellaſti: ac ſimiliter ſcripſiſti, Gaude, vitamque tyranni iucundam ſerva. Ego autem neque Deum hoc modo, neque hominem ſalutarim. Non Deum, quia contra illius naturam loquar: (nam procul a moleſtia & voluptate divinitas) non hominem, quia ſae-

δὲ, ὅτι τὰ πολλὰ βλάβην ἡδονὴ καὶ λύπη γεννᾷ, δυσμαθίαν καὶ λήθην καὶ ἀφροσύνην καὶ ὕβριν τίκτουσα ἐν τῇ ψυχῇ. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εἰρήσθω παρ' ἐμοῦ περὶ τῆς προσρήσεως· σὺ δ' ἀναγνοὺς αὐτὰ, ὅπη βούλει δέξασθαι, ταύτῃ δέχου. φασὶ δ' οὐκ ὀλίγοι λέγειν σὲ πρός τινας τῶν παρά σε πρεσβευόντων, ὡς ἄρα σοῦ ποτε λέγοντος ἀκούσας ἐγὼ μέλ- d.
λοντος τάς τε Ἑλληνίδας πόλεις ἐν Σικελίᾳ οἰκίζειν, καὶ Συρακουσίοις ἐπικουφίσαι τὴν ἀρχὴν, ἀντὶ τυραννίδος εἰς βασιλείαν μεταχήσαντα· ταῦτ' ἄρα σὲ μὲν τότε διεκώλυσα, ὡς σὺ φῂς, σοῦ σφόδρα προθυμουμένου· νῦν δὲ Δίωνα διδάσκοιμι δρᾷν αὐτὰ ταῦτα, καὶ τοῖς διανοήμασι τοῖς σοῖς τὴν σὴν ἀρχὴν ἀφαιρούμενά σε. σὺ δ' εἰ μέν τι διὰ τοὺς λόγους τούτους ὠφελῇ, γιγνώσκεις αὐτός· ἀδικεῖς δ' οὐδὲν ἐμὲ, τἀν- e.
αντία τῶν γενομένων λέγων. ἄδην γὰρ ὑπὸ Φιλιςίδου καὶ ἄλλων πολλῶν πρὸς τοὺς μισθοφόρους καὶ εἰς τὸ Συρακουσίων πλῆθος διεβλήθην, διὰ τὸ μένειν ἐν ἀκροπόλει. τοὺς δ' ἔξωθεν, εἴτι γίγνοιτο ἁμάρτημα, πᾶν εἰς ἐμὲ τρέπειν, σὲ φάσκοντας

pius detrimentum & dolorem ipsi affert voluptas, hebetudinem in animo, & oblivionem, insipientiam & petulantiam pariens. Et de salutatione quidem haec mihi dicta sint: quae tu, postquam legeris, sicuti voles ita capies. Ferunt vero non pauci, te dicere solitum ad legatos quosdam, dum te adeunt, in animo habuisse Graecas civitates in Sicilia restituere, & Syracusanos relevare, ac pro tyrannide regiam gubernationem illis inducere. audientem vero haec me tibi, ne faceres illa, obstitisse, cum tu vehementer id cuperes. nunc autem, illa ipsa ut facias, Dionem docere: ac tuis propriis inventis atque artibus imperium a nobis tuum labefactari. Utrum sermones huiusmodi aliquam tibi utilitatem ferant, tu ipse cognoscis: iniuria certe me afficis, cum contraria dicas, quam veritas sit. Et profecto satis superque hactenus a Philistide & aliis compluribus invidia mihi conflata est & apud milites, & apud Syracusanos. nam cum in arce una tecum habitarem, omnia malefacta in me convertebantur, asseren-

τινὰς πάντα ἐμοὶ πείσεσθαι. σὺ δ' αὐτὸς οἶσθα σαφέστατα τῶν πολιτικῶν ἐμὲ σοὶ κοινῇ πραγματευσάμενον ἑκόντα ὀλί-
P. γα δὴ κατ' ἀρχάς, ὅτε τι πλέον ποιεῖν ἂν ᾠήθην· ἀλλά τε
316 a. βραχέα ἄττα καὶ περὶ τὰ τῶν νόμων προοίμια σπουδάσαντα μετρίως, χωρὶς ὧν σὺ προσέγραψας, ἤ τις ἕτερος. ἀκούω γὰρ ὕστερον ὑμῶν τινας αὐτὰ διασκευωρεῖν. δῆλα μὴν ἑκάτερα ἔσαι τοῖς τὸ ἐμὸν ἦθος δυναμένοις κρίνειν. ἀλλ' οὖν, ὅπερ ἀρτίως εἶπον, οὐ διαβολῆς προσδέομαι πρός τε Συρακουσίους, καὶ εἰ δή τινας ἑτέρους πείθεις λέγων αὐτά· ἀλλὰ πολὺ μᾶλ-
b. λον ἀπολογίας πρός τε τὴν προτέραν γενομένην διαβολὴν, καὶ τὴν νῦν μετ' ἐκείνην μείζω φυομένην καὶ σφοδροτέραν. πρὸς δύο δή μοι διττὰς ἀναγκαῖον ποιήσασθαι τὰς ἀπολογίας. πρῶτον μέν, ὡς εἰκότως σοὶ ἔφυγον κοινωνεῖν περὶ τὰ τῆς πόλεως πράγματα· τὸ δὲ δεύτερον, ὡς οὐκ ἐμὴν ταύτην εἰρηκας συμβουλήν· οὐδὲ μέλλοντί σοι κατοικίζειν Ἑλληνίδας πόλεις, ἐμποδὼν ἐμὲ γεγενῆσθαι. τὴν οὖν ἀρχὴν ὧν εἶπον
c. περὶ προτέρων ἄκουε πρότερον. Ἦλθον καλούμενος εἰς Συρα-

tibus qui extra erant, te ſingula meo conſilio facere: cum aperte ſcias, perpauca me tecum de gubernatione civili ſponte mea, atque id ab initio tractaviſſe, dum aliquid poſſe me proficere arbitrarer, & alia quaedam exigua, legum prooemia mediocriter & modeſte curantem: quibus tamen poſtea vel te vel alium audio quaedam praeter mentem meam inſeruiſſe. quae facile internoſcent ii, qui poſſunt morem ingenii noſtri diſcernere. Sed, ut modo dicebam, non egeo calumnia & apud Syracuſanos, & apud alios, quibus me, iſta dicens, criminaris: ſed multo magis purgatione contra primam calumniam, & contra novam nuper exortam, maiorem quidem ac vehementiorem. Ergo adverſus duas calumnias neceſſe eſt excuſationem me duplicem afferre. Primum quidem, merito noluiſſe me de gubernatione reipublicae tecum agere: deinde, meum illud conſilium non fuiſſe, quod tu ais, ut ſuaderem tibi, ne civitates Graecas reſtitueres. Et primum quidem de primo ſic accipe. Veni Syracuſas, a te vocatus & a

κούσας ὑπό τε σοῦ καὶ Δίωνος· τοῦ μὲν, δεδοκιμασμένου παρ' ἐμοὶ, καὶ ξένου πάλαι γεγονότος, ἐν ἡλικίᾳ δὲ ὄντος μέσῃ τε καὶ καθεσηκυίᾳ (ὧν δὴ παντάπασι χρεία τοῖς νοῦν καὶ σμικρὸν κεκτημένοις, μέλλουσι περὶ τοσούτων ὅσα ἦν τότε τὰ σὰ, βουλεύεσθαι) σοῦ δὲ ὄντος μὲν σφόδρα νέου, πολλῆς δὲ ἀπειρίας οὔσης περί σε τούτων ὧν ἔμπειρον ἔδει γεγονέναι, καὶ σφόδρα ἀγνῶτος ἐμοί. τὸ μετὰ τοῦτο, εἴτ' ἄνθρωπος, εἴ- d.
τε θεὸς, εἴτε τύχη τὶς μετὰ σοῦ Δίωνα ἐξέβαλε, καὶ ἐλείφθης μόνος. ἆρ' οὖν οἴει μοὶ τότε πολιτικῶν εἶναι κοινωνίαν πρός σε; τὸν μὲν ἔμφρονα κοινωνὸν ἀπολωλεκότι, τὸν δὲ ἄφρονα ὁρῶντι μετὰ πονηρῶν καὶ πολλῶν ἀνθρώπων καταλελειμμένον; οὐκ ἄρχοντα, οἰόμενον δ' ἄρχειν, ὑπὸ δὲ τοιούτων ἀνθρώπων ἀρχόμενον; ἐν οἷς τί χρῆν ποιεῖν ἐμέ; μῶν οὐχ ὅπερ ἐποίουν, ἀναγκαῖον ἐκ τῶν λοιπῶν; τὰ μὲν πολιτικὰ χαίρειν ἐᾶν, εὐλαβούμενον τὰς ἐκ τῶν φθόνων διαβολάς; e.
ὑμᾶς δὲ πάντως, καίπερ ἀλλήλων χωρὶς γεγονότας καὶ διαφόρους ὄντας, πειρᾶσθαι φίλους ἀλλήλοις ὅτι μάλιστα ποιεῖν;

Dione, cum esset ipse Dio magnae apud me dignitatis, mihi iampridem hospes, aetate vero media atque perfecta: quibus omnino vel mediocriter prudens, opus esse ad res huiusmodi gerendas, quales tuae erant, existimarit. tu vero eras admodum iuvenis, & omnium, quorum oportebat te peritiam habere, ignarus, mihi quoque valde ignotus. Post haec, sive quis homo, sive Deus, sive fortuna quaedam tecum, Dionem pepulit: tu solus relictus es. An igitur communionem mihi aliquam tecum rerum civilium tunc relictam putas, cum viderem, prudentem quidem consultorem abs te pulsum; te autem imprudentem cum multis flagitiosis ita fuisse relictum, ut non imperares, licet imperare arbitrareris, sed huiusmodi hominibus revera servires? Tunc ergo quid oportebat me facere? an non id, quod faciebam? abstinere videlicet omni gubernatione, ne invidia malevolorum in calumnias vocarer: & illud omnino conari, ut vos invicem dissidentes, & longe divisos in pristinam amicitiam gratiamque reducerem. Tu

τούτων δὴ καὶ σὺ μάρτυς, ὅτι τοῦτο αὐτὸ ξυντείνων οὐκ
ἀνῆκα πώποτε· καὶ μόγις μὲν, ὅμως δ' ὡμολογήθη νῶϊν,
p. πλεῦσαι μὲν οἴκαδε ἐμὲ, ἐπειδὴ πόλεμος ὑμᾶς κατεῖχεν· εἰ-
317 ρήνης δ' αὖ γενομένης ἐλθεῖν ἐμέ τε καὶ Δίωνα εἰς Συρα-
a. κούσας· σὲ δὲ καλεῖν ἡμᾶς. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἐγένετο τῆς
ἐμῆς εἰς Συρακούσας ἀποδημίας πέρι τῆς πρώτης, καὶ τῆς
πάλιν οἴκαδε σωτηρίας. τὸ δὲ δεύτερον, εἰρήνης γενομένης
ἐκάλεις μὲ, οὐ κατὰ τὰς ὁμολογίας, ἀλλὰ μόνον ἥκειν ἐπέ-
στελλες· Δίωνα δ' εἰσαῦθις ἔφησθα μεταπέμψεσθαι. διὰ ταῦ-
τα οὐκ ἦλθον, ἀλλὰ καὶ Δίωνι τότ' ἀπηχθόμην. ᾤετο γὰρ
b. εἶναι βέλτιον ἐλθεῖν ἐμὲ, καὶ ὑπακοῦσαί σοι. τὸ δὲ μετὰ ταῦ-
τα, ὕστερον ἐνιαυτῷ, τριήρης ἀφίκετο καὶ ἐπιστολαὶ παρὰ σοῦ.
τῶν δ' ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γραμμάτων ἦρχεν, ὡς, ἂν ἀφίκω-
μαι, τὰ Δίωνος μοὶ γενήσοιτο πράγματα πάντα κατὰ νοῦν
τὸν ἐμόν· μὴ ἀφικομένου δὲ, τἀναντία. αἰσχύνομαι δὴ λέγειν
ὅσαι τότε ἐπιστολαὶ παρὰ σοῦ καὶ παρ' ἄλλων ἦλθον διά σε ἐξ
Ἰταλίας καὶ Σικελίας, καὶ παρ' ὅσους τῶν ἐμῶν οἰκείων καὶ

mihi teſtis eſſe potes, quanto conatu hoc a me negotium ſuſceptum fuerit, neque unquam deſertum. Tandem vix ita convenimus, ut domum (quoniam bello impediti eratis) remearem: paceque facta, ego & Dio Syracuſas rediremus; tu autem nos advocares. Haec ſunt acta in prima illa profectione ad te mea, & in patriam reditu. Facta deinde pace, iterum me vocaſti: non tamen, ut invicem conveneramus, una cum Dione, ſed ſolum. ſcripſiſti enim, ut ipſe tunc venirem: Dionem vero poſtea te vocaturum. Ea de cauſa ego tunc non veni: quod quidem Dioni diſplicuit, qui praeſtare putabat, ut parerem tibi, atque venirem. Tranſacto poſt haec anno, triremis una a te miſſa eſt, & ſimul cum illa literae tuae: quarum caput erat, Si venirem, Dionis res ita fore, ut ego maxime optabam; contra vero, ſi non venirem. Pudet referre, quam multae tunc epiſtolae ſcriptae ſint tam abs te, quam ab aliis tua cauſa ex Italia atque Sicilia ad me, & ad multos propinquorum familiariumque meorum: quae omnes

τῶν γνωρίμων· καὶ πᾶσαι διακελευόμεναί μοι ἰέναι, καὶ δεό- c.
μεναι σοὶ πάντως ἐμὲ πειθεσθαι. ἐδόκει δὴ πᾶσιν, ἀρξαμένοις
ἀπὸ Δίωνος, δεῖν ἐμὲ πλεῦσαι καὶ μὴ μαλθακίζεσθαι. καί-
τοι τήνδ' ἡλικίαν αὐτοῖς προὐτεινόμην, καὶ περὶ σοῦ διϊσχυ-
ριζόμην ὡς οὐχ οἷόστ' ἔσοιο ἀνταρκέσαι τοῖς διαβάλλουσιν
ἡμᾶς, καὶ βουλομένοις εἰς ἔχθραν ἐλθεῖν. ἑώρων γὰρ καὶ τό-
τε, καὶ νῦν ὁρῶ, τὰς μεγάλας οὐσίας καὶ ὑπερόγκους τῶν
τε ἰδιωτῶν καὶ τῶν μονάρχων σχεδὸν, ὅσῳπερ ἂν μείζους d.
ὦσι, τοσούτῳ πλείους καὶ μείζους τοὺς διαβάλλοντας, καὶ
πρὸς ἡδονὴν μετὰ αἰσχρᾶς βλάβης ὁμιλοῦντας, τρεφούσας.
οὗ κακὸν οὐδὲν μεῖζον γεννᾷ πλοῦτός τε καὶ ἡ τῆς ἄλλης
ἐξουσίας δύναμις. ὅμως δ' οὖν πάντα ταῦτα χαίρειν ἐάσας,
ἦλθον, διανοηθεὶς ὡς οὐδένα δεῖ τῶν ἐμῶν φίλων ἐμὲ αἰτιᾶ-
σθαι ὡς διὰ τὴν ἐμὴν ῥᾳθυμίαν τὰ σφέτερα πάντα, ἐξὸν μὴ
ἀπολέσθαι, διώλετο· ἐλθὼν δὲ, οἶσθα γὰρ δὴ σὺ πάντα τάν- e.
τεῦθεν ἤδη γενόμενα. ἐγὼ μὲν οὖν ἠξίουν δή που κατὰ τὴν
ἐμολογίαν τῶν ἐπιστολῶν, πρῶτον μὲν κατάγειν Δίωνα οἰ-
κειωσάμενον· φράζων τὴν οἰκειότητα. ἣν εἰ ἐμοὶ τότε ἐπείθου,

exhortabantur, precabanturque, ut tibi obsecutus accederem. Visum est igitur omnibus, & inprimis Dioni, eundum esse, neque me molli otio dedendum: quamquam ego ob aetatem me excusabam, & de te asseverabam, quod nequires obtrectatoribus malevolisque meis, dissidium inter nos quaerentibus, resistere. Conspexeram enim iampridem, & nunc etiam perspicio, opes tam privatorum, quam principum, quanto maiores sunt, tanto magis insidiatores & turpium noxiarumque voluptatum machinatores nutrire: quo nihil perniciosius gignit opulentia atque potestas. Verumtamen, omissis his omnibus, venire decrevi, ne querelae materiam alicui familiarium meorum relinquerem, quod cum possent eius res salvae esse, ob negligentiam meam perissent. Quae vero post adventum meum secuta sint, tu optime nosti. Censebam equidem, ut secundum promissa epistolarum tuarum quam primum Dionem revocares, & in pristinam familiaritatem reciperes: cuius ego

τάχ' ἂν βέλτιον τῶν νῦν γεγονότων ἔσχε καί σοι καὶ Συρακούσαις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ὡς ἡ ἐμὴ δόξα μαντεύεται. ἔπειτα τὰ Δίωνος τοὺς οἰκείους ἔχειν ἠξίουν, καὶ μὴ διανείμασθαι τοὺς διανειμαμένους, οὓς οἶσθα σύ. πρὸς δὲ τούτοις, ὦμην δεῖν τὸν κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον εἰωθότα αὐτῷ κομίζεσθαι, καὶ μᾶλλον ἔτι καὶ οὐχ ἧττον ἐμοῦ παραγενομένου πέμπεσθαι. τούτων οὐδενὸς τυγχάνων, ἠξίουν ἀπιέναι. τὸ μετὰ ταῦτα ἔπειθές με μεῖναι τὸν ἐνιαυτὸν, φάσκων, τὴν Δίωνος ἀποδόμενος οὐσίαν πᾶσαν, τὰ μὲν ἡμίσεα ἀποπέμψειν εἰς Κόρινθον, τὰ δ' ἄλλα τῷ παιδὶ καταλείψειν αὐτοῦ. πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, ὧν ὑποσχόμενος οὐδὲν ἐποίησας, διὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν συντέμνω. τὰ γὰρ δὴ χρήματα πάντα ἀποδόμενος, οὐ πείσας Δίωνα, φάσκων οὐ πωλήσειν ἄνευ τοῦ πείθειν, τὸν κολοφῶνα, ὦ θαυμάσιε, ταῖς ὑποσχέσεσιν ἁπάσαις νεανικώτατον ἐπέθηκας. μηχανὴν γὰρ οὔτε καλὴν, οὔτε κομ-

p. 318 a. b.

rationem habendam esse putabam. in quo si mihi paruisses, forte melius tuae & Syracusanorum ceterorumque Graecorum res, ut mea vaticinatur opinio, sese haberent. Arbitrabar deinde, bona Dionis suis restitui debere: nec illis diuisoribus, quos tu praefeceras, eorum administrationem amplius relinqui. Iudicabam praeterea, pecuniam, singulis annis Dioni solitam mitti, esse mittendam, non diminutam ob praesentiam meam, sed magis adauctam. Cum autem horum nihil abs te impetrare possem, abire constitui. tu vero annum me ut exspectarem, rogasti, affirmans, te Dionis bona omnia redditurum, ita ut media pars Corinthum ad Dionem ipsum mitteretur, reliqua vero pro eius filio Syracusis maneret. Multa praeterea referre possum, quae promissa a te servata non sunt. sed ea ob multitudinem omitto. Cum enim bonorum Dionis omnium venditionem faceres, absque ullo eius consensu, quamquam ita demum hoc faciendum dixeras, si ille assentiretur; promissis omnibus, o vir mirabilis, colophonem, ut aiunt, glorioſissimum imposuisti. rem profecto neque honestam, neque honorificam, neque iustam, neque utilem ma-

ψὴν, οὔτε δικαίαν, οὔτε ξυμφέρουσαν εὗρες ἐμὲ ἐκφυβεῖν, ὡς ἀγνοοῦντα τὰ τότε γιγνόμενα· ἵνα μηδὲ ἐγὼ ζητοίην τὰ χρήματα ἀποπέμπεσθαι. ἡνίκα γὰρ Ἡρακλείδην ἐξέβαλες, c. (οὔτε Συρακουσίοις δοκοῦν δικαίως, οὔτ' ἐμοὶ) διότι μετὰ Θεοδότου καὶ Εὐρυβίου συνεδεήθην σοῦ μὴ ποιεῖν ταῦτα, ταύτην λαβὼν ὡς ἱκανὴν πρόφασιν, εἶπες ὅτι καὶ πάλαι σοὶ ἄῃλος εἴην σοῦ μὲν οὐδὲν φροντίζων, Δίωνος δὲ καὶ τῶν Δίωνος φίλων καὶ οἰκείων. καὶ ἐπειδὴ νῦν Θεοδότης καὶ Ἡρακλείδης ἐν διαβολαῖς εἶεν, οἰκεῖοι Δίωνος ὄντες, πᾶν μηχανώμην ὅπως οὗτοι μὴ δώσουσι δίκην. καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ περὶ d. τὰ πολιτικὰ κοινωνίας τῆς ἐμῆς καὶ σῆς· καὶ εἰτικα ἑτέραν ἀλλοτριότητα ἐνεῖδες ἐν ἐμοὶ πρός σε, εἰκότως οἴει ταύτῃ πάντα ταῦτα γεγονέναι. καὶ μὴ θαύμαζε. κακὸς γὰρ ἂν ἔχοντί γε νοῦν ἀνδρὶ φαινοίμην ἐνδίκως, πεισθεὶς ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῆς σῆς ἀρχῆς, τὸν μὲν παλαιὸν φίλον καὶ ξένον, κακῶς πράττοντα διά σε, μηδὲν σοῦ χείρων, ἵνα οὕτως εἴπω, τοῦτον μὲν προδοῦναι, σὲ δὲ τὸν ἀδικοῦντα ἑλέσθαι καὶ

chinatus, me deterrere conatus es, tanquam rerum illarum neſcium; quo ego pecunias ad Dionem mittendas poſtulare deſiſterem. nam cum Heraclidem pelleres, (quod neque Syracuſanis, neque mihi iuſtum videbatur) egoque una cum Theodote & Eurybio pro Heraclide deprecarer, accepta hinc quaſi ſufficienti quadam occaſione, iampridem te reprehendiſſe dixiſti, nullam mihi curam eſſe rerum tuarum, ſed Dionis ſolum, eiuſque amicorum & propinquorum: itaque, cum Heraclides & Theodotes, Dionis amici, ſuſpicione criminis non carerent, me omnia facere, quo meritas poenas non darent. Haec quidem in noſtra illa civilis adminiſtrationis communione, & quamcunque aliam diſſenſionem nobis acciditſe, quid mirum? pravus enim a prudentibus viris merito exiſtimari poſſem, ſi potentiae tuae magnitudine adductus, veterem amicum & hoſpitem meum, a te patria pulſum, nulla re, ut ita loquar, te deteriorem, prodidiſſem atque deſtituiſſem: te vero iniuriantem illi ſecutus eſſem, & omnia feciſ-

e. πᾶν δρᾷν ὅπη σὺ προσέταττες ἕνεκα χρημάτων δηλονότι. οὐδὲ γὰρ ἂν ἕτερον ἐφησεν αἴτιον τὶς εἶναι τῆς ἐμῆς μεταβολῆς, εἰ μετεβαλόμην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτῃ γενόμενα τὴν ἐμὴν καὶ σὴν λυκοφιλίαν καὶ ἀκοινωνίαν διά σε ἀπειργάσατο. σχεδὸν δ' εἰς λόγον ὁ λόγος ἥκει μοὶ ξυνεχὴς τῷ νῦν δὴ γενομένῳ· περὶ οὗ μοι τὸ δεύτερον ἀπολογητέον ἔφην εἶναι. σκό-
P. πει δὴ καὶ πρόσεχε πάντως ἄν τι σοὶ ψεύδεσθαι δόξω, καὶ
319 μὴ τἀληθῆ λέγειν. φημὶ γάρ σε, Ἀρχεδήμου παρόντος ἐν
a. τῷ κήπῳ καὶ Ἀριστοκρίτου, σχεδὸν ἡμέραις πρότερον εἴκοσι τῆς ἐμῆς ἐκ Συρακουσῶν οἴκαδ' ἀποδημίας, ἃ νῦν δὴ λέγεις ἐμοὶ μεμφόμενον, ὡς Ἡρακλείδου τέ μοι καὶ τῶν ἄλλων πάντων μᾶλλον ἢ σοῦ μέλοι. καί με τούτων ἐναντίον διηρώτησας εἰ μνημονεύω, κατ' ἀρχὰς ὅτ' ἦλθον, κελεύων σὲ τὰς
b. πόλεις τὰς Ἑλληνίδας κατοικίζειν. ἐγὼ δὲ συνεχώρουν μεμνῆσθαι, καὶ ἔτι νῦν μοι δοκεῖν ταῦτ' εἶναι βέλτιστα. ῥητέον δὲ, ὦ Διονύσιε, καὶ τοὐπὶ τούτῳ τότε λεχθέν. ἠρόμην γὰρ δή σε πότερον αὐτὸ τοῦτο σοὶ ξυμβουλεύσαιμι μόνον, ἢ τι καὶ ἄλλο πρὸς τούτῳ. σὺ δὲ καὶ μάλα ἀπεκρίνω μεμνημένως

sem, quae imperares, tuarum ſcilicet opum gratia. Certe, ſi illum tui gratia prodidiſſem, nemo aliam mutationis meae cauſam fuiſſe dixiſſet. Haec igitur geſta, cauſa fuerunt ſuccenſendi inter nos, & nihil communicandi. Verum mihi opportune iam ſermo in eam tranſit partem, de qua ſecundo mihi loco dicendum propoſui. Attende, obſecro, diligenter, ſi verum tibi dicere videor. Dico, te, Archedemo praeſente & Ariſtocrito, cum eſſes in hortis, viginti ferme dies ante receſſum meum e Syracuſis Athenas, dixiſſe mihi illa, quae nunc etiam dicis, quod Heraclidis & aliorum omnium, magis quam tui curam haberem. Praeterea me in praeſentia illorum rogaſti, an meminiſſem, cum primo Syracuſas veni, ſuaſiſſe me tibi civitates Graecas reſtituere. Egoque conceſſi meminiſſe me: & addidi, etiam tunc optimum mihi videri. Fatendum eſt, o Dionyſi, quod ſubinde dictum eſt. Petii equidem, utrum id ſolum tibi conſuluiſſem, an aliud praeter-

καὶ ὑβριστικῶς εἰς ἐμὲ, ὡς ᾠου. διὸ τὸ τότε σοὶ ὕβρισμα νῦν ὕπαρ ἀντ' ὀνείρατος γέγονεν. εἶπες δὲ καὶ μάλ' ἁπλάτως γελῶν, εἰ μέμνημαι, ὡς παιδευθέντα με ἐκέλευες ποιεῖν πάντα c.
ταῦτα, ἢ μὴ ποιεῖν. ἔφην ἐγὼ κάλλιστα μνημονεῦσαί σε. Οὐκοῦν παιδευθέντα, ἔφησθα, γεωμετρεῖν; ἢ πῶς; κἀγὼ τὸ μετὰ ταῦτα ὃ ἐπῄει μοι εἰπεῖν οὐκ εἶπον, φοβούμενος μὴ σμικροῦ ῥήματος ἕνεκα τὸν ἔκπλουν ὃν προσεδόκων, μή μοι ξενὸς γίγνοιτο ἀντ' εὐρυχωρίας. ἀλλ' οὖν ὧν ἕνεκα πάντ' εἴρηται, ταῦτ' ἐστί· μή με διάβαλλε, λέγων ὡς οὐκ εἰῶν ἐγώ σε πόλεις Ἑλληνίδας ἐῤῥούσας ὑπὸ βαρβάρων οἰκίζειν, οὐδὲ Συρακουσίους ἐπικουφίσαι, βασιλείαν ἀντὶ τυραννίδος μετα- d.
σήσαντα. τούτων γὰρ οὐχ ἧττον ἐμοὶ πρέποντα ἔχοις ἂν ποτε λέγων μοῦ καταψεύσασθαι. πρὸς δὲ τούτοις, ἔτι σαφεστέρους τούτων εἰς ἔλεγχον λόγους ἐγὼ δοίην ἂν, εἴτις ἱκανή που φαίνοιτο κρίσις, ὡς ἐγὼ μὲν ἐκέλευον, σὺ δ' οὐκ ἤθελες πράττειν αὐτά. καὶ μὴν οὐ χαλεπὸν εἰπεῖν ἐναργῶς ὡς ἦν

ea. Ad haec tu iracunde nimium, &, ut putabas, contumelioſe reſpondiſti, & alia etiam me praecepiſſe. Itaque contumelia tunc in me id fuit, nunc autem pro ſomnio eſt. Rogaſti autem me aperte nimium, ſi bene quid memini, me deridens, an iſta praecepiſſem tibi quaſi doctor, an non. Reſpondi, te id optime meminiſſe. At ipſe ad haec adieciſti: Ut doctor in geometria? an quomodo? Tunc ego, quod reſpondere poteram, reticui: veritus, ne verbi alicuius exigui cauſa navigatio illa a me exſpectata, mihi pro lata anguſta fieret. Ceterum ad illud iam redeamus, quo tendunt haec omnia. Noli invidiam conflare mihi, dicens, te prohibitum fuiſſe a me civitates Graecas dirutas a barbaris reſtituere, ac Syracuſanis gubernationem pro tyrannica regiam mutare. nihil enim de me potes mentiri, quod a meis ſit moribus alienius. Atqui ſi foret alicubi ſufficiens huius rei iudicium, etiam alia dicerem ſuperioribus clariora, probaremque manifeſte, me ſuaſiſſe tibi, ut illa faceres; te autem recuſaviſſe. Nequaquam difficile eſt oſtendere, illa futura fuiſſe optima &

ταῦτα ἄρισα πραχθέντα καί σοι καὶ Συρακουσίοις καὶ Σικε-
e. λιώταις πᾶσιν. ἀλλ' ὦ τᾶν, εἰ μὲν φῂς μὴ εἰρηκέναι, εἰρη-
κὼς ταῦτα, ἔχω τὴν δίκην· εἰ δ' ὁμολογεῖς, τὸ μετὰ τοῦτο
ἡγησάμενος εἶναι σοφὸν τὸν Στησίχορον, τὴν παλινῳδίαν
αὐτοῦ μιμησάμενος, ἐκ τοῦ ψεύδους εἰς τὸν ἀληθῆ λόγον
μετάσηθι.

tibi, & Syracuſanis, & Siculis omnibus. Si ergo negas, te iſta dixiſſe, cum dixeris: ſatis equidem habeo, quo te criminer. quod ſi fateris, Steſichorum ſapientem puta, atque eius palinodiam, id eſt, cantum ſuperiori contrarium imitatus, ex mendaci ſermone te ad verum traducas.

---

Τετάρτη.

## ΠΛΑΤΩΝ ΔΙΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

p. ΟΙΜΑΙ μὲν φανερὰν εἶναι διὰ παντὸς τοῦ χρόνου τὴν
320 a. ἐμὴν προθυμίαν περὶ τὰς συμβεβηκυίας πράξεις· καὶ ὅτι πολ-
λὴν εἶχον περὶ αὐτῶν σπουδὴν εἰς τὸ ξυμπερανθῆναι, οὐκ ἄλ-
λου τινὸς ἕνεκα μᾶλλον ἢ τῆς ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίας.
b. νομίζω γὰρ δίκαιον εἶναι τοὺς ὄντας τῇ ἀληθείᾳ ἐπιεικεῖς,

## EPISTOLA IV.

## PLATO DIONI SYRACUSANO BENE AGERE.

PUTO, manifeſtam eſſe per omne tempus propenſiſſimam voluntatem meam circa ſingula, quae contigerint: neque occultum eſſe vobis, ſtudium conficiendi fuiſſe non aliam magis ob cauſam, quam ut in rebus honeſtis honorem conſequerer. cenſeo enim eſſe iuſtum, ut, qui revera boni ſunt vi-

καὶ πράττοντας τοιαῦτα, τυγχάνειν δόξης τῆς προσηκούσης.
τὰ μὲν οὖν εἰς τὸ παρὸν, σὺν θεῷ εἰπεῖν, ἔχει καλῶς· τὰ δὲ
περὶ τῶν μελλόντων, ὁ μέγιστος ἐστὶν ἀγών. ἀνδρείᾳ μὲν γὰρ
καὶ τάχει καὶ ῥώμῃ διενεγκεῖν, δόξειεν ἂν καὶ ἑτέρων εἶναι
τινῶν· ἀληθείᾳ δὲ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ, καὶ τῇ
περὶ πάντα ταῦτα εὐσχημοσύνῃ, ξυμφαίη τὶς ἂν τοὺς ἀντι-
ποιουμένους τὰ τοιαῦτα τιμᾶν, εἰκότως τῶν ἄλλων διαφέ- c.
ρειν. νῦν οὖν δῆλον μέν ἐστιν ὃ λέγω· ἀναμιμνήσκειν δὲ ὅμως
δεῖ ἡμᾶς αὐτοὺς, ὅτι προσήκει, πλέον ἢ παίδων, τῶν ἄλλων
ἀνθρώπων διαφέρειν, τοὺς οἴσθα δήπου. φανεροὺς οὖν δεῖ
ἡμᾶς γενέσθαι ὅτι ἐσμὲν τοιοῦτοι οἵοίπερ φαμέν· ἄλλως τε
καὶ ἐπειδὴ, σὺν θεῷ εἰπεῖν, ῥᾴδιον ἔσαι. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις
συμβέβηκεν ἀναγκαῖον εἶναι πλανηθῆναι πολὺν τόπον, εἰ
μέλλουσι γνωσθῆναι· τὸ δὲ νῦν ὑπάρχον περί σε, τοιοῦτόν d.
ἐστιν ὥστε τοὺς ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης (εἰ καὶ νεανικώτερόν
ἐστιν εἰπεῖν) εἰς ἕνα τόπον ἀποβλέπειν· καὶ ἐν τούτῳ μάλισα
πρός σε. ὡς οὖν ὑπὸ πάντων ὁρώμενος, παρασκευάζου τόν τε

ri, & talia faciunt, dignam gloriam conſequantur. Ac res quidem uſque adhuc, Dei beneficio, recte ſe habent: de futuris vero maximum vobis propoſitum eſt certamen. nam fortitudine quidem, celeritate, ac robore praeſtare, tale eſt, ut aliorum quoque eſſe poſſit: ſed veritate, iuſtitia, magnificentia, & huiuſmodi quadam honeſtate & dignitate praecellere, ad eos, qui iſta gerunt, & talium ſibi gloriam vindicant, prae ceteris attinet. Manifeſtum ſane eſt, quod dico. Meminiſſe autem debemus, oportere nos, ut te non latet, plus aliis, quam pueris, antecellere. Itaque conſtare omnibus debet, tales nos eſſe, quales videri volumus: praeſertim cum Deo iuvante perfacile ſit futurum. Ceteris ſiquidem hoc contigit, ut multa loca obire compulſi fuerint ad id conſequendum. rerum vero tuarum ſtatus eiuſmodi eſt, ut ex univerſo, ut ita dixerim, terrarum orbe unum in locum, & in illo ipſo in te unum maxime oculi omnium ſint converſi. Tanquam igitur ſubiectus oculis ſpectatuſque ab omnibus, conare

Λυκοῦργον ἐκεῖνον ἀρχαῖον ἀποδείξων καὶ τὸν Κῦρον, καὶ
εἴτις ἄλλος πώποτε ἔδοξεν ἤθει καὶ πολιτείᾳ διενεγκεῖν· ἄλ-
λως τε καὶ ἐπειδὴ πολλοὶ καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ τῇδε λέγου-
e. σιν ὡς πολλὴ ἐσιν ἐλπὶς ἀναιρεθέντος Διονυσίου διαφθαρῆναι
τὰ πράγματα, διὰ τὴν σήν τε καὶ Ἡρακλείδου καὶ Θεοδό-
του καὶ τῶν ἄλλων γνωρίμων φιλοτιμίαν. μάλιςα μὲν οὖν
μηδεὶς εἴη τοιοῦτος· ἐὰν δ' ἄρα καὶ γίγνηταί τις, σὺ φαίνου
P. ἰατρεύων, καὶ πρὸς τὸ βέλτιςον ἔλθοιτ' ἄν. ταῦτα δὲ ἴσως
321 a. γελοῖον σοὶ φαίνεται εἶναι τὸ ἐμὲ λέγειν, διότι καὶ αὐτὸς
οὐκ ἀγνοεῖς· ἐγὼ δὲ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ὁρῶ τοὺς ἀγωνιςὰς
ὑπὸ τῶν παίδων παροξυνομένους, μήτι δὴ ὑπό γε τῶν φίλων,
οὓς ἄν τις οἴηται μετὰ σπουδῆς κατ' εὔνοιαν παρακελεύεσθαι.
νῦν οὖν αὐτοί τε ἀγωνίζεσθε, καὶ ἡμῖν εἴτου δεῖ ἐπιςέλλετε.
τὰ δ' ἐνθάδε παραπλησίως ἔχει καθάπερ καὶ ὑμῶν παρόντων.
b. ἐπιςέλλετε δὲ καὶ ὅ, τι πέπρακται ὑμῖν, ἢ πράττοντες τυγ-
χάνετε. ὡς ἡμεῖς πολλὰ ἀκούοντες, οὐδὲν ἴσμεν. καὶ νῦν ἐπι-
ςολαὶ παρὰ μὲν Θεοδότου καὶ Ἡρακλείδου ἥκουσιν εἰς Λα-

Lycurgum illum antiquum exprimere, & Cyrum, & si quis alius videatur unquam moribus & publicis institutis excelluisse: praesertim cum sit multorum ac paene omnium vestrorum opinio, post Dionysium sublatum res esse perituras, propter tuam, & Heraclidis, & Theodoti, ceterorumque nobilium ambitionem & excellendi cupiditatem. Primum quidem optandum est, ne quisquam talis exsistat. quod si quis apparuerit talis, tu medebere, ut res in melius deducantur. Ridiculum tibi forte videtur, me ista monere, cum tibi sint nota: sed ego in theatris conspicio, certatores a pueris provocari, nedum ab amicis, qui benevolentiae studio cohortari putantur. Vos certe nunc tanquam in theatro quodam certatis. in quo si nostra opera opus est, certiores nos facite. Hic autem perinde se res habent, ut cum vos aderatis. Scribite mihi, quid actum sit, quidve agatur. nam licet audiamus multa, certi nihil habemus. Multae a Theodoto & Heraclide feruntur epistolae Lacedaemona & Aeginam: nos autem, ut dixi, au-

κεδαίμονα καὶ Αἰγιναν· ἡμεῖς δὲ, καθάπερ εἴρηται, πολλὰ ἀκούοντες περὶ τῶν τῇδε, οὐδὲν ἴσμεν. ἐνθυμοῦ δὲ καὶ ὅτι δοκεῖς τισιν ἐνδεεξέρως τοῦ προσήκοντος θεραπευτικὸς εἶναι. μὴ οὖν λανθανέτω σὲ ὅτι διὰ τοῦ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸ πράττειν ἐξίν· ἡ δ' αὐθάδεια, ἐρημίᾳ ξύνοικος. Εὐτύχει. c.

dientes multa de rebus veſtris, nihil aperte percipimus. Nec te lateat, eam eſſe de te apud quoſdam opinionem, quaſi de homine, aliquanto minus, quam decet, officioſo atque affabili. memento igitur, neceſſariam eſſe ad res gerendas, hominum benevolentiam: auſteritas vero ſolitudinem amicorum parit. Felix eſto.

---

## Πέμπτη.

## ΠΛΑΤΩΝ ΠΕΡΔΙΚΚΑ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Ἐυφραίῳ μὲν συνεβούλευσα, καθάπερ ἐπέστελλες, τῶν σῶν ἐπιμελούμενον, περὶ ταῦτα διατρίβειν. δίκαιος δ' εἰμὶ καὶ ξενικὴν καὶ ἱερὰν ξυμβουλὴν λεγομένην συμβουλεύειν περί τε τῶν ἄλλων ὧν ἂν φράζῃς, καὶ ὡς Εὐφραίῳ δεῖ τανῦν d. χρῆσθαι. πολλὰ μὲν γὰρ ὁ ἀνὴρ χρήσιμος, μέγιστον δὲ οὗ καὶ σὺ νῦν ἐνδεὴς εἶ, διά τε τὴν ἡλικίαν, καὶ διὰ τὸ μὴ πολ-

## EPISTOLA V.

## PLATO PERDICCAE BENE AGERE.

Euphraeo ſuaſi, quemadmodum ad me ſcripſiſti, ut in rerum tuarum adminiſtratione perſeveraret. eſt autem meum, tibi quoque & de aliis rebus hoſpitale & ſacrum, ut appellatur, conſilium dare, & quemadmodum Euphraeo uti debeas. Profecto vir ille ad multa utilis eſſe poteſt, maxime vero ad id, cuius tu plurimum indiges ob aetatem: praeſer-

λοὺς αὐτοῦ περὶ ξυμβούλους εἶναι τοῖς νέοις. ἔστι γὰρ δή τις
φωνὴ τῶν πολιτειῶν ἑκάστης, καθαπερεὶ τινῶν ζώων· ἄλλη
μὲν, δημοκρατίας, ἄλλη δ' ὀλιγαρχίας· ἡ δ' αὖ μοναρχίας.
ταύτας φαῖεν μὲν ἂν ἐπίστασθαι πάμπολλοι, πλεῖστον δ' ἀπο-
e. λείπονται τοῦ κατανοεῖν αὐτὰς, πλὴν ὀλίγων δὴ τινῶν. ἥτις
μὲν ἂν οὖν τῶν πολιτειῶν τὴν αὑτῆς φθέγγηται φωνὴν πρός
τε θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους, καὶ τῇ φωνῇ τὰς πράξεις ἑπο-
μένας ἀποδιδῷ, θάλλει τε αἰεὶ καὶ σώζεται· μιμουμένη δ'
ἄλλην, διαφθείρεται. πρὸς ταῦτ' οὖν Εὐφραῖος σοὶ γίγνοιτ'
οὐχ ἥκιστα ἂν χρήσιμος, καίπερ πρὸς ἄλλα ὢν ἀνδρεῖος. τοὺς
p. γὰρ τῆς μοναρχίας λόγους οὐχ ἥκιστ' αὐτὸν ἐλπίζω συνεξευ-
322 ρήσειν τῶν περὶ τὴν σὴν διατριβὴν ὄντων. εἰς ταῦτ' οὖν αὐτῷ
a. χρώμενος, ὀνήσῃ τε αὐτὸς καὶ ἐκεῖνον πλεῖστα ὠφελήσεις. ἐὰν
δέ τις ἀκούσας ταῦτα εἴπῃ, Πλάτων, ὡς ἔοικε, προσποιεῖται
μὲν τὰ δημοκρατίᾳ ξυμφέροντα εἰδέναι· ἐξὸν δ' ἐν τῷ δήμῳ
λέγειν καὶ συμβουλεύειν αὐτῷ τὰ βέλτιστα, οὐ πώποτε
ἀναστὰς ἐφθέγξατο· πρὸς ταῦτ' εἰπεῖν ἔστιν ὅτι Πλάτων ὀψὲ

tim cum haud multi reperiantur, qui de his rebus consilium iuvenibus commode afferre possint. est enim vox quaedam uniuscuiusque civilis gubernationis, velut animalium quorundam. nam aliam popularis, aliam paucorum, aliam unius gubernatio vocem emittit. Has intelligere multi profitentur: sed longe absunt ab intelligendo, praeter admodum paucos. Quae igitur gubernatio propriam vocem erga Deos & erga homines emittit, consentaneasque voci actiones reddit, ea viret semper, atque servatur. quod si vocem alterius imitatur, interitum recipit. Ad haec Euphraeus tibi perutilis esse poterit: quamvis & ad alia vir fortis sit. rationes enim monarchiae, id est, principatus unius, non minus quam eos, qui apud te sunt, eum inventurum esse spero. Ad haec igitur illo fretus, utilitatem ex eo percipies, & referes ipsi tu deinde quam plurimam. Quod si quis haec audiens obiiciat: Plato quidem profitetur, quae ad popularem statum conferant, intelligere; nunquam tamen, licet occasio data fuerit, in civitate sua surrexit

ἐν τῇ πατρίδι γέγονε, καὶ τὸν δῆμον κατέλαβεν ἤδη πρεσβύ- b.
τερον, καὶ εἰθισμένον ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν πολλὰ καὶ ἀνόμοια
τῇ ἐκείνου ξυμβουλῇ πράττειν. ἐπεὶ πάντων ἂν ἥδιστα, καθάπερ πατρὶ, συνεβούλευεν αὐτῷ, εἰ μὴ μάτην μὲν κινδυνεύσειν ᾤετο, πλέον δ' οὐδὲν ποιήσειν. ταυτὸν δὴ οἶμαι δρᾶσαι ἂν καὶ τὴν ἐμὴν ξυμβουλήν. εἰ γὰρ δόξαιμεν ἀνιάτως ἔχειν, πολλὰ ἂν χαίρειν ἡμῖν εἰπὼν, ἐκτὸς ἂν γίγνοιτο τῆς περὶ
ἐμὲ καὶ τὰ ἐμὰ ξυμβουλῆς. c.

ad consilium populo exhibendum: ad haec respondebitur, Platonem sero tandem fuisse in patria, populumque offendisse iam senectute desipientem, assuefactumque per illos, qui ante se fuerant, multa diversa facere a consilio suo. nam libentissime, ut parenti, illi consuluissent, nisi frustra se ipsum periculo subiecturum existimasset. Idem quoque circa consilium mihi futurum existimo. Si enim insanabiles videremur, re dimissa, omni de me meisque consilio abstineret. Esto felix.

---

Ἕκτη.

## ΠΛΑΤΩΝ ΕΡΜΕΙΑ ΚΑΙ ΕΡΑΣΤΩ ΚΑΙ ΚΟΡΙΣΚΩ, ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Ἐμοὶ φαίνεται θεῶν τις ὑμῖν τύχην ἀγαθὴν, ἂν εὖ δέξησθε, εὐμενῶς καὶ ἱκανῶς παρασκευάζειν. οἰκεῖτε γὰρ δὴ γείτονές τε ὑμῖν αὐτοῖς, καὶ χρείαν ἔχοντες ὥστε ἀλλήλους

## EPISTOLA VI.

## PLATO HERMIAE, ERASTO, ET CORISCO, BENE AGERE.

Mihi quidem videtur Deorum aliquis fortunam vobis optimam, modo recte eam recipiatis, benigne abundeque parasse. quippe finitimi estis, & utilitatem vobis mutuam

d. εἰς τὰ μέγιστα ὠφελεῖν. Ἑρμείᾳ μὲν γὰρ οὔτε ἵππων πλῆθος, οὔτε ἄλλης πολεμικῆς συμμαχίας· οὐδ' αὖ χρυσοῦ προσγενομένου γένοιτ' ἂν μείζων εἰς τὰ πάντα δύναμις, ἢ φίλων βεβαίων τε καὶ ἤθος ἐχόντων ὑγιές. Ἐράσῳ δὲ καὶ Κορίσκῳ, πρὸς τῇ τῶν εἰδῶν σοφίᾳ τῇ καλῇ ταύτῃ φήμ' ἐγὼ, καίπερ γέρων ὢν, προσδεῖν σοφίας, τῆς περὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀδίκους φυλακτικῆς καί τινος ἀμυντικῆς δυνάμεως. ἄπειροι γάρ
e. εἰσι, διὰ τὸ μεθ' ἡμῶν, μετρίων ὄντων καὶ οὐ κακῶν, συχνὸν διατετριφέναι τοῦ βίου. διὸ δὴ τούτων προσδεῖν εἶπον, ἵνα μὴ ἀναγκάζωνται τῆς ἀληθινῆς μὲν ἀμελεῖν σοφίας, τῆς δὲ ἀνθρωπίνης τε καὶ ἀναγκαίας ἐπιμελεῖσθαι μειζόνως ἢ δεῖ. ταύτην δ' αὖ τὴν δύναμιν Ἑρμείας μοὶ φαίνεται φύσει τε (ὅσα
p. μήπω ξυγγεγονότι) καὶ τέχνῃ δι' ἐμπειρίας εἰληφέναι. τί
323 a. οὖν δὴ λέγω; σοὶ μὲν Ἑρμεία, πεπειραμένος Ἐράσου καὶ Κορίσκου πλέονα ἢ σὺ, φημὶ καὶ μηνύω καὶ μαρτυρῶ μὴ ῥᾴδιος εὑρήσειν σὲ ἀξιοπιστότερα ἤθη τούτων τῶν γειτόνων. ἔχεσθαι δὴ παντὶ ξυμβουλεύω δικαίῳ τρόπῳ τούτων τῶν ἀνδρῶν, μὴ

conferre valetis maximam. Hermiae ſiquidem neque multitudo equorum, neque alius belli apparatus, neque auri magnitudo uſque adeo vires augeret, quantum amicorum bonorum conſtantia atque fidelitas. Eraſto autem & Coriſco, praeter ſapientiam iſtam de ſpeciebus pulcherrimam, alia inſuper affirmo, etſi ſum ſenex, opus eſſe ſapientia, ad improbos iniuſtoſque cavendum, & ad reſiſtendum potentia. Sunt enim inexperti fraudum, quia penes nos cum hominibus vivere diu conſueti ſunt minime malis. Quapropter illos huiuſmodi quadam indigere dico cautione, ne compellantur veram negligere ſapientiam, & humanam hanc neceſſariamque ſapientiam plus, quam deceat, meditari. Rurſus vero eam ipſam vim mihi videtur Hermias inprimis natura uſque & arte conſecutus. Quid igitur dico? Equidem Eraſti & Coriſci mores ingeniaque expertus magis, quam tu, confirmo tibi, o Hermia, denuntio, teſtor, non facile magis fidos homines iſtis finitimis eſſe te reperturum. Tibi itaque conſulo, ut,

πάρεργον ἡγουμένῳ· Κορίσκῳ δὲ καὶ Ἑράξῳ πάλιν Ἑρμείου
ἀντέχεσθαι ξύμβουλος εἰμὶ, καὶ πειρᾶσθαι ταῖς ἀνθέξεσιν
ἀλλήλων εἰς μίαν ἁφικέσθαι φιλίας ξυμπλοκήν. ἂν δέ τις b.
ὑμῶν ἄρα ταύτην πη λύειν δοκῇ (τὸ γὰρ ἀνθρώπινον οὐ παν-
τάπασι βέβαιον) δεῦρο παρ' ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς πέμπετε
μομφῆς κατήγορον ἐπιστολήν. οἶμαι γὰρ δίκῃ τε καὶ αἰδοῖ
τοὺς παρ' ἡμῶν ἐντεῦθεν ἐλθόντας λόγους, εἰ μή τι τὸ λυθὲν
μέγα τύχοι γενόμενον, ἐπῳδῆς ἥστινοσοῦν μᾶλλον ἂν συμ-
φύσαι καὶ συνδῆσαι πάλιν εἰς τὴν προϋπάρχουσαν φιλότητά
τε καὶ κοινωνίαν. ἢν, ὅταν μὲν φιλοσοφῶμεν ἅπαντες ἡμεῖς c.
τε καὶ ὑμεῖς, ὅσον ἂν δυνώμεθα, καὶ ἑκάστῳ παρείκῃ, κύρια
τὰ νῦν κεχρησμῳδημένα ἔσαι. τὸ δὲ ἂν μὴ δρῶμεν ταῦτα,
οὐκ ἐρῶ. φήμην γὰρ ἀγαθὴν μαντεύομαι, καὶ φημὶ δὴ ταῦθ'
ἡμᾶς πάντ' ἀγαθὰ ποιήσειν, ἂν θεὸς ἐθέλῃ. Ταύτην τὴν ἐπι-
στολὴν πάντας ὑμᾶς τρεῖς ὄντας ἀναγνῶναι χρή· μάλιστα
μὲν ἀθρόους, εἰ δὲ μὴ, κατὰ δύναμιν ὡς οἷόντ' ἐστὶ πλειστά-
κις. καὶ χρῆσθαι συνθήκῃ καὶ νόμῳ κυρίῳ, ὅ ἐστι δίκαιον·

quoad fieri poteſt ac licet, omni ſtudio hos viros complectaris. Vobis quoque, o Eraſte, & Coriſce, conſulo, ut Hermiam viciſſim ſuſcipiatis, certantes mutuo amore & beneficio, uno maxime amicitiae nodo vinciri. At ſi quis veſtrûm coniunctionem iſtam diſſolvere videatur, (nam humana quidem mobilia ſunt) huc ad me meoſque mittite accuſatoriam in delinquentem epiſtolam. puto enim, iuſtitia & pudore refertos, qui a nobis proficiſcuntur, ſermones (niſi quid magnum ſubſit) magis, ut dicitur, omni incantatione vos in priſtinam amicitiam & communionem copulaturos. Ita ſi philoſophemur omnes utrique, quantum valebimus & noſtrûm cuique concedetur, rata haec modo edita oracula ſervabuntur. quod ſi iſta negligamus, nihil equidem praefabor. omen namque bonum vobis praedico, atque vaticinor, haec bona omnia vos ita demum eſſe facturos, ſi Deus voluerit. Hanc vero epiſtolam a vobis tribus ſimul legendam cenſeo: aut ſaltem duobus una legentibus, & ſaepe etiam repetentibus:

d. ἐπομνύντας σπουδῇ τε ἅμα μὴ ἀμούσῳ καὶ τῇ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδείᾳ, καὶ τὸν τῶν πάντων θεὸν ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον ἐπομνύντας· ὃν, ἂν ὄντως φιλοσοφῶμεν, εἰσόμεθα πάντες σαφῶς, εἰς δύναμιν ἀνθρώπων εὐδαιμόνων.

utendumque vobis pacto & lege certa, etiam iureiurando, ut aequum eſt, interpoſito, non ſine eleganti ſtudio atque huius ſtudii ſorore diſciplina, teſtando Deum, rerum omnium ducem praeſentium & futurarum, ac ducis & cauſae patrem dominum. quem, ſi vere philoſophemur, cognoſcemus aperte omnes, quatenus felicis hominis natura pertingere poteſt.

---

Ἑβδόμη.

## ΠΛΑΤΩΝ ΤΟΙΣ ΔΙΩΝΟΣ ΟΙΚΕΙΟΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΕΤΑΙΡΟΙΣ, ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Ἐπεξείλατέ μοι νομίζειν δεῖν τὴν διάνοιαν ὑμῶν εἶναι τὴν αὐτὴν ἣν εἶχε καὶ Δίων. καὶ δὴ καὶ κοινωνεῖν διεκελεύεσθέ μοι, καθόσον οἷόστε εἰμὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ. ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν
p. δόξαν καὶ ἐπιθυμίαν τὴν αὐτὴν ἔχετε ἐκείνῳ, ξύμφημι κοι-
324 a. νωνήσειν· εἰ δὲ μὴ, βουλεύσεσθαι πολλάκις. τίς δ' ἦν ἡ ἐκεί-

## EPISTOLA VII.

## PLATO DIONIS PROPINQUIS ET AMICIS BENE AGERE.

Scripsistis mihi, cenſere vos, eandem mentem in republica eſſe vobis conſervandam, quam Dio habuiſſet: meque rogatis in communionem accedere, quantum verbo factoque virium habeam. Ego autem, ſi eam voluntatem opinionemque, quam ille habuit, habetis, aſſentior vobis, & in communionem accedo: ſi non habetis, de ea re conſultandum

*νου διάνοια καὶ ἐπιθυμία, σχεδὸν οὐκ εἰκάζων, ἀλλ' ὡς εἰ-*
*δὼς σαφῶς, εἴποιμ' ἄν. ὅτε γὰρ κατ' ἀρχὰς εἰς Συρακούσας*
*ἐγὼ ἀφικόμην, σχεδὸν ἔτη τετταράκοντα γεγονὼς, Δίων*
*εἶχε τὴν ἡλικίαν ἣν τανῦν Ἱππαρῖνος γέγονε· καὶ ἣν ἔσχε*
*τότε δόξαν, ταύτην καὶ διετέλεσεν ἔχων, Συρακουσίους οἴε-*
*σθαι δεῖν ἐλευθέρους εἶναι, κατὰ νόμους τοὺς ἀρίστους οἰκοῦν-* b.
*τας. ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν εἴτις θεῶν καὶ τοῦτον εἰς τὴν αὐ-*
*τὴν δόξαν περὶ πολιτείας ἐκείνῳ γενέσθαι σύμφωνα ποιήσειε.*
*τίς δ' ἦν ὁ τρόπος τῆς γενέσεως αὐτῆς οὐκ ἀπάξιον ἀκοῦσαι*
*νέῳ καὶ μὴ νέῳ. πειράσομαι δὲ ἐξ ἀρχῆς αὐτὴν ἐγὼ πρὸς*
*ὑμᾶς διεξελθεῖν. ἔχει γὰρ καιρὸν τανῦν. νέος ἐγώ ποτε ὢν*
*πολλοῖς δὴ ταυτὸν ἔπαθον· ᾠήθην, εἰ θᾶττον ἐμαυτοῦ γενοί-*
*μην κύριος, ἐπὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως εὐθὺς ἰέναι. καί μοι* c.
*τύχαι τινὲς τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων τοιαῖδε παρέπεσον.*
*ὑπὸ πολλῶν γὰρ τῆς τότε πολιτείας λοιδορουμένης, μετα-*
*βολὴ γίγνεται· καὶ τῆς μεταβολῆς εἷς καὶ πεντήκοντα τι-*

etiam atque etiam dico. Quae vero fuerit illius mens atque voluntas, non ut coniectans, sed tanquam sciens, referre possum. Quando ego primum Syracusas profectus sum, annos circiter quadraginta aetatis agens, Dio in ea erat aetate, qua nunc Hipparinus: & in ea, quam tunc comprehenderat, opinione semper perseveravit, Syracusanos putans esse liberos oportere, atque optimis legibus gubernari. Itaque non sit mirandum, si quis Deorum hunc in eadem opinione reipublicae gubernandae ipsi consentientem praestitisset. Qua vero ratione id fuerit faciendum, digna res est, quae & seni & iuveni audiatur. Conabor autem, quoniam praesens tempus id poscit, rem omnem a principio vobis referre. Equidem adolescens dum essem, eandem, quam plerique, habui cupiditatem. statueram enim, cum primum mei ipsius compos factus essem, ad rempublicam me conferre. Interim talia quaedam circa rempublicam contigerunt. Nam cum is, qui tum erat, reipublicae status a multis improbaretur, secuta mutatio est. tunc unus & quinquaginta viri, gubernatione susceptа, un-

νὲς ἄνδρες προὔχηναν ἄρχοντες· ἔνδεκα μὲν, ἐν ἄστει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ· περί τε ἀγορὰν ἑκάτεροι τούτων, ὅσά τ' ἐν τοῖς ἄστεσι διοικεῖν ἔδει. τριάκοντα δὲ πάντων ἄρχοντες κατέστησαν αὐτοκράτορες. τούτων δή τινες οἰκεῖοί τε ὄντες καὶ
d. γνώριμοι ἐτύγχανον ἐμοί· καὶ δὴ καὶ παρεκάλουν εὐθὺς ὡς ἐπὶ προσήκοντα πράγματα μέ. καὶ ἐγὼ θαυμαστὸν οὐδὲν ἔπαθον ὑπὸ νεότητος. ᾠήθην γὰρ αὐτοὺς ἔκ τινος ἀδίκου βίου ἐπὶ δίκαιον τρόπον ἄγοντας διοικήσειν δὴ τὴν πόλιν. ὥστε αὐτοῖς σφόδρα προσεῖχον τὸν νοῦν, τί πράξοιεν. καὶ ὁρῶν δή που τοὺς ἄνδρας ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ χρυσῆν ἀποδείξαντας τὴν ἔμπροσθεν πολιτείαν, τά τε ἄλλα καὶ Φίλον ἄνδρα ἐμοὶ πρεσβύ-
e. τερον Σωκράτη (ὃν ἐγὼ σχεδὸν οὐκ ἂν αἰσχυνοίμην εἰπὼν δικαιότατον εἶναι τῶν τότε) ἐπί τινα τῶν πολιτῶν μεθ' ἑτέρων ἔπεμπον, βίᾳ ἄξοντα ὡς ἀποθανούμενον· ἵνα δὴ μετέχοι
p. τῶν πραγμάτων αὐτοῖς, εἴτε βούλοιτο, εἴτε μή. ὁ δ' οὐκ ἐπεί-
325 a. θετο. πᾶν δὲ παρεκινδύνευσε παθεῖν πρὶν ἀνοσίων αὐτοῖς ἔργων γενέσθαι κοινωνός. ἃ δὴ πάντα καθορῶν, καὶ εἴτιν' ἄλ-

decim in urbe, decem vero in Piraeo, forenſium urbanarumque rerum adminiſtrationem habebant. ſed penes triginta viros ſumma erat omnium auctoritas conſtituta. Horum nonnulli domeſtici & noti erant mihi: qui me ſtatim ad rempublicam capeſſendam invitaverunt. Atque ego nihil mirabile ſum ob iuventutem perpeſſus. Quippe exiſtimabam, illos ab iniuſta vita civitatem ad iuſtos mores debere convertere. itaque diligenter in dies, quid facerent, obſervabam. Verum animadverti, eos brevi admodum tempore ita ſe gerere, ut prior ille reipublicae ſtatus fuiſſe aureus putaretur. nam & alia multa iniuſte fecerunt, & amicum meum ſeniorem Socratem (quem ego iuſtiſſimum omnium, qui tunc erant, appellare non vereor) una cum aliis quibuſdam ad adducendum civium quendam ad ſe miſerunt, ut ultimo ſupplicio afficeretur: Socratemque ipſum, vel ſponte, vel invitum, quaſi participem ſibi coniungerent. qui tamen parere noluit, ac potius cuncta pati graviſſima conſtituit, quam impiorum ſce-

λα τοιαῦτα οὐ σμικρὰ, ἐδυσχέρανά τε καὶ ἐμαυτὸν ἐπανήγαγον ἀπὸ τῶν τότε κακῶν. χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ μετέπεσε τὰ τῶν τριάκοντά τε καὶ πᾶσα ἡ τότε πολιτεία. πάλιν δὲ, βραδύτερον μὲν, εἶλκε δέ με ὅμως ἡ περὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ καὶ πολιτικὰ ἐπιθυμία. ἦν οὖν καὶ ἐν ἐκείνοις, ἅτε τε- b.
ταραγμένοις, πολλὰ γιγνόμενα ἅ τις ἂν δυσχεράνειεν. καὶ οὐδέν τι θαυμαστὸν ἦν τιμωρίας ἐχθρῶν γίγνεσθαι τινῶν τισι μείζους ἐν μεταβολαῖς· καίτοι πολλῇ γε ἐχρήσαντο οἱ τότε κατελθόντες ἐπιεικείᾳ. κατὰ δέ τινα τύχην αὖ τὸν ἑταῖρον ἡμῶν Σωκράτη τοῦτον δυναζεύοντες τινὲς εἰσάγουσιν εἰς δικαστήριον, ἀνοσιωτάτην αἰτίαν ἐπιβάλλοντες, καὶ πάντων ἧκιστα Σωκράτει προσήκουσαν. ὡς ἀσεβῆ γὰρ οἱ μὲν εἰσήγα- c.
γον· οἱ δὲ κατεψηφίσαντο καὶ ἀπέκτειναν τὸν τότε τῆς ἀνοσίου ἀγωγῆς οὐκ ἐθελήσαντα μετασχεῖν περὶ ἕνα τῶν τότε φευγόντων φίλων, ὅτε φεύγοντες ἐδυσύχουν αὐτοί. σκοποῦντι δή μοι ταῦτά τε καὶ τοὺς ἀνθρώπους τοὺς πράττον-

lerum illis ſocius exſiſtere. Haec igitur cum viderem, & alia quaedam non parva, graviter tuli, & ab illis malis me recepi. nec multo poſt ſecuta horum triginta everſio eſt, totaque reſpublica mutata. Rurſus igitur, quamquam moderatius, cupiebam tamen adire rempublicam. ſed agebantur tunc etiam, utpote turbata republica, quae improbares permulta. nec ſane mirum fuerit, in huiuſmodi mutationibus inimicos quoſdam poenas dare graviores: quamquam qui redierant, magna uterentur clementia. Iterum ſorte quadam accidit, ut Socratem hunc, amicum noſtrum, potentes in republica quidam accuſarent, impium crimen obiicientes, ac minime omnium ipſi conveniens. quaſi enim non recte de Diis ſentiret, alii quidem in iudicium traxerunt: alii ſententiam in eum dixerunt, condemnaveruntque, & eum hominem necavere, qui ſuperiori tempore, quo nihil impie faceret, unum ex ipſis tunc exſulantem ducere, atque rei impiae nullo modo particeps fieri ſuſtinuerat. Cum haec igitur animadverterem, & homines, qui in reipublicae gubernatione verſabantur, le-

τας τὰ πολιτικὰ, καὶ τοὺς νόμους γε καὶ ἔθη, ὅσῳ μᾶλλον
διεσκόπουν, ἡλικίας τε εἰς τὸ πρόσθεν προϋβαινον, τοσούτῳ
d. χαλεπώτερον ἐφαίνετο ὀρθῶς εἶναί μοι τὰ πολιτικὰ διοικεῖν.
οὔτε γὰρ ἄνευ φίλων ἀνδρῶν καὶ ἑταίρων πιστῶν οἵόντ' εἶναι
πράττειν· οὓς οὔθ' ὑπάρχοντας ἦν εὑρεῖν εὐπετές· (οὐ γὰρ
ἔτι ἐν τοῖς τῶν πατέρων ἤθεσι καὶ ἐπιτηδεύμασιν ἡ πόλις ἡμῶν
διῳκεῖτο·) καινούς τε ἄλλους ἀδύνατον ἦν κτᾶσθαι μετά
τινος ῥᾳστώνης. τά τε τῶν νόμων γράμματα καὶ ἔθη διεφθεί-
ρετο, καὶ ἐπεδίδου θαυμαστὸν ὅσον. ὥστέ με, τοπρῶτον πολ-
e. λῆς μεστὸν ὄντα ὁρμῆς ἐπὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ, βλέποντα
εἰς ταῦτα, καὶ φερόμενα ὁρῶντα πάντη πάντως, τελευτῶντα
ἰλιγγιᾷν· καὶ τοῦ μὲν σκοπεῖν μὴ ἀποσχῆναι, μήποτε ἄμεινον
ἂν γίγνοιτο περί τε αὐτὰ ταῦτα καὶ δὴ καὶ περὶ τὴν πᾶσαν
p. πολιτείαν· τοῦ δὲ πράττειν αὖ περιμένειν αἰεὶ καιρούς. τελευ-
326 τῶντα δὲ νοῆσαι περὶ πασῶν τῶν νῦν πόλεων, ὅτι κακῶς
a. ξύμπασαι πολιτεύονται. τὰ γὰρ τῶν νόμων αὐταῖς σχεδὸν
ἀνιάτως ἔχοντα ἐστὶν, ἄνευ παρασκευῆς θαυμαστῆς τινος μετὰ
τύχης. λέγειν τε ἠναγκάσθην, ἐπαινῶν τὴν ὀρθὴν φιλοσο-

geſque & mores: quanto magis conſiderarem, quantoque magis aetate progrederer, tanto difficilius arbitrabar eſſe recte rempublicam gubernare. neque enim hoc fieri poteſt abſque amicis ſociiſque fidelibus: quos tum reperire haud facile erat: (non enim amplius patriis moribus inſtitutiſque civitas noſtra gubernabatur) & parare novos impoſſibile erat ſine ſumma difficultate, utpote ſimul legibus moribuſque penitus corruptis. Itaque ego ille, qui prius exarſeram incredibili cupiditate me ad rempublicam conferendi, intuens cuncta in praeceps deferri, tandem, quo me verterem, neſciebam. Et ab inveſtigatione quidem nequaquam deſiſtere placuit, ſi quid forte melius eveniret & circa haec ipſa, & univerſam rempublicam: agendi vero opportunitatem aliquam exſpectare. Tandem vero compertum eſt mihi, reſpublicas omnes, quae nunc ſunt, improbe gubernari. nam, quantum ad leges attinet, inſanabiles ferme ſunt; nullo inſtituto egregio, ſed fortuna quadam, viventes. Qua-

φίαν, ὡς ἐκ ταύτης ἐσὶ τά τε πολιτικὰ δίκαια καὶ τὰ τῶν ἰδιωτῶν πάντα κατιδεῖν. κακῶν οὖν οὐ λήξειν τὰ ἀνθρώπινα γένη, πρὶν ἂν ἢ τὸ τῶν φιλοσοφούντων ὀρθῶς γε καὶ ἀληθῶς γένος εἰς ἀρχὰς ἔλθῃ τὰς πολιτικὰς, ἢ τὸ τῶν δυναστευόντων ἐν ταῖς πόλεσιν ἔκ τινος μοίρας θείας ὄντως φιλοσοφήσῃ. ταύτην δὴ τὴν διάνοιαν ἔχων εἰς Ἰταλίαν τε καὶ Σικελίαν ἦλθον, ὅτε πρῶτον ἀφικόμην. ἐλθόντα δέ με ὁ ταύτῃ λεγόμενος αὖ βίος εὐδαίμων, Ἰταλιωτικῶν τε καὶ Συρακουσίων τραπεζῶν πλήρης, οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε· δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῆν, καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ· καὶ ὅσα τούτων ἐπιτηδεύματα ξυνέπεται τῶν βίων. b. c.
ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἐθῶν οὔτ' ἂν φρόνιμος οὐδεὶς ποτὲ γενέσθαι τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀνθρώπων ἐκ νέου ἐπιτηδεύων δύναιτο, οὔθ' οὕτως θαυμαςῇ φύσει κραθήσεται· σώφρων δὲ οὐδ' ἂν μελλήσαι ποτὲ γενέσθαι. καὶ δὴ καὶ περὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ὁ αὐτὸς λόγος ἂν εἴη. πόλις τε οὐδεμία ἂν ἠρεμήσαι κατὰ νόμους οὐδ' οὐστινασοῦν, ἀνδρῶν οἰομένων ἀναλίσκειν μὲν

propter dicere adductus sum, laudans rectam philosophiam, quid iustum sit, & quid non, tam in republica, quam in privata, per eam dumtaxat discerni. itaque non prius desinere humanum genus in malis versari, quam aut homines recte vereque philosophantes rerumpublicarum gubernationem adepti fuerint; aut hi, qui gubernant, divina quadam sorte vere philosophentur. Hac ego mente Italiam Siciliamque adivi. haec enim fuit prima in ea loca profectio mea. Quo cum venissem, vita illa beata, quae ferebatur, plena Italicarum Syracusanarumque mensarum, nullo modo mihi placuit, bis in die saturum fieri, nec unquam pernoctare solum, ceteraque, quae comitantur huic vitae. nemo enim omnium, qui sub coelo sunt, si in huiusmodi moribus ab adolescentia nutriatur, quamvis natura & ingenio excellenti praeditus, unquam tamen prudens evadet. temperatus esse certe nunquam curabit: eademque erit de ceteris virtutibus ratio. Civitas autem nulla legibus acquiescere poterit, si cuncta in superfluos sumtus

d. δεῖν πάντα εἰς ὑπερβολὰς, ἀργῶν δὲ εἰς ἅπαντα ἡγουμένων
αὖ δεῖν γίγνεσθαι, πλὴν εἰς εὐωχίας καὶ πότους καὶ ἀφροδι-
σίων σπουδὰς διαπονουμένων. ἀναγκαῖον δὲ εἶναι ταύτας τὰς
πόλεις, εἰς τυραννίδας τε καὶ ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας
μεταβαλλούσας μηδέποτε λήγειν· δικαίου δὲ καὶ ἰσονόμου πο-
λιτείας τοὺς ἐν αὐταῖς δυναζεύοντας μηδ' ὄνομα ἀκούοντας
ἀνέχεσθαι. ταῦτα δὴ πρὸς τοῖς πρόσθε διανοούμενος, εἰς Συ-
ρακούσας διεπορεύθην, ἴσως μὲν κατὰ τύχην, ἔοικε μὴν τότε
e. μηχανωμένῳ τινὶ τῶν κρειττόνων ἀρχὴν βαλέσθαι τῶν νῦν
γεγονότων πραγμάτων περὶ Δίωνα καὶ τῶν περὶ Συρακού-
σας· δέος δὲ μὴ καὶ πλειόνων ἔτι, ἐὰν μὴ νῦν ὑμεῖς ἐμοὶ πεί-
θησθε, τὸ δευτερον συμβουλεύοντι. πῶς οὖν δὴ λέγω πάντων
p. ἀρχὴν γεγονέναι τῶν τότε τὴν εἰς Σικελίαν ἐμὴν ἄφιξιν;
327 ἐγὼ συγγενόμενος Δίωνι τότε νέῳ, κινδυνεύω, τὰ δοκοῦντα
a. ἐμοὶ βέλτιζα ἀνθρώποις εἶναι μηνύων διὰ λόγων, καὶ πράτ-
τειν αὐτὰ ξυμβουλεύων, ἀγνοεῖν ὅτι τυραννίδος τινὰ τρόπον

eroganda cives exiſtiment: ceteriſque poſthabitis omnibus, conviviis dumtaxat & venereis oblectamentis obnixe putent operam impendendam. neceſſe eſt huiuſmodi civitates modo in tyrannidem, modo in paucorum potentiam, modo in popularem ſtatum mutari, neque unquam quieſcere: iuſtae vero aequabiliſque gubernationis, eos, qui in his civitatibus potentes ſunt, ne nomen quidem ipſum audire velle. Haec ego una cum ſuperioribus illis conſiderans, Syracuſas profectus ſum, forte quidem fortuna quadam. Videtur autem alicuius eorum opera, qui ſupra nos ſunt, principium tunc fuiſſe datum omnibus, quae nuper Dioni Syracuſiſque contigerunt: ac vereor, ne pluribus inſuper, ſi vos mihi nunc iterum conſulenti nequaquam aſſentiamini. Quemadmodum vero dicam, omnium fuiſſe principium profectionem tunc Syracuſas meam, accipite. Ego cum Dione tunc iuvene converſabar frequens, & quae hominibus optima fore arbitrabar, quibus poteram rationibus ſuadebam, & ut faceret conſulebam. Sed his dicendis videor latenter & praeter intentionem tunc eam tyrannidis ruj-

κατάλυσιν ἐσομένην μηχανώμενος ἑλάνθανον ἐμαυτόν. Δίων μὲν γὰρ δὴ, μάλ' εὐμαθὴς ὢν, πρός τε τἄλλα καὶ πρὸς τοὺς τότε ὑπ' ἐμοῦ λόγους λεγομένους οὕτως ὀξέως ὑπήκουσε καὶ σφόδρα, ὡς οὐδεὶς πώποτε ὧν ἐγὼ προσέτυχον νέων· καὶ τὸν b. ἐπίλοιπον βίον ζῆν ἠθέλησε διαφερόντως τῶν πολλῶν Ἰταλιωτῶν τε καὶ Σικελιωτῶν, ἀρετὴν περὶ πλείονος ἡδονῆς τῆς τε ἄλλης τρυφῆς ἠγαπηκώς. ὅθεν ἐπαχθέσερον τοῖς περὶ τὰ τυραννικὰ νόμιμα ζῶσιν ἐβίω, μέχρι τοῦ θανάτου τοῦ περὶ Διονύσιον γενομένου. μετὰ δὲ τοῦτο διενοήθη μὴ μόνον ἐν αὐτῷ ποτ' ἂν γενέσθαι ταύτην τὴν διάνοιαν, ἣν αὐτὸς ὑπὸ τῶν ὀρθῶν λόγων ἔσχεν· ἐγγιγνομένην δ' αὐτὴν καὶ ἐν ἄλλοις ὁρῶν κατενόει, πολλοῖς μὲν οὔ, γιγνομένην δ' οὖν ἔν c. τισιν· ὧν καὶ Διονύσιον ἡγήσατο ἕνα γενέσθαι τάχ' ἂν ξυλλαμβανόντων θεῶν. γενομένου δ' αὖ τοῦ τοιούτου, τόν τε αὐτοῦ βίον καὶ τὸν τῶν ἄλλων Συρακουσίων ἀμήχανον ἂν μακαριότητι ξυμβῆναι γενόμενον. πρὸς δὴ τούτοις ᾠήθη δεῖν ἐκ παντὸς τρόπου εἰς Συρακούσας ὅτι τάχιστα ἐλθεῖν ἐμὲ, κοινωνὸν τούτων· μεμνημένος τήν τε αὐτοῦ καὶ ἐμὴν συνου-

nam, quae ſecuta eſt, paraviſſe. Dio enim cum eſſet acerrimo ingenio, cum ad cetera omnia, tum ad ea, quae tunc dicebantur a me, perdiſcenda, ita celeriter ac vehementer illa arripuit, ut nemo ex omnibus iuvenibus, quos unquam convenerim. Ac reliquam vitam ducere ſtatuit multo praeſtantius, quam alii multi Italicorum atque Siculorum, virtutem potius, quam voluptatem deliciaſque, ſectatus. Itaque infenſus vivebat illis, qui in tyrannicis inſtitutis degebant: atque hoc uſque ad Dionyſii mortem. Poſtea vero animadvertit, eam ſententiam, quam ipſe rectis conceperat rationibus, non in ſe uno ſolum, verum etiam in aliis quibuſdam, licet non multis, exſiſtere: in quorum numero Dionyſium iuniorem, Diis bene iuvantibus, ſperabat fore. quod ſi accideret, & ille ipſe, & ceteri Syracuſani, mirificam felicitatem nanciſcerentur. Quapropter cenſuit, me quam celerrime Syracuſas debere accedere, ut horum ſocium adiutoremque me adiungerem: me-

d. σίαν, ὡς εὐπετῶς ἐξειργάσατο εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν αὐτὸν τοῦ καλλίστου τε καὶ ἀρίστου βίου. ὃ δὴ καὶ νῦν εἰ διαπράξαιτο ἐν Διονυσίῳ ὡς ἐπεχείρησε, μεγάλας ἐλπίδας εἶχεν ἄνευ σφαγῶν καὶ θανάτων καὶ τῶν νῦν γεγονότων κακῶν βίον ἂν εὐδαίμονα καὶ ἀληθινὸν ἐν πάσῃ τῇ χώρᾳ κατασκευάσαι. ταῦτα Δίων ὀρθῶς διανοηθεὶς, ἔπεισε μεταπέμπεσθαι Διονύσιον ἐμέ· καὶ αὐτὸς ἐδεῖτο πέμπων ἥκειν ὅτι τάχιστα ἐκ παν-
e. τὸς τρόπου, πρίν τινας ἄλλους ἐντυχόντας Διονυσίῳ, ἐπ' ἄλλον βίον αὐτὸν τοῦ βελτίστου παρατρέψαι. λέγων δὲ τάδε, ἐδεῖτο, εἰ καὶ μακρότερα εἰπεῖν. Τίνας γὰρ καιροὺς, ἔφη, μείζους περιμενοῦμεν τῶν νῦν παραγεγονότων θείᾳ τινὶ τύχῃ; Καταλέγων δὲ τήν τε ἀρχὴν τῆς Ἰταλίας καὶ Σικελίας, καὶ
p. τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν νεότητα καὶ τὴν ἐπι-
328 θυμίαν τὴν Διονυσίου, φιλοσοφίας τε καὶ παιδείας ὡς ἔχοι
a. σφόδρα, λέγων, τούς τε αὐτοῦ ἀδελφιδοῦς καὶ τοὺς οἰκείους ὡς εὐπαράκλητοι εἶεν πρὸς τὸν ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενον αἰεὶ λόγον

moria tenens, quam facile dudum mea consuetudo ipsum in cupiditatem vitae pulcherrimae atque optimae traduxisset. quam cupiditatem si in Dionysio, ut aggressus erat, perficeret, magnam spem habebat, absque caedibus & sanguine, & absque iis, quae nunc evenerunt, malis, veram vivendi rationem ac beatam vitam in universa illa regione constituere posse. Haec Dio recte considerans, Dionysio suasit, ut me vocaret: & ipse quoque rogavit, ut accedere, cunctis posthabitis, festinarem, priusquam ulli alii Dionysio adhaerentes, neglectis optimis vitae institutis, ad alia illum deflecterent. Cohortationem insuper precibus longam adiunxit. Quodnam, inquit, tempus aliud iam exspectamus ad agendum opportunius, quam quod nunc nobis est divina quadam fortuna concessum? Narrabat praeterea magnitudinem imperii Dionysii per Italiam atque Siciliam, eiusque in his ipsis locis potentiam, iuventam quoque, atque cupiditatem eius ad philosophiae & disciplinae studia vehementissimam. quin etiam quam propensi forent eius necessarii atque domestici

καὶ βίου, ἱκανώτατοί τε Διονύσιον συμπαρακαλεῖν. ὥστε, εἴπέρ ποτε, καὶ νῦν ἐλπὶς πᾶσα ἀποτελεσθήσεται τοῦ τοὺς αὐτοὺς φιλοσόφους τε καὶ πόλεων ἄρχοντας μεγάλων ξυμβῆναι γενομένους. τὰ μὲν δὴ παρακελεύματα ἦν ταῦτά τε b.
καὶ τοιαῦτα ἕτερα πάμπολλα. τὴν δ' ἐμὴν δόξαν, τὸ μὲν περὶ τῶν νέων ὅπη ποτὲ γενήσοιτο, εἶχε φόβος. αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν τοιούτων ταχεῖαι, καὶ πολλάκις ἑαυταῖς ἐναντίαι φερόμεναι. τὸ δὲ Δίωνος ἦθος ἠπιξάμην, τῆς ψυχῆς πέρι, φύσει τε ἐμβριθὲς ὂν, ἡλικίας τε ἤδη μετρίως ἔχον. ὅθεν μοὶ σκοπουμένῳ καὶ διςάζοντι πότερον ἂν εἴη πορευτέον καὶ ὑπακουσέον, ἢ πῶς, ὅμως ἐῤῥεψε δεῖν, εἴποτε τὶς τὰ διανοηθέντα περὶ νόμων τε καὶ πολιτείας ἀποτελεῖν ἐγχειρήσοι, καὶ νῦν c.
πειρατέον εἶναι. πείσας γὰρ ἕνα μόνον, ἱκανῶς πάντα ἐξειργασμένος ἐσοίμην ἀγαθά. ταύτῃ μὲν δὴ τῇ διανοίᾳ τε καὶ τόλμῃ ἄπῃρα οἴκοθεν, οὐχ ἥ τινες ἐδόξαζον· ἀλλ' αἰσχυνόμενος μὲν ἐμαυτὸν, τὸ μέγιστον, μὴ δόξαιμι ποτὲ ἐμαυτῷ

cum ad eam, quam ſuaderem, diſciplinam vitae recipiendam, tum etiam quam in ipſo quoque Dionyſio ad hoc provocando valerent. Itaque ſi unquam alias, nunc certe maximam adeſſe ſpem, eoſdem fore & philoſophos, & magnarum principes civitatum. Ille igitur his me rationibus, aliiſque generis eiuſdem permultis, adhortabatur. Ego vero, quo tandem affectus iuvenum evaſurus eſſet, formidabam. talium enim cupiditates & veloces ſunt, & ſaepe ſibimet contrariae feruntur. Dionem tamen tum natura gravem, tum aetate iam ſatis maturum eſſe ſciebam. Itaque cogitanti ambigentique mihi, utrum eundum parendumque foret, necne, ſubiit tandem, obſequendum eſſe: atque ſi quis unquam ea, quae de legibus & republica cogitaverat, perficere velit, nunc fore tentandum; quippe cum iudicarem, ſi uni dumtaxat perſuaſiſſem, me bona ſufficienter omnia perfecturum. Quamobrem hac ſententia fiduciaque domo abivi: non qua opinabantur quidam, ſed quadam ſcientiae verecundia inprimis adductus, ne quando mihi ipſi viderer verba ſolum habere, effectum

παντάπασι, λόγῳ μόνον ἀτεχνῶς εἶναί τις, ἔργου δὲ οὐδενὸς
ἂν ποτε ἑκὼν ἀνθάψασθαι· κινδυνεύσειν δὲ προδοῦναι, πρῶ-
d. τον μὲν τὴν Δίωνος ξενίαν τε καὶ ἑταιρείαν ἐν κινδύνοις ὄν-
τως γεγονότος οὐ σμικροῖς. εἶτ' οὖν πάθοι τι, εἴη τ' ἐκπεσὼν
ὑπὸ Διονυσίου καὶ τῶν ἄλλων ἐχθρῶν, ἔλθοι παρ' ὑμᾶς φεύ-
γων, καὶ ἀνέροιτο εἰπών, Ὦ Πλάτων, ἥκω σοὶ φυγὰς,
οὐχ ὁπλιτῶν δεόμενος, οὐδὲ ἱππέων ἐνδεὴς γενόμενος, τοῦ
ἀμύνασθαι τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλὰ λόγων καὶ πειθοῦς· ᾗ σε
μάλιστα ἠπιστάμην ἐγὼ δυνάμενον ἀνθρώπους νέους ἐπὶ τὰ
ἀγαθὰ καὶ τὰ δίκαια προτρέποντα, εἰς φιλίαν τε καὶ ἑται-
e. ρείαν ἀλλήλοις καθιστάναι ἑκάστοτε· ὧν ἐνδεία, κατὰ τὸ σὸν
μέρος, νῦν ἐγὼ καταλιπὼν Συρακούσας, ἐνθάδε πάρειμι. καὶ
τὸ μὲν ἐμὸν, ἔλαττον ὄνειδος σοὶ φέρει· φιλοσοφία δὲ, ἣν
ἐγκωμιάζεις αἰεὶ, καὶ ἀτίμως φὴς ὑπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώ-
πων φέρεσθαι, πῶς οὐ προδέδοται τανῦν μετ' ἐμοῦ μέρος
p. ὅσον ἐπί σοι γέγονε; καὶ Μεγαροῖ μὲν εἰ κατοικοῦντες ἐτυγ-
329 χάνομεν, ἦλθες δή που ἂν μοι βοηθὸς ἐφ' ἅ σε παρεκάλουν,
a. ἢ πάντων ἂν φαυλότατον ἡγοῦ σαυτόν. νῦν δ' ἄρα τὸ μῆκος

vero officiumque nullum ſponte praeſtare, prodereque primum Dionis hoſpitalitatem amicitiamque, non parvis ſubiecti periculis. cui ſi quid adverſi accideret, vel pelleretur a Dionyſio ceteriſque inimicis, atque profugus ad nos his verbis confugeret: O Plato, venio ad te patria pulſus, cum neque militibus neque equitibus carerem, quorum viribus reſiſterem inimicis; ſed verbis perſuaſioneque indigerem, qua maxime ſciebam te poſſe iuvenes ad probitatem iuſtitiamque exhortando in amicitiam neceſſitudinemque devincire. quarum defectu rerum, modo per te factum eſt, ut ego Syracuſis expulſus huc acceſſerim. Et mea quidem fortuna abs te deſerta minus tibi vituperationis affert: at vero ipſa philoſophia, quam ſemper laudas, quamve apud alios carere honore conquereris, nonne abs te nunc una mecum prodita eſt? Quod ſi Megaris fuiſſem, veniſſes utique mihi adiutor, cum te vocaſſem: alioquin te omnium ignaviſſimum iudi-

τῆς πορείας καὶ τὸ μέγεθος δὴ τοῦ πλοῦ καὶ τοῦ πόνου ἐπαι-
τιώμενος, οἴει δόξαν κακίας ἀποφευξεῖσθαί ποτε; πολλοῦ γε
καὶ δεήσει. Λεχθέντων δὲ τούτων, τίς ἂν ἦν μοι πρὸς ταῦ-
τα εὐσχήμων ἀπόκρισις; οὐκ ἔχιν. ἀλλ' ἦλθον μὲν κατὰ λό-
γον, ἐν δίκῃ τε, ὡς οἵόντε ἄνθρωπον μάλιςα, διὰ τὰ τοιαῦ-
τα καταλιπὼν τὰς ἐμαυτοῦ διατριβὰς, οὔσας οὐκ ἀσχήμο- b.
νας, ὑπὸ τυραννίδα δοκοῦσαν οὐ πρέπειν τοῖς ἐμοῖς λόγοις,
οὐδὲ ἐμοί. ἐλθών τε, ἐμαυτὸν ἠλευθέρωσα, καὶ Διὸς ξενίου
καὶ τῆς Φιλοσόφου ἀνέγκλητον μοίρας παρέσχον, ἐπονειδίςου
γενομένης ἂν εἴτι καταμαλθακισθεὶς καὶ ἀποδειλιῶν αἰσχύ-
νης μετέσχον κακῆς. ἐλθὼν δὲ (οὐ γὰρ δεῖ μηκύνειν) εὗρον
ςάσεως τὰ περὶ Διονύσιον μεςὰ ξύμπαντα καὶ διαβολῶν πρὸς
τὴν τυραννίδα Δίωνος πέρι. ἤμυνον μὲν οὖν, καθ' ὅσον ἠδυ- c.
νάμην· σμικρὰ δ' οἵόςτ' ἦν. μηνὶ δὲ σχεδὸν ἴσως τετάρτῳ
Δίωνα Διονύσιος αἰτιώμενος ἐπιβουλεύειν τῇ τυραννίδι, σμι-
κρὸν εἰς πλοῖον ἐμβιβάσας, ἐξέβαλεν ἀτίμως. οἱ δὴ Δίωνος

caviſſes. nunc autem ob itineris longitudinem, periculumque navigationis atque labores, te excuſans, infamiam evitare te putas? permultum certe aberit. Si, inquam, haec ille diceret, quaenam mihi eſſet probabilis reſponſio? Certe nulla. Quas ob res, rationibus, quoad fieri poteſt, probabilibus atque ipſo iure adductus acceſſi, relinquens exercitationes meas ſatis quidem honeſtas, ut ſubirem tyrannidem, neque meis ſermonibus, neque mihi convenientem. Veniens autem me liberavi, ne vel hoſpitalis Iuppiter, vel philoſophica ſors accuſare me poſſet. certe philoſophiae dedecori fuiſſem, ſi ob mollitiem timiditatemque infamiae notam ſubiiſſem. Ceterum cum eo veniſſem, (neque enim oportet longius evagari,) omnia apud Dionyſium ſeditionis plena offendi, atque calumniarum in Dionem, quaſi tyrannidem affectaret. defendi igitur, quantum valui: ſed parum potui. Quarto enim fere menſe poſt adventum meum Dionyſius, accuſans Dionem, quaſi tyrannidi inſidiaretur, in parvum coniecit navigium, ac turpiter expulit. Amici vero Dionis, quotquot eramus, cunctı

τὸ μετὰ τοῦτο πάντες φίλοι, ἐφοβούμεθα μή τινα ἐπαιτιώμενος τιμωροῖτο, ὡς συναίτιον τῆς Δίωνος ἐπιβουλῆς. περὶ δ' ἐμοῦ καὶ διῆλθε λόγος τὶς ἐν Συρακούσαις, ὡς τεθνεὼς εἴην ὑπὸ Διονυσίου, ὡς δὴ τούτων ἁπάντων τῶν τότε γεγονότων
d. αἴτιος. ὁ δὲ, αἰσθανόμενος πάντας ἡμᾶς οὕτω διατεθέντας, φοβούμενος μὴ μεῖζον ἐκ τῶν φόβων γένοιτό τι, φιλοφρόνως πάντας ἀνελάμβανε· καὶ δὴ καὶ αὐτὸν ἐμὲ παρεμυθεῖτό τε καὶ θαρρεῖν διεκελεύετο, καὶ ἐδεῖτο, πάντως μένειν. ἐγίγνετο γὰρ οἱ τὸ μὲν ἐμὲ φυγεῖν ἀπ' αὐτοῦ, καλὸν οὐδέν· τὸ δὲ μένειν· διὸ δὴ καὶ σφόδρα προσεποιεῖτο δεῖσθαι. τὰς δὲ τῶν τυράννων δεήσεις ἴσμεν, ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν. ὁ δὴ
e. μηχανώμενος διεκώλυε μοῦ τὸν ἔκπλουν, εἰς ἀκρόπολιν ἀγαγὼν καὶ κατοικίσας ὅθεν οὐδ' ἂν εἷς ἔτι μὲ ναύκληρος μὴ ὅτι κωλύοντος ἐξήγαγε Διονυσίου, ἀλλ' οὐδ' εἰ μὴ πέμπων αὐτὸς τὸν κελεύοντα ἐξαγαγεῖν ἐπέσελλεν, οὔτ' ἂν ἔμπορος, οὔτε τῶν ἐν ταῖς τῆς χώρας ἐξόδοις ἀρχόντων οὐδ' ἂν εἷς περιεῖδέ με μόνον ἐκπορευόμενον, ὃς οὐκ ἂν συλλαβὼν εὐθέως παρὰ Διονύσιον πάλιν ἀπήγαγεν· ἄλλως τε καὶ διηγγελμένου

formidabamus, ne forte aliquem noſtrûm Dionyſius, quaſi ſocium illius criminis, ſupplicio afficeret. Rumor autem exortus eſt Syracuſis, me occiſum eſſe a Dionyſio, quaſi omnium, quae tunc acciderint, auctorem. At ille, ſentiens, nos omnes ſic affectos, veritus, ne ex metu noſtro aliquid forſan accideret gravius, benigne admodum omnes recepit: me certe ipſum conſolatus, bonam habere ſpem iuſſit, atque ut permanerem omnino rogavit. erat enim ſibi in fuga quidem mea nihil honeſti, ſed in permanendo. Atque idcirco precari me maxime ſimulabat. preces autem tyrannorum neceſſitati permixtas eſſe, non ignoramus. Cum vero, ne abirem, machinaretur, collocavit in arce, atque his locis habitare voluit, unde nullus poſthac nauta, non modo prohibente illo, ſed niſi iubente atque mittente, foret abducturus; neque quiſquam ſive mercator, ſive alicuius orae maritimae praefectus, me ſolum exeuntem conſpexiſſet, qui non me captum ad Dionyſium

ἤδη ποτὲ τοὐναντίον ἢ τὸ πρότερον πάλιν, ὡς Πλάτωνα Διο- p.
νύσιος θαυμαστῶς ὡς ἀσπάζεται. τὸ δ' εἶχε δή πως (τὸ γὰρ 330
ἀληθὲς δεῖ φράζειν) ἠσπάζετο μὲν αἰεὶ προϊόντος τοῦ χρόνου a.
μᾶλλον, κατὰ τὴν τοῦ τρόπου τε καὶ ἤθους συνουσίαν. ἑαυ-
τὸν δὲ ἐπαινεῖν μᾶλλον ἢ Δίωνα ἐβούλετό με, καὶ φίλον
ἡγεῖσθαι διαφερόντως μᾶλλον ἢ ἐκεῖνον· καὶ θαυμαστῶς ἐφι-
λονείκει πρὸς τὸ τοιοῦτον. ἧ δ' ἂν οὕτως ἐγένετο, εἴπερ ἐγί-
γνετο, κάλλιστα, ὤκνει, ὡς δὴ μανθάνων καὶ ἀκούων τῶν
περὶ φιλοσοφίαν λόγων οἰκειοῦσθαι, καὶ ἐμοὶ συγγίγνεσθαι· b.
ὀρθούμενος τοὺς τῶν διαβαλλόντων λόγους, μή πη παραπο-
δισθείη, καὶ Δίων δὴ πάντα εἴη διαπεπραγμένος. ἐγὼ δὲ πάν-
τα ὑπέμενον, τὴν πρώτην διάνοιαν φυλάττων ἥπερ ἀφικό-
μην, εἴπως εἰς ἐπιθυμίαν ἔλθοι τῆς φιλοσόφου ζωῆς. ὁ δ' ἐνί-
κησεν ἀντιτείνων. καὶ ὁ πρῶτος δὴ χρόνος τῆς εἰς Σικελίαν
ἐμῆς ἐπιδημήσεώς τε καὶ διατριβῆς διὰ πάντα ταῦτα ξυνέβη

repente reduceret: praesertim cum iam, contra quam prius, vulgatum esset, Dionysium rursus Platonem vehementer complecti. & quodammodo ita erat: neque enim tacendum est verum. complectebatur ille quidem in dies me magis atque magis, & gaudebat moribus nostris atque consuetudine. cupiebatque a me laudari magis, quam Dionem, & amicum longe magis existimari: & ad id quidem maxime contendebat. rationem vero, qua id optime fuisset factum, si modo id fieri potuisset, neglexit. Haec enim fuerat, ut mihi videlicet in audiendis addiscendisque philosophiae rationibus liberius adhaereret, mecumque conveniret. at vero ad hoc ille diffidentior erat, timens, ne, quemadmodum asserebant calumniatores, si rationibus illis implicaretur, Dio, quae cupiebat, iam esset omnia consecutus. Ego autem omnia pertuli, in eadem sententia perseverans, qua ab initio profectus eram: tentans, si quo pacto fieri posset, ut in cupiditatem vitae philosophicae perveniret. at ille contra nitens, me vicit. Et primum quidem tempus meae profectionis in Siciliam, actionumque illic mearum, per haec omnia traductum est. Poste-

c. γενόμενος. μετὰ δὲ τοῦτο ἀπεδήμησά τε, καὶ πάλιν ἀφικόμην, πάσῃ σπουδῇ μεταπεμπομένου Διονυσίου. ὧν δὲ ἕνεκα καὶ ὅσα ἔπραξα, ὡς εἰκότα τε καὶ δίκαια, ὑμῖν πρῶτον μὲν ξυμβουλεύσας ἃ χρὴ ποιεῖν ἐκ τῶν νῦν γεγονότων, ὕστερον τὰ περὶ ταῦτα διέξειμι· τῶν ἐπανερωτώντων ἕνεκα τί δὴ βουλόμενος ἦλθον τοδεύτερον· ἵνα μὴ τὰ πάρεργα ὡς ἔργα μοὶ ξυμβαίνῃ λεγόμενα. λέγω δὴ τάδε· ἐγὼ τὸν συμβουλεύοντα ἀνδρὶ κάμνοντι, καὶ δίαιταν διαιτωμένῳ μοχθηρὰν, πρὸς
d. ὑγίειαν ἄλλό τι χρὴ πρῶτον μὲν αὐτὸν μεταβάλλειν τὸν βίον, καὶ ἐθέλοντι μὲν πείθεσθαι καὶ τἆλλα ἤδη παραινεῖν· μὴ ἐθέλοντι δὲ, φεύγοντα ἀπὸ τῆς τοῦ τοιούτου ξυμβουλῆς, ἄνδρα τε ἡγοίμην ἂν καὶ ἰατρικόν· τὸν δὲ ὑπομένοντα, τοὐναντίον, ἀνανδρόν τε καὶ ἄτεχνον. ταυτὸν δὴ καὶ πόλει, εἴτε αὐτῆς εἷς εἴη κύριος, εἴτε καὶ πλείους, εἰ μὲν κατὰ τρόπον ὀρθῇ πορευομένης ὁδῷ τῆς πολιτείας ξυμβουλεύοιτό τι τῶν
e. προσφόρων, νοῦν ἔχοντος τὸ τοῖς τοιούτοις ξυμβουλεύειν· τοῖς

ris vero temporibus in Siciliam iterum ſum reverſus, quo me omni ſtudio Dionyſius revocabat. quam vero ob cauſam rurſus acceſſerim, quidve illic egerim, neque id quidem abſque ratione, tunc demum vobis referam, cum vobis, quid potiſſimum rebus ſic ſe habentibus agendum ſit, conſuluero. referam, inquam, eorum gratia, qui interrogant, quonam conſilio ſecundo redierim. Sed ne, quae acceſſoria ſunt, praecipuis anteponantur, ad conſilium iam devenio. Reor equidem, hominem conſulentem aegroto, & circa victum intemperato, inprimis hoc ſuadere debere, ut modum vivendi mutet: ac ſi aegrotus in hoc obediat, tunc alia iam illi ad medelam conferre: ac ſi parere nolit, tunc conſulentem ipſum virum putabo & medicum, ſi eum omiſerit. quod ſi conſulendo ulterius perſeveraverit, contra putabo, ignavum ſcilicet, atque artis expertem. Idem quoque de civitate, ſive unus eam gubernet, ſive plures, exiſtimo. ſi enim probabili quadam ratione rectaque via incedenti populo utile aliquid conſulatur, id quidem agere, ſapientis officium arbitror. ſin autem pe-

δ' ἔξω τοπαράπαν βαίνουσι τῆς ὀρθῆς πολιτείας, καὶ μηδαμῇ ἐθέλουσιν αὐτῆς εἰς ἴχνος ἰέναι, προαγορεύουσι δὲ τῷ ξυμβούλῳ, τὴν μὲν πολιτείαν ἐᾷν καὶ μὴ κινεῖν, ὡς ἀποθανουμένῳ ἐὰν κινῇ· ταῖς δὲ βουλήσεσι καὶ ἐπιθυμίαις αὐτῶν ὑπηρετοῦντα, ξυμβουλεύειν κελεύουσι τίνα τρόπον γίγνοιτ' ἂν ῥᾳ̃στά τε καὶ τάχιστα εἰς τὸν αἰεὶ χρόνον· τὸν μὲν ὑπομένοντα ξυμβουλὰς τοιαύτας, ἡγοίμην ἄνανδρον, τὸν δ' οὐχ ὑπομένοντα, ἄνδρα. ταύτην δὴ τὴν διάνοιαν ἐγὼ κεκτημένος, ὅταν τὶς μοὶ ξυμβουλεύηται περί τινος τῶν μεγίστων περὶ τὸν αὐτοῦ βίον, οἷον περὶ χρημάτων κτήσεως, ἢ περὶ σώματος ἢ περὶ ψυχῆς ἐπιμελείας, ἂν μέν μοι τὸ καθ' ἡμέραν ἔντινι τρόπῳ δοκῇ ζῆν, ἢ συμβουλεύοντος ἂν ἐθέλειν πείθεσθαι, περὶ ὧν ἀνακοινοῦται, προθύμως συμβουλεύω, καὶ οὐκ ἀφοσιωσάμενος μόνον ἐπαυσάμην· ἐὰν δὲ μὴ ξυμβουλεύηταί μοι τοπαράπαν, ἢ συμβουλεύοντι δῆλος ᾖ μηδαμῇ πεισόμενος, αὐτόκλητος ἐπὶ τὸν τοιοῦτον οὐκ ἔρχομαι συμβουλεύσων· βιασάμενος δὲ, οὐδ' ἂν υἱὸς ᾖ μου. δούλῳ δὲ ξυμβουλεύσαιμ' P. 334 a. b.

nitus a civili ratione deſciſcant, neque veſtigia quidem eius ſequi velint, dicantque conſultori, praeſtare, ut rempublicam omittat, neque quidquam in ea commoveat, utpote, ſi commoverit, perituro; voluptatibus autem libidinibuſque ipſorum indulgeat, atque ea ratione conſulat, qua facillime ſemper celeriterque ſatis eorum voluptatibus fiat: equidem eum, qui in eiuſmodi gubernatione perſtiterit, nequaquam virum putabo; ſed eum potius, qui prorſus omiſerit. In hac ergo ſententia conſtitutus, quoties aliquis me de rebus gravioribus conſulit, ſive ad divitias, ſive ad corporis vel animi purgationem pertineant, ſi quotidiana illius vita modum aliquem ſervare poſſe videatur, vel ſaltem conſulenti mihi videatur obtemperaturus, libenter conſulo, neque prius deſino, quam initium pro viribus ad finem uſque perduxerim. ſi autem aut omnino non petat a me conſilium, aut, qui petit, manifeſte appareat conſulenti mihi nullo modo obtemperaturus: ultro quidem non accedo ad conſultandum; per vim vero,

ἂν, καὶ μὴ ἐθέλοντά γε προσβιαζοίμην· πατέρα δὲ ἢ μητέρα
c. οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι προσβιάζεσθαι, μὴ νόσῳ παραφροσύνης
ἐχομένους. ἐὰν δέ τινα καθεζῶτα ζῶσι βίον, ἑαυτοῖς ἀρέ-
σκοντα, ἐμοὶ δὲ μὴ, μήτε ἀπεχθάνεσθαι μάτην νουθετοῦν-
τα, μήτε δὴ κολακεύοντά γε, ὑπηρετεῖν αὐτοῖς, πληρώσεις
ἐπιθυμιῶν ἐκπορίζοντα, ἃς αὐτὸς ἀσπαζόμενος οὐκ ἂν ἐθέ-
λοιμι ζῆν. ταυτὸν δὲ καὶ περὶ πόλεως αὐτοῦ διανοούμενον
χρὴ ζῆν τὸν ἔμφρονα· λέγειν μὲν, εἰ μὴ καλῶς αὐτῷ φαί-
d. νοιτο πολιτεύεσθαι, εἰ μέλλοι μήτε ματαίως ἐρεῖν, μήτε ἀπο-
θανεῖσθαι λέγων· βίαν δὲ πατρίδι πολιτείας μεταβολῆς μὴ
προσφέρειν (ὅταν ἄνευ φυγῶν καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν μὴ δυνα-
τὸν ᾖ γίγνεσθαι τὴν ἀρίστην) ἡσυχίαν δὲ ἄγοντα, εὔχεσθαι
τὰ ἀγαθὰ αὐτῷ τε καὶ τῇ πόλει. κατὰ δὴ τοῦτον τὸν τρό-
πον ἐγὼ ὑμῖν τ' ἂν ξυμβουλεύοιμι· ξυνεβούλευον δὲ καὶ Διο-
νυσίῳ μετὰ Δίωνος ζῆν μέντοι τὸ καθ' ἡμέραν πρῶτον, εἴ-
πως ἐγκρατὴς αὐτὸς αὐτοῦ ὅτι μάλιστα ἔσεσθαι μέλλοι, καὶ
e. πείσοις φίλους τε καὶ ἑταίρους κτήσεσθαι· ὅπως μὴ πάθοι ἅπερ

ne ſi meus quidem ſit filius. Servo tamen etiam invito conſulerem, ac, vi adhibita, compellerem. at patrem vel matrem per vim cogere, nefas eſſe arbitror, niſi propter morbum mente alienatos. Quod ſi ſuo quodam more vivant, qui mihi nequaquam probetur, neque infenſus adverſarer fruſtra monendo, neque rurſus blandiendo eorum cupiditatibus aſſentarer, ea porrigens, quibus ego ſi indulgerem, vivere nolim. Hac eadem mente circa patriam vir prudens eſſe debet, ut ita reprehendat civitatis errores, ſi neque fruſtra ſit reprehenſurus, neque ob reprehenſionis ſtudium periturus. Vim autem patriae per reipublicae mutationem afferet nunquam, quando abſque expulſione & caede civium emendari non poſſit: ſed quietem aget, votoque precabitur optima & ſibi, & patriae. Hoc igitur pacto ego vobis conſulerem. Conſulebam ſimiliter Dionyſio, una cum Dione ea videlicet ratione quotidie vivere, qua ſui ipſius compos maxime redderetur, amicoſque & familiares fidos haberet: ne idem ſibi,

ὁ πατὴρ αὐτοῦ· ὃς παραλαβὼν Σικελίας πολλὰς καὶ μεγάλας πόλεις ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐκπεπορθημένας, οὐχ οἵόστ' ἦν, κατοικίσας, πολιτείας ἐν ἑκάσαις καταστήσασθαι πιστὰς ἑταίρων ἀνδρῶν, οὔτε ἄλλων δήπουθεν ὁθνείων, οὔτε ἀδελφῶν, οὓς ἔθρεψέ τε αὐτὸς νεωτέρους ὄντας, ἔκ τε ἰδιωτῶν ἄρχοντας καὶ ἐκ πενήτων πλουσίους ἐπεποιήκει διαφερόντως. τούτων κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς οὐδένα οἵόστ' ἦν πεισοῖ καὶ διδαχῇ καὶ εὐεργεσίαις καὶ ξυγγενείαις ἀπεργασάμενος ποιήσασθαι· Δαρείου δὲ ἑπταπλασίως φαυλότερος ἐγένετο, ὃς οὐκ ἀδελφοῖς πιστεύσας, οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ τραφεῖσι, κοινωνοῖς δὲ μόνον τῆς τοῦ Μήδου τε καὶ εὐνούχου χειρώσεως, διένειμέ τε μέρη μείζω ἕκαστα Σικελίας πάσης ἑπτὰ, καὶ πιστοῖς ἐχρήσατο τοῖς κοινωνοῖς, καὶ οὐκ ἐπιτιθεμένοις οὔτε αὐτῷ, οὔτε ἀλλήλοις. ἔδειξέ τε παράδειγμα, οἷον χρὴ τὸν νομοθέτην καὶ βασιλέα τὸν ἀγαθὸν γίγνεσθαι. νόμους γὰρ κατασκευάσας, ἔτι καὶ νῦν διασέσωκε τὴν Περσῶν ἀρχήν. ἔτι δὲ Ἀθηναῖοι πρὸς τούτοις, οὐκ αὐτοὶ κατοικίσαντες πολλὰς τῶν

p. 332 a.

b.

quod & patri, accideret. qui, cum multas in Sicilia magnasque urbes suscepisset, quondam a barbaris devastatas, easque restituisset, non potuit in singulis illarum gubernatores rerumpublicarum constituere fidos, neque ex domesticis suis, neque ex aliis undecunque comparatis, neque ex fratribus suis, quos ipse a pueris educaverat: sed tum ex privatis hominibus magistratus, tum ex pauperibus admodum divites fecit. Horum tamen nullum fidum sibi gubernationis socium potuit adhibere, vel suadendo, vel docendo, sive largiendo, sive in necessitudinem recipiendo: septies deterior Dario, qui neque fratribus confidens, neque his, qui sub eo educati fuerant, sed sociis dumtaxat Midae eunuchique, imperii partes divisit septem, singulas maiores tota Sicilia, assignavitque singulis: atque eos fidos nactus est regni socios, neque vel sibi vel invicem insidiantes. praeterea exemplum dedit, qualem oportet se ipsum legumlatorem regemque bonum praestare, quippe cum leges tulerit, quibus adhuc Persarum ser-

Ἑλληνίδων πόλεις, ὑπὸ βαρβάρων ἐκβεβλημένας, ἀλλ' οἰκουμένας παραλαβόντες, ὅμως ἑβδομήκοντα ἔτη διεφύλαξαν
c. τὴν ἀρχὴν, ἄνδρας φίλους ἐν ταῖς πόλεσιν ἑκάσαις κεκτημένοι. Διονύσιος δὲ, εἰς μίαν πόλιν ἀθροίσας πᾶσαν Σικελίαν ὑπὸ σοφίας, πιστεύων οὐδενὶ, μόγις ἐσώθη. πένης γὰρ ἦν ἀνδρῶν φίλων καὶ πιστῶν· οὗ μεῖζον σημεῖον εἰς ἀρετὴν καὶ κακίαν οὐκ ἔστιν οὐδὲν, τοῦ ἔρημον, ἢ μὴ, τοιούτων ἀνδρῶν εἶναι. ἃ δὴ καὶ Διονυσίῳ ξυνεβουλεύομεν ἐγὼ καὶ Δίων, ἐπειδὴ τὰ παρὰ πατρὸς αὐτῷ ξυνεβεβήκει οὕτως ἀνομιλήτῳ μὲν παι-
d. δείας, ἀνομιλήτῳ δὲ συνουσιῶν τῶν προσηκουσῶν γεγονέναι, πρῶτον ἐπὶ ταῦτα ὁρμήσαντα, φίλους ἄλλους αὐτῷ τῶν οἰκείων ἅμα καὶ ἡλικιωτῶν καὶ συμφώνους πρὸς ἀρετὴν κτήσασθαι, μάλιστα δ' αὐτὸν αὑτῷ. τούτου γὰρ αὐτὸν θαυμαστῶς ἐνδεᾶ γεγονέναι λέγοντες, οὐκ ἐναργῶς οὕτως· (οὐ γὰρ ἦν ἀσφαλὲς) αἰνιττόμενοι δὲ καὶ διαμαχόμενοι τοῖς λόγοις·

vatur imperium. Accedit ad haec, quod Athenienſes, cum multas Graecorum urbes, non a ſe quidem, ſed ab aliis conſtitutas, deinde occupatas a barbaris, in poteſtatem ſuam recepiſſent, annos ſeptuaginta in eis tenuerunt imperium, utpote qui amicos ſibi in ſingulis civitatibus comparaverant. Dionyſius autem, cum in urbem unam univerſam Siciliam congregaſſet ob ſapientiam, nulli confidens, aegre ſervatus eſt. carebat enim amicis fidiſque hominibus: quo nullum maius eſt argumentum, vel improbitatis, ſi deſint; vel probitatis, ſi adſint. Haec igitur Dionyſio ego ac Dio conſulebamus, poſtquam paternae res ſic ſe habuiſſent, quod neque eruditorum virorum familiaritates, neque decentes haberet conſuetudines: admonebamuſque, ut animum ad haec intendens, inprimis amicos ſibi alios ex domeſticis & aequalibus compararet, ad virtutemque concordes: maxime vero, ut ſe ipſum ſibi conſentientem conſtantemque praeſtaret. huius enim rei defectum apud eum eſſe quam maximum, oſtendebamus, non apertis quidem nunc verbis; (neque enim tutum fuiſſet) ſed ratione quadam latentiore, idem tamen ſignificante, docentes,

ὡς οὕτω μὲν πᾶς ἀνὴρ αὑτόν τε καὶ ἐκείνους ὧν ἂν ἡγεμὼν
γίγνηται σώσει· μὴ ταύτῃ δὲ τραπόμενος, τἀναντία πάντα
ἀπoτελεῖ. πορευθεὶς δὲ, ὡς ἐλέγομεν, καὶ ἑαυτὸν ἔμφρονά τε e.
καὶ σώφρονα ἀπεργασάμενος, εἰ τὰς ἐξηρημωμένας Σικελίας
πόλεις κατοικίσειε, νόμοις τε ξυνδήσειε καὶ πολιτείαις, ὥστε
αὐτῷ τε οἰκείας καὶ ἀλλήλαις εἶναι πρὸς τὰς τῶν βαρβάρων
βοηθείας, οὐ διπλασίαν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν μόνον ποιήσει,
πολλαπλασίαν δὲ ὄντως. ἕτοιμον γὰρ εἶναι, τούτων γενο- p.
μένων, πολὺ μᾶλλον δουλώσασθαι Καρχηδονίους τῆς ἐπὶ 333
Γέλωνος αὐτοῖς γενομένης δουλείας· ἀλλ' οὐχ ὥσπερ νῦν τοὐ- a.
ναντίον ὁ πατὴρ αὐτοῦ φόρον ἐτάξατο φέρειν τοῖς βαρβάροις.
ταῦτα ἦν τὰ λεγόμενα καὶ παρακελευόμενα ὑφ' ἡμῶν τῶν
ἐπιβουλευόντων Διονυσίῳ, ὡς πολλαχόθεν ἐχώρουν οἱ τοιοῦ-
τοι λόγοι· οἳ δὴ καὶ κρατήσαντες παρὰ Διονυσίῳ, ἐξέβαλον
μὲν Δίωνα, ἡμᾶς δ' εἰς φόβον κατέβαλον. ἵνα δ' ἐκπεράνω- b.
μεν οὐκ ὀλίγα πράγματα τὰ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἐλθὼν ἐκ Πε-

ita demum unumquemque hominem tam ſe, quam illos, quibus imperat, poſſe ſervare, ſi haec obſervaverit: ſin autem contra ſe geſſerit, contra prorſus accidere. Quod ſi ita, ut dicebamus, ſe compararet, ſeque ipſum prudentem temperatumque praeſtaret: ſi rurſus devaſtatas urbes Siciliae reſtitueret, ac legibus inſtitutiſque ad rempublicam pertinentibus eas muniret, ut & ſibi benevolae, & inter ſe invicem contra vim barbarorum auxilio forent: non duplicaret modo regnum paternum, verum etiam multiplicaret. Fore quidem, ſi ita ſe gereret, ut Carthaginienſes multo magis faciliuſque ſuae poteſtati ſubiicerentur, quam Geloni ſubditi fuiſſent: contra quam patri accidit ſuo; ille enim pendere tributum barbaris coactus fuerat. Haec erant, quae dicebamus praecipiebamuſque Dionyſio, nos videlicet inſidiantes ſibi, ut multi divulgaverant. qui &, cum nos apud Dionyſium ſuperaviſſent, Dionem quidem expulerunt, nos autem in formidinem coniecerunt. Verum ut non pauca paucis comprehendamus, Dio profectus ex Peloponneſo atque Athenis, rebus

λοπονυήσου καὶ Ἀθηνῶν Δίων, ἔργῳ τὸν Διονύσιον ἐνουθέτησεν. ἐπειδὴ δ' οὖν ἠλευθέρωσέ τε καὶ ἀπέδωκεν αὐτοῖς δὶς τὴν πόλιν, ταυτὸν πρὸς Δίωνα Συρακούσιοι τότε ἔπαθον, ὅπερ καὶ Διονύσιος, ὅτε αὐτὸν ἐπεχείρει παιδεῦσαι, καὶ θρέψαι βασιλέα τῆς ἀρχῆς ἄξιον, οὕτω κοινωνεῖν αὐτῷ τοῦ βίου παντός. ὁ γὰρ ἐπίζευε τοῖς διαβάλλουσι, καὶ λέγουσιν ὡς ἐπιβου-
c. λεύων τῇ τυραννίδι Δίων, πράττοι πάντα ὅσα ἔπραττεν ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ἵνα ὁ μὲν παιδεία δὴ τὸν νοῦν κηληθεὶς ἀμελοῖ τῆς ἀρχῆς, ἐπιτρέψας ἐκείνῳ· ὁ δὲ σφετερίσαιτο, καὶ Διονύσιον ἐκβάλοι ἐκ τῆς ἀρχῆς δόλῳ. ταῦτα τότε ἐνίκησε καὶ τὸ δεύτερον ἐν Συρακουσίοις λεγόμενα, καὶ μάλα ἀτόπῳ τε καὶ αἰσχρᾷ νίκῃ τοῖς τῆς νίκης αἰτίοις. οἷον γὰρ γέγονεν, ἀκοῦσαι χρὴ τοὺς ἐμὲ παρακαλοῦντας πρὸς τὰ νῦν πράγματα.
d. ἦλθον Ἀθηναῖος ἀνὴρ ἐγὼ, ἑταῖρος Δίωνος, σύμμαχος αὐτῷ, πρὸς τὸν τύραννον, ὅπως ἀντὶ πολέμου φιλίαν ποιήσαιμι. διαμαχόμενος δὲ τοῖς διαβάλλουσιν, ἡττήθην. πείθοντος δὲ Διο-

iam ipsis Dionysium commonefecit. Cum ergo liberasset civitatem Dio, eamque iam bis civibus reddidisset, eodem pacto affecti fuerunt adversus Dionem Syracusani, quo & antea Dionysius. nam olim Dionysium Dio educare atque erudire contenderat, quo eum regem regno redderet dignum: talemque se illi per omnem vitam praestare statuerat. Obtrectatores autem calumniatoresque Dionysio persuaserunt, Dionem, quasi tyrannidi insidiantem in eo tempore, haec omnia machinari, ut mens Dionysii, disciplinae studiis irretita, dominationem negligeret, eamque Dioni totam relinqueret: Dio vero, gubernationem dolo usurpans, illum expelleret. Quemadmodum vero tunc apud Dionysium, ita postea inter Syracusanos haec eadem dicta iactaque pervicerunt, infami prorsus turpique victoria his ipsis, qui vicerant. Sed quale id fuerit, audire vos oportet, qui me ad res nunc vestras componendas vocatis. Veni ergo Athenienſis homo, Dionis amicus atque adiutor eius adversus tyrannum, ut pro bello amicitiam facerem: at pugnans contra calumniatores,

ινσιου τιμαῖς καὶ χρήμασι, γενέσθαι μετ' αὐτοῦ ἐμὲ μάρτυρά τε καὶ φίλον, πρὸς τὴν εὐπρέπειαν τῆς ἐκβολῆς τῆς Δίωνος αὐτῷ γίγνεσθαι, τούτων δὴ τὸ πᾶν διήμαρτεν. ὕστερον δὲ δὴ κατιὼν εἰκαδε Δίων, ἀδελφὼ δύω προσλαμβάνει Ἀθήνηθεν, οὐκ ἐκ φιλοσοφίας γεγονότε φίλω, ἀλλ' ἐκ τῆς περιτρεχούσης ἑταιρείας ταύτης τῆς τῶν πλείστων φίλων, ἣν ἐκ τοῦ ξενίζειν τε καὶ μυεῖν καὶ ἐποπτεύειν πραγματεύονται. καὶ δὴ καὶ τούτω τὼ ξυγκαταγαγόντε αὐτὸν φίλω, ἐκ τούτων τε καὶ ἐκ τῆς πρὸς τὴν κάθοδον ὑπηρεσίας ἐγενέσθην ἑταίρω. ἐλθόντες δὲ εἰς Σικελίαν, ἐπειδὴ Δίωνα ἤσθοντο διαβεβλημένον εἰς τοὺς ἐλευθερωθέντας ὑπ' αὐτοῦ Σικελιώτας, ὡς ἐπιβουλεύοντα γενέσθαι τύραννον, οὐ μόνον τὸν ἑταῖρον καὶ ξένον προὔδοσαν, ἀλλ' οἷον τοῦ φόνου αὐτόχειρες ἐγένοντο, ὅπλα ἔχοντες ἐν ταῖς χερσὶν, αὐτοὶ τοῖς φονεῦσι παρεσῶτες ἐπίκουροι. καὶ τὸ μὲν αἰσχρὸν καὶ ἀνόσιον οὔτε παρίεμαι ἐγωγε, οὔτέ τι λέγω. πολλοῖς γὰρ καὶ ἄλλοις ὑμνεῖν ταῦτα ἐπι- e. p. 334 a.

superatus sum. Cum vero Dionysius conaretur non verbis solum, sed pecuniis etiam & honoribus, me sibi conciliare atque detinere, ut mea cum ipso familiaritas testimonio foret, Dionem non iniuria expulsum fuisse: nihil apud me hac in re tanto suo conatu consequi potuit. Posteris vero temporibus Dio, rediens domum, fratres duos Athenienses secum duxit, non ex philosophia sic amicos, sed ex hac communi vulgarique familiaritate, quae hospitalitate quadam, & frequenti inter sacra spectaculaque consuetudine, amicitiam contrahere consuevit. similiter illi, tum ex his, quae dixi, tum quia redeunti obsequia praestiterunt, amicitiam cum Dione conflaverant. Hi ergo cum in Siciliam profecti essent, intelligerentque, calumnias inter illos ipsos, qui ab ipso liberati erant, in Dionem coniectas, quasi tyrannidem affectaret, non prodiderunt modo amicum & hospitem, sed fere propriis manibus ipsi percussores fuerunt. arma enim tenentes, interfectoribus palam auxiliati sunt. Et facinoris quidem illius turpitudinem impietatemque neque praetereo equidem, neque

μελὲς, καὶ εἰς τὸν ἔπειτα μελήσει χρόνον. τὸ δὲ Ἀθηναίων
b. πέρι λεγόμενον, ὡς αἰσχύνην οὗτοι περιῆψαν τῇ πόλει, ἐξαιροῦμαι. φημὶ γὰρ κἀκεῖνον Ἀθηναῖον εἶναι ὃς οὐ προὔδωκε τὸν αὐτὸν τοῦτον, ἐξὸν χρήματα καὶ ἄλλας τιμὰς πολλὰς λαμβάνειν. οὐ γὰρ διὰ βαναύσου φιλότητος ἐγεγόνει φίλος, διὰ δὲ ἐλευθέρας παιδείας κοινωνίαν· ἣ μόνη χρὴ πιστεύειν τὸν νοῦν κεκτημένον μᾶλλον ἢ συγγενείᾳ ψυχῶν καὶ σωμάτων. ὥστε οὐκ ἀξίω ὀνείδους γεγόνατον τῇ πόλει, τὼ Δίωνα ἀπο-
c. κτείναντε, ὡς ἐλλογίμω πώποτε ἄνδρε γενομένω. ταῦτα εἴρηται πάντα τῆς ξυμβουλῆς ἕνεκα τῶν Διωνείων φίλων καὶ συγγενῶν. συμβουλεύω δὲ δή τι πρὸς τούτοις τὴν αὐτὴν ξυμβουλὴν, καὶ λόγον τὸν αὐτὸν λέγων ἤδη τρίτον τρίτοις ὑμῖν· μὴ δουλοῦσθαι Σικελίαν ὑπ' ἀνθρώποις δεσπόταις, μηδὲ ἄλλην πόλιν ὅγ' ἐμὸς λόγος, ἀλλ' ὑπὸ νόμοις. οὔτε γὰρ τοῖς δουλουμένοις, οὔτε τοῖς δουλωθεῖσιν ἄμεινον, αὐτοῖς, καὶ παισὶ
d. παίδων τε ἐκγόνοις· ἀλλ' ὀλέθριος πάντως ἡ πεῖρα. σμικρὰ δὲ

enarro. multi enim haec diligentius celebrant, ac in posterum celebrabunt. sed adversus infamiam civitatis nostrae respondeo. nam si Athenienses fuerunt illi, qui prodiderunt: ille quoque Atheniensis fuit, qui neque pecuniarum, neque honorum pollicitatione, ut proderet illum, adduci unquam potuit. non enim per vulgarem mercenariamque benevolentiam factus erat amicus, sed per liberalis disciplinae communionem. cui certe uni, qui sapit, plus adhibet fidei, quam ulli & animorum coniunctioni, & corporum consanguinitati. Itaque non tanti aestimandi sunt illi, ut dedecus civitati ob Dionis caedem afferre potuerint, quasi alicuius pretii unquam fuerint. Haec dicta sunt omnia, quo Dionis amicis propinquisque consuleretur. Consulo autem praeterea & tertio vobis quoque iam tertiis idem prorsus eademque ratione, ne Sicilia, neve civitas ulla aliquibus hominibus, sed legibus dumtaxat, subiiciatur, ut nostra fert sententia. neque enim dominantibus ipsis, neque servientibus, id utile est, neque eorum filiis, aut natis natorum: sed pernicioforum omnino hominum

καὶ ἀνελεύθερα ψυχῶν ἤθη τὰ τοιαῦτα ἁρπάζειν κέρδη φιλεῖ, οὐδὲν τῶν εἰς τὸν ἔπειτα καὶ εἰς τὸν παρόντα καιρὸν ἀγαθῶν καὶ δικαίων εἰδότα θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων. ταῦτα πρῶτον μὲν Δίωνα ἐγὼ ἐπεχείρησα πείθειν· δεύτερον δὲ, Διονύσιον· τρίτους δὲ, ὑμᾶς νῦν. καί μοι πείθεσθε, Διὸς τρίτου σωτῆρος χάριν· εἶτα εἰς Διονύσιον βλέψαντες καὶ Δίωνα. ὧν ὁ μὲν μὴ πειθόμενος ζῇ τανῦν οὐ καλῶς, ὁ δὲ πειθόμενος e.
τέθνηκε καλῶς. τὸ γὰρ τῶν καλλίστων ἐφιέμενον αὐτῷ τε καὶ πόλει, πάσχειν ὅ, τι ἂν πάσχῃ, πᾶν ὀρθὸν καὶ καλόν. οὔτε γὰρ πέφυκεν ἀθάνατος ἡμῶν οὐδείς· οὔτ' εἴ τῳ ξυμβαίη, γένοιτο ἂν εὐδαίμων, ὡς δοκεῖ τοῖς πολλοῖς. κακὸν γὰρ καὶ ἀγαθὸν οὐδὲν λόγου ἄξιον ἐσι τοῖς ἀψύχοις· ἀλλ' ἢ μετὰ p.
σώματος οὔσῃ ψυχῇ τοῦτο ξυμβήσεται ἑκάσῃ, ἢ κεχωρισ- 335
μένῃ. πείθεσθαι δὲ οὕτως αἰεὶ χρὴ τοῖς παλαιοῖς τε καὶ ἱεροῖς λόγοις, οἳ δὴ μηνύουσιν ἡμῖν ἀθάνατον ψυχὴν εἶναι· δικαςάς τε ἴσχειν, καὶ τίνειν τὰς μεγίσας τιμωρίας, ὅταν

est, id aggredi. angusti vero & illiberalis animi est, eiusmodi lucra praeripere: nihil vel in praesens, vel in futurum tempus, bonorum iustorumque vel divinorum humanorumve intelligentis. Haec ergo Dioni primum persuadere conatus sum, deinde Dionysio, tertio vero nunc vobis. Ergo pareatis mihi, Iovis tertii servatoris gratia, praeterea Dionysii Dionisque exitum animadvertite. Dionysius quidem, non obtemperans consiliis meis, vivit etiam nunc non honeste: Dio vero, cum obtemperavisset, honeste interiit. Ei namque viro, qui praeclarissima sibi patriaeque affectat, nihil unquam, nisi rectum & honestum, potest accidere. Nec vero quisquam nostrûm natus est immortalis: neque, si cui id contigerit, esset is propterea felix, ut vulgo videtur. rebus quidem carentibus anima nihil est bonum, vel malum, existimatione dignum: sed unicuique animae id accidet, aut dum est cum corpore, aut a corpore separatae. Credendum est revera semper antiquis sacrisque verbis, quae nobis nuntiant, immortalem esse animam, iudicesque habere, suppliciaque pati ma-

τὶς ἀπαλλαχθῇ τοῦ σώματος. διὸ καὶ τὰ μεγάλα ἁμαρτήμα-
τα καὶ ἀδικήματα σμικρότερον εἶναι χρὴ νομίζειν κακὸν
πάσχειν ἢ δρᾶσαι. ὧν ὁ φιλοχρήματος πένης τε ἀνὴρ τὴν
b. ψυχὴν οὔτε ἀκούει, ἐάν τε ἀκούσῃ, καταγελῶν, ὡς οἴεται,
πανταχόθεν ἀναιδῶς ἁρπάζει πᾶν ὅ, τι περ ἂν οἴηται, καθά-
περ θηρίον, φαγεῖν ἢ πιεῖν, ἢ περὶ τὴν ἀνδραποδώδη καὶ
ἀχάριτον, ἀφροδίσιον λεγομένην οὐκ ὀρθῶς, ἡδονὴν ἐκποριεῖν
αὐτῷ τῷ μὴ πίμπλασθαι· τυφλὸς ὢν, καὶ οὐχ ὁρῶν οἷς
ξυνέπεται τῶν πραγμάτων ἀνοσιουργία, κακὸν ἡλίκον αἰεὶ
μετ' ἀδικήματος ἑκάστου. ἠν ἀναγκαῖον τῷ ἀδικήσαντι συνε-
c. φέλκειν ἐπί τε γῆ ςρεφομένῳ καὶ ὑπὸ γῆς νοσήσαντι πορείαν
ἄτιμόν τε καὶ ἀθλίαν πάντως πανταχῆ. Δίωνα δὴ ἐγὼ, λέ-
γων ταῦτά τε καὶ ἄλλα τοιαῦτα, ἔπειθον· καὶ τοῖς ἀποκτεί-
νασιν ἐκεῖνον δικαιότατ' ἂν ὀργιζοίμην ἐγὼ τρόπον τινὰ ὁμοιό-
τατα καὶ Διονυσίῳ. ἀμφότεροι γὰρ ἐμὲ καὶ τοὺς ἄλλους, ὡς
ἔπος εἰπεῖν, ἅπαντας, τὰ μέγιςα ἔβλαψαν ἀνθρώπους· οἳ

xima, poſtquam a corpore fuerit ſeparata. Quamobrem minus malum exiſtimandum eſt, perpeti graviſſimas iniurias, a delinquentibus illatas, quam inferre. Quae quidem homo cumulandae pecuniae deditus, & hebeti ingenio, non audit, ac, ſi audiverit, quaſi ſuo iudicio deridenda contemnit: atque impudenter rapit undique, quidquid exiſtimat ſibi, veluti beſtiae, voluptates ventris ſuppeditaturum, oblectationemque veneream, ſervilem certe, atque ingratam, & abſurdam, nec verae voluptatis nomine dignam: & quaſi caecus non cernit, ſe fruſtra contendere inexplebilem explere concupiſcentiam: neque rurſus cernit, quantum ſit impietas malum, quibuſque inſit rebus, ſemper iniuſtitiae mixta. quam quidem neceſſe eſt animam, quae perpetraverit iniuſta, ſecum habere, & dum per terram revolvitur inter homines, & dum ſub terram paſſim turpiter omnino atque miſere circumfertur. Cum igitur haec aliaque generis eiuſdem Dioni dicerem, perſuaſi. Interfectoribus autem eius iuſtiſſime quidem iraſcerer, eodem quaſi modo, atque Dionyſio. utrique enim & mihi, & aliis,

μὲν, τὸν βουλόμενον δικαιοσύνῃ χρῆσθαι διαφθείραντες· ὁ δὲ, οὐδὲν ἐθελήσας χρήσασθαι δικαιοσύνῃ διὰ πάσης τῆς ἀρχῆς, μεγίστην δύναμιν ἔχων, ἐν ᾗ γενομένη φιλοσοφία τε καὶ d.
δύναμις ὄντως ἐν ταυτῷ διὰ πάντων ἀνθρώπων Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων λάμψασαν ἱκανῶς δόξαν παρέσχησε πᾶσι τὴν ἀληθῆ· ὡς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο εὐδαίμων οὔτε πόλις οὔτ' ἀνὴρ οὐδεὶς, ὃς ἂν μὴ μετὰ φρονήσεως ὑπὸ δικαιοσύνῃ διαγάγῃ τὸν βίον· ἤτοι ἐν αὐτῷ κεκτημένος, ἢ ὁσίων ἀνδρῶν ἀρχόντων ἐν ἤθεσι τραφείς τε καὶ παιδευθεὶς ἐνδίκως. ταῦτα μὲν Διονύσιος ἔβλαψε· τὰ δὲ ἄλλα, σμικρὰ ἂν εἴη πρὸς e.
ταῦτα μοὶ βλάβη. ὁ δὲ Δίωνα ἀποκτείνας οὐκ οἶδε ταυτὸν ἐξειργασμένος τούτῳ. Δίωνα γὰρ ἐγὼ σαφῶς οἶδα (ὡς οἷόντε περὶ ἀνθρώπων ἄνθρωπον διϊσχυρίζεσθαι) ὅτι τὴν ἀρχὴν εἰ κατέσχεν, ὡς οὐκ ἄν ποτε ἐπ' ἄλλό γε σχῆμα ἀρχῆς ἐτράπετο, ἢ ἐπὶ τὸ Συρακούσας μὲν πρῶτον τὴν πατρίδα τὴν ἑαυ- p.
τοῦ, ἐπεὶ τὴν δουλείαν αὐτῆς ἀπήλλαξε, καὶ φαιδρύνας, 336 a.

ut ita dixerim, omnibus, damna graviſſima intulerunt. illi quidem, cum interficerent eum, qui volebat iuſtitia uti: hic autem, cum nullo pacto vellet iuſte agere, licet in univerſo regno maximam potentiam obtineret. In quo, ſi philoſophia una cum potentia vere in idem quaſi domicilium concurriſſet, per omnes homines, & Graecos, & barbaros, elucentem veramque opinionem ſufficienter omnibus oſtendiſſet, neque civitatem neque hominem unquam fore felicem, niſi & cum prudentia, & ſub iuſtitia vixerit, ſive per ſe illas poſſideat, ſive ſub ſanctorum principum moribus rite educetur atque erudiatur. In his quidem nocuit Dionyſius: cetera vero, ſi ad haec comparentur, damna perexigua mihi videntur. At enim qui Dionem interfecit, non intellexit, idem, quod Dionyſius, ſe feciſſe. Equidem certe ſcio, (quantum homini de homine affirmare licet) Dionem, ſi regni gubernacula diutius tenuiſſet, nunquam in aliam dominandi formam fuiſſe converſurum, quam, cum ab initio patriam ſuam Syracuſas, expulſa ſervitute, in ſuo iure conſtituit, libertatis iam ſplendore

ἐλευθερίῳ ἐν σχήματι κατέσησε, τὸ μετὰ τοῦτ' ἂν πάσῃ μηχανῇ ἐκόσμησε νόμοις τοῖς προσήκουσί τε καὶ ἀρίστοις τοὺς πολίτας· τό, τε ἐφεξῆς τούτοις προὐθυμεῖτ' ἂν πρᾶξαι πᾶσαν Σικελίαν κατοικίζειν, καὶ ἐλευθέραν ἀπὸ τῶν βαρβάρων ποιεῖν, τοὺς μὲν ἐκβάλλων, τοὺς δὲ χειρούμενος ῥᾷον Ἱέρωνος. τούτων δ' αὖ γενομένων δι' ἀνδρὸς δικαίου τε καὶ ἀνδρείου
b. καὶ σώφρονος καὶ φιλοσόφου, τὴν αὐτὴν ἀρετῆς ἂν πέρι γενέσθαι δόξαν τοῖς πολλοῖς, ἥπερ ἂν, εἰ Διονύσιος ἐπείσθη, παρὰ πᾶσιν ἂν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀνθρώποις ἀπέσωσε γενομένη. νῦν δὲ ἤ που τὶς δαίμων, ἤ τις ἀλιτήριος ἐμπεσὼν ἀνομίᾳ καὶ ἀθεότητι, καὶ τὸ μέγιστον τόλμαις ἀμαθίας, ἐξ ἧς πάντα κακὰ πᾶσιν ἐρρίζωται καὶ βλαστάνει, καὶ εἰς ὕστερον ἀποτελεῖ καρπὸν τοῖς γεννήσασι πικρότατον, αὕτη πάντα τὸ
c. δεύτερον ἀνέτρεψέ τε καὶ ἀπώλεσε. νῦν δὲ δὴ εὐφημῶμεν χάριν οἰωνοῦ τὸ τρίτον. ὅμως δὲ μιμεῖσθαι μὲν συμβουλεύω Δίωνα ὑμῖν τοῖς φίλοις τήν τε τῆς πατρίδος εὔνοιαν, καὶ τὴν τῆς τροφῆς σώφρονα δίαιταν ἐπὶ λώϊον· ὡς δὲ ὀρνίθων τὰς

laetiſſimam : deinde omni ſtudio cives congruis optimiſque legibus ornaturum : praeterea omnem diligentiam adhibiturum fuiſſe, quo tota inhabitaretur Sicilia, liberareturque a barbaris, aliis quidem expulſis, aliis vero ſubactis, facilius quam fecerat Hieron. Cum vero haec per virum iuſtum, fortem, temperatum, vel philoſophum geſta fuiſſent, eadem apud multos virtutis floruiſſet opinio, quae & ſalva re apud omnes, ut ita dixerim, homines viguiſſet, ſi Dionyſius nobis ab initio paruiſſet. Nunc autem, ſive quis daemon, ſive perniciosius aliquis his ſeſe obiiciens, iniquitate & impietate, &, quod peſſimum eſt, ignoranti audacia, ex qua mala omnibus omnia & radicibus haerent, & pullulant, & in poſterum producunt fructum auctoribus ſuis amariſſimum, cuncta haec pervertit rurſus & perdidit. Sed nunc tertio, felicium auſpiciorum gratia, bona dumtaxat ominemur. Conſulo igitur vobis amicis, ut Dionem imitemini, amorem illius in patriam vitaeque temperantiam magis magiſque complectentes. boniſque auſpi-

ἐκείνου βουλήσεις πειρᾶσθαι ἀποτελεῖν. αἱ δὲ ἦσαν, ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ σαφῶς. τὸν δὲ μὴ δυνάμενον ὑμῶν Δωριστὶ ζῆν κατὰ τὰ πάτρια, διώκοντα δὲ τόν τε τῶν Δίωνος σφαγέων καὶ τὸν Σικελικὸν βίον, μήτε παρακαλεῖν, μήτε οἴεσθαι πι- d.
ξὸν ἂν τι καὶ ὑγιὲς πρᾶξαι ποτέ. τοὺς δὲ ἄλλους παρακαλεῖν ἐπὶ πάσης Σικελίας κατοικισμόν τε καὶ ἰσονομίαν, ἔκ τε αὐτῆς Σικελίας καὶ ἐκ Πελοποννήσου ξυμπάσης. φοβεῖσθαι δὲ μηδὲ Ἀθήνας· εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ πάντων ἀνθρώπων διαφέροντες πρὸς ἀρετὴν, ξενοφόνων τε ἀνδρῶν μισοῦντες τόλμας. εἰ δ' οὖν ταῦτα μὲν ὕστερα γένοιτ' ἂν, κατεπείγουσι δὲ ὑμᾶς αἱ τῶν στάσεων πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ φυόμεναι ἑκάστης ἡμέρας e.
διαφοραὶ, εἰδέναι μέν που χρὴ πάντα τινὰ ἄνδρα, ᾧ καὶ βραχὺ δόξης ὀρθῆς μετέδωκε θεία τις τύχη, ὡς οὐκ ἔστι παῦλα κακῶν τοῖς στασιάσασι, πρὶν ἂν οἱ κρατήσαντες, μάχαις καὶ ἐκβολαῖς ἀνθρώπων καὶ σφαγαῖς μνησικακοῦντες καὶ ἐπὶ τιμωρίας παύσωνται τρεπόμενοι τῶν ἐχθρῶν· ἐγκρατεῖς

ciis conſilia eius perficere conemini: quae qualia fuerint, aperte quidem ex me audiſtis. At ſi quis eſt inter vos, qui Dorice nequeat vivere ſecundum patriae inſtituta, ſequaturque Siculum vivendi morem, & eos, qui Dionem occiderunt: neque eum recipere, neque exiſtimare velitis ulla in re fidelem atque ſincerum. ceteros autem adhortari potius debetis ad habitationem totius Siciliae diſponendam, legumque paritatem, tum ex ipſa Sicilia, tum ex omni Peloponneſo: nec Athenas horrete. Sunt enim & ibi viri virtute omnium praeſtantiſſimi, & qui odio habeant eorum crudelitatem, qui hoſpitum caede ſe polluant. Verum ſi haec tardiora iam ſunt, urgentque vos quotidianae multipliceſque ſeditiones atque diſcordiae: intelligere unumquemque oportet, cui modo vel paulum rectae opinionis ſors quaedam divina largita ſit, nullum fore finem ſeditionum, malorumque ex ſeditione naſcentium, priuſquam illi, qui vicerint proelio, a caedibus pulſionibuſque civium, atque etiam iniuriarum commemoratione, vindictaeque cupiditate temperantes, inimi-

p. ὲὲ ὄντες αὐτῶν, ϑέμενοι νόμους κοινοὺς, μηδὲν μᾶλλον πρὸς
337 a. ἡδονὴν αὑτοῖς ἢ τοῖς ἡττηθεῖσι κειμένους, ἀναγκάσωσιν αὐτοὺς χρῆσϑαι τοῖς νόμοις, διτταῖς οὔσαις ἀνάγκαις, αἰδοῖ καὶ Φόβῳ· Φόβῳ μὲν, διὰ τὸ κρείττους αὐτῶν εἶναι, δεικνύντες τὴν βιαν· αἰδοῖ δὲ αὖ, διὰ τὸ κρείττους φαίνεσϑαι περί τε τὰς ἡδονὰς, καὶ τοῖς νόμοις μᾶλλον ἐϑέλοντές τε καὶ δυνάμενοι δουλεύειν. ἄλλως δὲ οὐκ ἐστιν ὡς ἄν ποτε κακῶν λή-
b. ξαι πόλις ἐν αὑτῇ σασιάσασα· ἀλλὰ σάσεις καὶ ἔχϑραι καὶ μίση καὶ ἀπιστίαι ταῖς οὕτω διατεϑείσαις πόλεσιν· ἅπερ αὐταῖς πρὸς αὐτὰς αἰεὶ γίγνεσϑαι φιλεῖ. τοὺς δὴ κρατήσαντας αἰεὶ χρὴ, ὅταν περ ἐπιϑυμήσωσι σωτηρίας, αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς ἄνδρας προκρῖναι τῶν ἄλλων, οὓς ἂν πυνϑάνωνται ἀρίστους ὄντας· πρῶτον μὲν, γέροντας, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας κεκτημένους οἴκοι, καὶ προγόνους αὐτῶν ὅτι μάλιστα πολλούς τε καὶ ἀγαϑοὺς καὶ ὀνομαστοὺς, καὶ κτῆσιν κεκτημένους πάν-
c. τας ἱκανήν· ἀριϑμὸν δὲ εἶναι μυριάνδρῳ πόλει πεντήκοντα

cis concilientur, ſuique ipſius compotes fiant: praeterea leges ferant communes, nihilo magis ad voluptatem ſuam, quam eorum, quos vicerint: cogantque illos his legibus uti. cogant, inquam, gemina neceſſitatis via, metu ſcilicet & pudore: metu quidem, propterea quod potentiores ſint, ſuam vim demonſtrantes: pudore vero, ex eo, quod rurſus potentiores promtioreſque appareant, tum in voluptatibus ſuperandis, tum in legibus obſervandis. Aliter autem nulla prorſus eſt via finiendorum malorum civitatis, in ſe ipſa ſeditionibus laborantis: ſed ſeditiones, inimicitiae, odia, proditiones in republica, ut in civitatibus ita ſe habentibus intra ſe atque viciſſim fieri conſuevit, ſemper exorientur. Quamobrem qui tanquam potentiores rempublicam tenent, ſi ſalutem exoptant, ipſi inter ſe eligere atque in honore praeferre eos debent, quos eſſe audiverint optimos: primum quidem ſenes, qui filios & uxores habeant, atque domicilium, ac maiores eorum quam plurimos, & probatos, & inſignes, ſufficienſque omnes patrimonium poſſidentes. civitati vero decem

ἱκανοὶ τοιοῦτοι. τούτους δὲ δεήσεσι καὶ τιμαῖς ὅτι μεγίσαις οἴκοθεν μεταπέμπεσθαι· μεταπεμψαμένους δὲ, ὁμόσαντας δεῖσθαι καὶ κελεύειν θεῖναι νόμους· μήτε νικήσασι μήτε νικηθεῖσι νέμειν πλέον, τὸ δὲ ἴσον καὶ κοινὸν πάσῃ τῇ πόλει. τεθέντων δὲ τῶν νόμων ἐν τούτῳ δὴ τὰ πάντα ἐσίν. ἂν μὲν γὰρ οἱ νενικηκότες ἥττους αὐτοὺς τῶν νόμων μᾶλλον τῶν νενικημένων παρέχωνται, πάντ' ἔσαι σωτηρίας τε καὶ εὐδαιμονίας μεστὰ, καὶ πάντων κακῶν ἀποφυγή· εἰ δὲ d.
μὴ, μήτ' ἐμὲ μήτ' ἄλλον κοινωνὸν παρακαλεῖν ἐπὶ τὸν μὴ πειθόμενον τοῖς νῦν ἐπεξαλμένοις. ταῦτα γάρ ἐσιν ἀδελφὰ ὧν τε Δίων ὧν τ' ἐγὼ ἐπεχειρήσαμεν Συρακούσαις εὖ φρονοῦντες συμπρᾶξαι· δεύτερα μήν. πρῶτα δ' ἦν ἃ τοπρῶτον ἐπεχειρήθη μετ' αὐτοῦ Διονυσίου πραχθῆναι πᾶσι κοινὰ ἀγαθά· τύχη δέ τις ἀνθρώπων κρειττων διεφόρησε. τὰ δὲ νῦν ὑμεῖς πειρᾶσθε εὐτυχέσερον αὐτὰ ἀγαθῇ πρᾶξαι μοίρᾳ καὶ e.
θείᾳ τινὶ τύχῃ. ξυμβουλὴ μὲν δὴ καὶ ἐπιστολὴ εἰρήσθω, καὶ

millium virorum, quinquaginta eiuſmodi ſufficient. Hos ergo precibus honoribuſque quam maximis domo evocare debent: evocatos autem precari, atque iureiurando adſtringere, ut leges condant, quae neque victoribus, neque victis plus tribuant, ſed ius univerſae civitati aequum atque commune. Latis denique legibus, in hoc iam omnia conſiſtunt. ſi enim victores ſubeſſe legibus voluerint, magis etiam, quam illi, qui victi ſunt: omnia iam erunt ſalutis felicitatiſque plena, malaque omnia procul aberunt. ſin minus, nec me, nec alium in commune conſilium ad eum vocare oportet, qui praeceptis eiuſmodi non acquieverit. Haec utique germana ſunt eorum, quae iamdiu ego ac Dio Syracuſis efficere recto iudicio aggreſſi ſumus, poſteriora tamen. nam prima quidem illa fuiſſent, quae apud Dionyſium ipſum primo bona omnibus communia agere conati ſumus: ſed fortuna quaedam hominibus potentior illa diſſolvit. nunc autem vos iſta conemini bona quadam ſorte divinaque fortuna fortunatius agere. Atque hic finis epiſtolae de conſilio, deque prima in Siciliam ad Diony-

ἡ παρὰ Διονύσιον ἐμοὶ προτέρα ἄφιξις. ἡ δὲ δὴ ὑσέρα πορεία τε καὶ πλοῦς, ὡς εἰκότως τε ἅμα καὶ ἐμμελῶς γέγονεν, ᾧ μέλει ἀκούειν ἔξεσι τὸ μετὰ τοῦτο. ὁ μὲν γὰρ δὴ πρῶτος
p. χρόνος τῆς ἐν Σικελίᾳ διατριβῆς μοι διεπεράνθη, καθάπερ εἶ-
338 πον, πρὶν συμβουλεύειν τοῖς οἰκείοις καὶ ἑταίροις τοῖς περὶ
a. Δίωνα. τὸ μετ' ἐκεῖνα δ' οὖν ἔπεισα ὅποι δήποτ' ἠδυνάμην Διονύσιον ἀφεῖναί με. εἰρήνης δὲ γενομένης (ἦν γὰρ τότε πόλεμος ἐν Σικελίᾳ) ξυνωμολογήσαμεν ἀμφότεροι. Διονύσιος μὲν ἔφη μεταπέμψεσθαι Δίωνα καὶ ἐμὲ πάλιν, καταςησάμενος τὰ περὶ τὴν ἀρχὴν ἀσφαλέςερον ἑαυτῷ· Δίωνα δὲ ἠξίου διανοεῖσθαι μὴ φυγὴν αὐτῷ γεγονέναι τότε, μετάςασιν δέ.
b. ἐγὼ δ' ἤξειν ὡμολόγησα ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις. γενομένης δὲ εἰρήνης μετεπέμπετό με, Δίωνα δὲ ἐπισχεῖν ἔτι ἐνιαυτὸν ἐδεῖτο· ἐμὲ δὲ ἥκειν ἐκ παντὸς τρόπου ἠξίου. Δίων μὲν οὖν ἐκέλευέ τέ με πλεῖν καὶ ἐδεῖτο. καὶ γὰρ δὴ λόγος ἐχώρει πολὺς ἐκ Σικελίας ὡς Διονύσιος θαυμαςῶς φιλοσοφίας ἐν ἐπιθυμίᾳ

sium navigatione mea. Quod autem ſequens profectio & navigatio mea, neque ab re, neque temere ſuſcepta fuerit, ſi cui id curae ſit, audire iam licet. Primum quidem habitationis in Sicilia meae tempus mihi tranſactum fuerat, quemadmodum ſupra dixi, priuſquam amicis neceſſariiſque Dionis conſilium darem: poſtea vero, quantum potui, Dionyſio perſuaſi, ut me abire permitteret. Convenerat autem inter nos, ut, cum pax facta eſſet ex bello, quod tunc in Sicilia erat, ſtatuſque illius tutius confirmatus, Dio revocaretur, atque ego ſimul accederem. Voluit autem, Dionem intelligere, atque exiſtimare, ſe non quaſi in exſilio, ſed in ſeceſſu quodam conſtitutum eſſe, certo tempore rediturum. ego vero conſentiens recepi me ita facturum. Sed cum poſtea pax ſecuta eſſet, me quidem arceſſivit Dionyſius: Dionem vero ad annum inſuper hortatus eſt abſentiam tolerare. me autem, ut omnino ad ſe properarem, rogavit. Dio igitur, ut illuc accederem, & iubebat, & precabatur. Increbuerat enim in Sicilia fama, Dionyſium miro quodam rurſus philoſophiae

πάλιν εἴη γεγονὼς ταυῦν. ὅθεν ὁ Δίων συντεταμένως ἐδεῖτο
ἡμῶν, τῇ μεταπέμψει μὴ ἀπειθεῖν. ἐγὼ δὲ ἤδειν μέν που
κατὰ τὴν φιλοσοφίαν τοῖς νέοις πολλὰ τοιαῦτα γιγνόμενα· c.
ὅμως δ' οὖν ἀσφαλέστερόν μοι ἔδοξε χαίρειν τότε γε πολλὰ
καὶ Δίωνα καὶ Διονύσιον ἐᾶν. καὶ ἀπηχθόμην ἀμφοῖν, ἀπο-
κρινάμενος ὅτι γέρων τε εἴην, καὶ κατὰ τὰς ὁμολογίας οὐ-
δὲν γίγνοιτο τῶν ταυῦν πραττομένων. ἔοικε δὴ τὸ μετὰ τοῦ-
το Ἀρχύτας τε παρὰ Διονύσιον πρὶν ἀφικέσθαι. ἐγὼ γὰρ
πρὶν ἀπιέναι, ξενίαν καὶ φιλίαν Ἀρχύτῃ καὶ τοῖς ἐν Τάραν-
τι καὶ Διονυσίῳ ποιήσας ἀπέπλεον· ἄλλοι τέ τινες ἐν Συρα- d.
κούσαις ἦσαν, Δίωνός τε ἄττα διακηκοότες, καὶ τούτων τινὲς
ἄλλοι παρακουσμάτων τινῶν ἔμμεσοι τῶν κατὰ φιλοσοφίαν·
οἳ δοκοῦσί μοι Διονυσίῳ πειρᾶσθαι διαλέγεσθαι τῶν περὶ τὰ
τοιαῦτα, ὡς Διονυσίου πάντα διακηκοότος ὅσα διενοούμην
ἐγώ. ὁ δὲ οὔτε ἄλλως ἐστὶν ἀφυὴς πρὸς τὴν τοῦ μανθάνειν δύ-
ναμιν, φιλότιμός τε θαυμαστῶς. ἤρεσκέ τε οὖν ἴσως αὐτῷ τὰ
λεγόμενα, ἠσχύνετό τε φανερὸς γιγνόμενος οὐδὲν ἀκηκοὼς, e.

desiderio affici. qua re commotus Dio, ne profectionem omitterem, magnopere flagitabat. Ego vero, quamquam sciebam, iuvenes plerumque erga philosophiam affici ita solere, existimavi tamen tutius fore, ut rem totam dimitterem, neque Dionysio neque Dioni parerem. Odiose igitur utrique respondi, me videlicet idcirco non profecturum, quia senex iam essem, & eorum, quae in praesentia fierent, nihil ita, ut convenerat, fieret. Audivi autem, Archytam (Tarentinum) interim ad Dionysium accessisse. ego enim illum ante discessum meum, nonnullosque alios Tarentinos, in Dionysii familiaritatem adduxeram. erant & alii quidam Syracusis, nonnunquam Dionis auditores, atque inter hos alii quidam, qui alia plurima in philosophia audiverant: qui mihi visi sunt contendisse de rebus huiusmodi apud Dionysium disputare, quasi ille omnia, quae excogitaverim, audivisset. ille vero nec hebes est ad perdiscendum, & honoris cupiditate vehementer incensus. Placuerunt igitur sibi forte, quae dicebam-

ὅτ' ἐπεδήμουν ἐγώ. ὅθεν ἅμα μὲν εἰς ἐπιθυμίαν ἦει τοῦ διακοῦσαι ἐναργέστερον, ἅμα δ' ἡ φιλοτιμία κατήπειγεν αὐτόν. δι' ἃ δὲ οὐκ ἤκουσεν ἐν τῇ πρόσθεν ἐπιδημίᾳ, διεξήλθομεν ἐν τοῖς ἄνω ῥηθεῖσι νῦν δὴ λόγοις. ἐπειδὴ οὖν οἰκαδέ τε ἐσώθην, καὶ καλοῦντος τὸ δεύτερον ἀπηρνήθην, καθάπερ εἶπον, νῦν δὴ δοκεῖ μοι Διονύσιος παντάπασι φιλοτιμηθῆναι μήποτε τισὶ δόξαιμι καταφρονῶν αὐτοῦ, τῆς φύσεώς τε καὶ ἕξεως ἅμα
p. καὶ τῆς διαίτης ἔμπειρος γεγονὼς, οὐκέτ' ἐθέλειν δυσχεραί-
339 a. νων παρ' αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι. δίκαιος δὴ λέγειν εἰμὶ τἀληθὲς, καὶ ὑπομένειν, εἴτις ἄρα τὰ γεγονότα ἀκούσας, καταφρονήσει τῆς ἐμῆς φιλοσοφίας, τὸν τύραννον δὲ ἡγήσεται νοῦν ἔχειν. ἔπεμψε μὲν γὰρ δὴ Διονύσιος τρίτον ἐπ' ἐμὲ τριήρη, ῥᾳδώνης ἕνεκα τῆς πορείας. ἔπεμψε δὲ Ἀρχέδημον, ὃν ἡγεῖτό με τῶν ἐν Σικελίᾳ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, τῶν Ἀρχύτῃ ξυγγε-
b. γονότων ἕνα, καὶ ἄλλους γνωρίμους τῶν ἐν Σικελίᾳ. οὗτοι δὲ ἡμῖν ἤγγελλον πάντες τὸν αὐτὸν λόγον, ὡς θαυμαστὸν ὅσον Διονύσιος ἐπιδεδωκὼς εἴη πρὸς φιλοσοφίαν. ἔπεμψε δὲ ἐπισο-

tur: manifeſteque erubeſcebat, nihil a me, cum ad eum profectus eſſem, audiviſſe. itaque partim amor planius audiendi eum invaſerat: partim cupiditas gloriae ſtimulabat. quam vero ob cauſam in prima illa peregrinatione mea non audiverit, in ſuperioribus enarravi. Cum ergo domum ego ſoſpes rediiſſem, atque illi iterum revocanti negaviſſem, ut dixi: viſus iam mihi eſt Dionyſius honoris ſui cura prorſus ardere, veritus, ne ſic acciperent homines negationem meam, quaſi illum prorſus contemnerem, cum eius ingenium, moreſque, & vitam ipſa experientia cognoviſſem. Iuſtum eſt autem, me verum fateri, ferreque aequo animo, ſi quis quae contigerint audiens, meam quidem ſpernat philoſophiam, tyrannum vero mentem putet habere. Miſit enim Dionyſius tertio ad me triremem, qua facile navigarem: miſit & Archedemum, quem ex omnibus Archytae in Sicilia familiaribus plurimi a me fieri exiſtimabat: atque una alios ex Sicilia nobiles. omnes iiſdem mihi verbis affirmarunt, Dionyſium mi-

λὴν πάνυ μακρὰν, εἰδὼς ὡς πρὸς Δίωνα διεκείμην· καὶ τὴν αὖ Δίωνος προθυμίαν τοῦ ἐμὲ πλεῖν καὶ εἰς Συρακούσας ἐλθεῖν. πρὸς γὰρ δὴ πάντα ταῦτα ἦν παρεσκευασμένη τὴν ἀρχὴν ἔχουσα ἡ ἐπιστολὴ, τῇδέ πη φράζουσα, Διονύσιος Πλάτωνι. τὰ νόμιμα ἐπὶ τούτοις εἰπὼν, οὐδὲν τὸ μετὰ τοῦτο εἶπε c. πρότερον, ἢ ὡς ἂν εἰς Σικελίαν πεισθεὶς ὑφ' ἡμῶν ἔλθῃς ταχύ, πρῶτον μέν σοι τὰ περὶ Δίωνα ὑπάρξει ταύτῃ γιγνόμενα ὅπηπερ ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς. θελήσεις δὲ οἶδ' ὅτι τὰ μέτρια, καὶ ἐγὼ συγχωρήσομαι. εἰ δὲ μὴ, οὐδέν σοι τῶν περὶ Δίωνα ἕξει πραγμάτων, οὔτε περὶ τἄλλα οὔτε περὶ αὐτὸν κατὰ νοῦν γιγνόμενα. ταῦθ' οὕτως εἶπε· τἄλλα δὲ, μακρὰ ἂν εἴη καὶ ἄνευ καιροῦ λεγόμενα. ἐπιστολαὶ δὲ ἄλλαι ἐφοίτων παρά τε d. Ἀρχύτου καὶ τῶν ἐν Τάραντι, τήν τε φιλοσοφίαν ἐγκωμιάζουσαι τὴν Διονυσίου, καὶ ὅτι ἂν μὴ ἀφίκωμαι νῦν, τὴν πρὸς Διονύσιον αὐτοῖς γενομένην φιλίαν δι' ἐμοῦ οὐ σμικρὰν οὖσαν πρὸς τὰ πολιτικὰ παντάπασι διαβαλλοίην. ταύτης δὴ

rum in modum philoſophiae deditum eſſe. Miſit ipſe praeterea pergrandem epiſtolam: cum ſciret, quemadmodum & ipſe erga Dionem afficerer, & Dionis cupiditatem id prorſus expetere, ut Syracuſas me conferrem. Ad haec igitur omnia compoſita epiſtola fuerat, tali quodam exordio: DIONYSIUS PLATONI. Legitima & conſueta ratione in his praefatus, *Nihil deinceps prius*, ait, *tibi fuerit, quam quod in Siciliam pro noſtra voluntate veneris. Primum quidem de Dione ita fiet, ut ipſe volueris. voles autem, ut arbitror, moderata: atque ego concedam. At vero, niſi veneris, nihil impetrabis eorum, quae pro Dione optas: neque in rebus aliis, neque in iis, quae ad perſonam ſuam ſpectantia inprimis deſideratis.* Haec ita ſcripſit. cetera vero prolixa forent, neque ſatis opportuna relatu. Venerunt aliae quoque epiſtolae ab Archyta, aliiſque Italis & Tarentinis, laudantes in Dionyſio ſapientiae ſtudium. praeterea his addebant, niſi proficiſcerer, amicitiam illam, quam ipſis cum Dionyſio conflaveram (neque parvam quidem, quantum ad civilia ſpectat) me omnino ca-

τοιαύτης γενομένης ἐν τῷ τότε χρόνῳ τῆς μεταπέμψεως, τῶν μὲν ἐκ Σικελίας τε καὶ Ἰταλίας ἑλκόντων, τῶν δὲ Ἀθήνηθεν ἀτεχνῶς μετὰ δεήσεως οἷον ἐξαθούντων μὲ, καὶ πάλιν ὁ λόγος ἦκεν ὁ αὐτὸς τὸ μὴ δεῖν προδοῦναι Δίωνα, μηδὲ τοὺς ἐν Τάραντι ξένους τε καὶ ἑταίρους. αὐτῷ δέ μοι ὑπῆν, ὡς οὐδὲν θαυμαστὸν, νέον ἄνθρωπον, παρακούσαντα ἀξίων λόγου πραγμάτων, εὐμαθῆ, πρὸς ἔρωτα ἐλθεῖν τοῦ βελτίστου βίου. δεῖν οὖν αὐτὸ ἐξελέγξαι σαφῶς, ὁποτέρως ποτὲ ἄρα σχῇ, καὶ τοῦτ' αὐτὸ μηδαμῇ προδοῦναι, μηδ' ἐμὲ τὸν αἴτιον γενέσθαι τηλικούτου ἀληθῶς ὀνείδους, εἴπερ ὄντως εἴη τῳ ταῦτα λελεγμένα. πορεύομαι δὴ τῷ λογισμῷ τούτῳ κατακαλυψάμενος, πολλὰ δεδιὼς, μαντευόμενός τε οὐ πάνυ καλῶς, ὡς ἔοικεν. ἐλθὼν δ' οὖν τὸ τρίτον, τῷ σωτῆρι τοῦτό γε οὖν ἔπραξα ὄντως. ἐσώθην γὰρ τοπάλαι εὐτυχῶς. καὶ τούτων γε μετὰ θεὸν Διονυσίῳ χάριν εἰδέναι χρεών· ὅτι πολλῶν βουληθέντων ἀπολέσαι μὲ, διεκώλυσε, καὶ ἔδωκέ τι μέρος αἰδοῖ τῶν περὶ

e.

p.

34° a.

lumniis ſubiecturum. Cum igitur eo tempore ſic arceſſerer, aliis quidem ex Sicilia atque Italia me trahentibus, aliis vero precibus Athenis quaſi me expellentibus, ratioque mihi dictaret, non decere, Dionem Tarentinoſque hoſpites & amicos prodere: atque mihi ipſi ſuccurreret, non eſſe mirum, ſi quis ingenioſus iuvenis, cum prius ſermones de rebus magnis audire noluerit, mutata deinde ſententia, ardore quodam vitae optimae accendatur: oporteretque ipſum evidenter explorare, utram in partem declinet; nec ipſum prodere, nec me ipſum cauſam illi praebere tantae vituperationis ſuae, ſi modo res eius revera ita, ut fertur, ſeſe habeant: harum, inquam, rationum patrocinio protectus iter ingredior, multa quidem timens, multaque fore divinans, nec valde felicia, ut apparuit. Profectus denique ſum tertio, ſub ſervatore. id enim revera conſecutus ſum: nam rurſus feliciter ſum ſervatus. At horum poſt Deum Dionyſio habeo gratiam, quoniam, cum plerique me interficere cuperent, reſtitit ipſe, partemque aliquam pudoris ſui meis in rebus exhibuit. Cum itaque

ἐμὲ πραγμάτων. ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμην, ᾤμην τοῦτου πρῶτον
ἔλεγχον δεῖν λαβεῖν, πότερον ὄντως εἴη Διονύσιος ἐξημμένος b.
ὑπὸ φιλοσοφίας, ὥσπερ πυρός· ἢ μάτην ὁ πολὺς οὗτος ἔλθοι
λόγος Ἀθήναζε. ἔστι δή τις τρόπος τοῦ περὶ τὰ τοιαῦτα πεῖ-
ραν λαμβάνειν, οὐκ ἀγεννὴς, ἀλλ' ὄντως τυράννοις πρέπων,
ἄλλως τε καὶ τοῖς τῶν παρακουσμάτων μεστοῖς. ὃ δὴ κἀγὼ
Διονύσιον εὐθὺς ἐλθὼν ᾠήθην καὶ μάλα πεπονθότα. δεικνύ-
ναι δὴ δεῖ τοῖς τοιούτοις ὅτι ἐστὶ πᾶν τὸ πρᾶγμα οἵοντε, καὶ
δι' ὅσων πραγμάτων καὶ ὅσων πόνον ἔχει. ὁ γὰρ ἀκούσας, c.
ἐὰν μὲν ὄντως ᾖ φιλόσοφος, οἰκεῖός τε καὶ ἄξιος τοῦ πράγ-
ματος, θεῖος ὢν, ὁδόν τε ἡγεῖται θαυμαστὴν ἀκηκοέναι, ξυν-
τατέον τε εἶναι νῦν, καὶ οὐ βιωτὸν ἄλλως ποιοῦντι. μετὰ
τοῦτο δὴ ξυντείνας αὐτόν τε καὶ τὸν ἡγούμενον τὴν ὁδὸν,
οὐκ ἀνήσει πρὶν ἂν ἢ τέλος ἐπιθῇ πᾶσι, ἢ λάβῃ δύναμιν ὥσ-
τε αὐτὸς αὑτὸν χωρὶς τοῦ δείξαντος μὴ ἀδύνατος εἶναι ποδ-
ηγεῖν. ταύτῃ καὶ κατὰ ταῦτα διανοηθεὶς ὁ τοιοῦτος ζῇ·

ad eum perveniſſem, operae pretium inprimis fore cenſui hoc ipſum examinare, utrum revera Dionyſius amore philoſophiae accenſus velut igne flagraret; an vanus de eo rumor Athenas uſque fuerit pervagatus. Eſt modus quidam experientiae circa haec ſumendae, non inelegans, ſed tyrannis revera conveniens, his praecipue, qui plurimos iam audierint. quod quidem ego ſtatim veniens perſenſi prorſus Dionyſio contigiſſe. Oſtendendum eſt utique illis, quam magna res philoſophia ſit, quantoque ſtudio egeat, & quantis laboribus comparetur. Qui igitur haec audierit, ſi revera ſapientiam amet, eique natura cognatus, atque ipſius poſſeſſione ſit dignus, quaſi qui divinus ſit, viam ſibi mirabilem eſſe putat oſtenſam, perque eam ſibi omni conatu exiſtimat gradiendum, aliterque facienti vivendum eſſe non cenſet. Itaque ſe ipſum atque etiam huius viae ducem impenſius cohortatur: neque prius deſinit, quam vel finem omnium fuerit conſecutus, vel ſaltem eam ſibi comparaverit facultatem, per quam ipſe ſe iam ſine duce ad terminum perducere va-

d. πράττων μὲν, ἐν αἵστισιν ἂν ᾖ πράξεσι, παρὰ πάντα δὲ αἰεὶ Φιλοσοφίας ἐχόμενος, καὶ τροφῆς τῆς καθ' ἡμέραν, ἥτις ἂν αὐτὸν μάλιστα εὐμαθῆ τε καὶ μνήμονα, καὶ λογίζεσθαι δυνατὸν, ἐν αὐτῷ νήφοντα, ἀπεργάζηται· τὴν δὲ ἐναντίαν ταύτῃ μισῶν διατελεῖ. οἱ δὲ ὄντως μὲν μὴ Φιλόσοφοι, δόξαις δ' ἐπικεχρωσμένοι, καθάπερ οἱ τὰ σώματα ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐπικεκαυμένοι, ἰδόντες τε ὅσα μαθήματά ἐστι καὶ ὁ πόνος ἡλίκος, καὶ δίαιτα ἡ καθ' ἡμέραν ὡς πρέπουσα, ἢ κοσμία τῶν
e. πράγματι, χαλεπὸν ἡγησάμενοι καὶ ἀδύνατον αὐτοῖς, οὔτε
p. δὴ ἐπιτηδεύειν δυνατοὶ γίγνονται. ἔνιοι δὲ αὐτῶν πείθουσιν
341 αὑτοὺς ὡς ἱκανῶς ἀκηκοότες εἰσὶ τὸ ὅλον, καὶ οὐδὲν ἔτι δέονται τινῶν πραγμάτων. ἡ μὲν δὴ πεῖρα αὕτη γίνεται ἡ σαφής τε καὶ ἀσφαλεστάτη πρὸς τοὺς τρυφῶντάς τε καὶ ἀδυνάτους διαπονεῖν, ὡς μηδέποτε βαλεῖν ἐν αἰτίᾳ τὸν δεικνύντα, ἀλλ' αὐτὸν αὐτὸν, μὴ δυνάμενον πάντα τὰ πρόσφορα ἐπιτηδεύειν τῷ πράγματι. οὕτω δὴ καὶ Διονυσίῳ τότ' ἐῤῥήθη

leat. Haec igitur, atque huiuſmodi rationibus, ille conſiderans, per univerſam vitam, quidquid omnino agat, ante omnia eſt philoſophiae ſemper intentus: victuque quotidiano utitur, quo maxime queat ingenium, & memoriam, & iudicium conſervare, ſeſe ſobrium praeſtans, contrariumque huic victum ſemper odio habens. At vero qui non ſunt revera ſapientiae amatores, ſed opinionibus dumtaxat extrinſecus colorati, inſtar eorum, qui ſub ſole uruntur atque colorantur, cum audiverint, quot diſcenda ſint, quanto labore, qua quotidiani victus temperantia philoſophiae ſtudiis neceſſaria, rem protinus ſibi duram impoſſibilemque rati, ut operam dent adduci non poſſunt. plerique vero ſibimet perſuadent, ſufficienter ſe omnia iam audiviſſe, neque ſtudio prorſus ullo ulterius indigere. Haec utique faciendi periculi ratio perſpicua eſt, & minime fallax, adverſus eos, qui proſequi prae mollitie nequeunt: ut crimen in praeceptorem reiicere nunquam poſſint, ſed ipſi iam ſe ipſos ad ea, quae philoſophiam decent, peragenda redarguant, ut impotentes. Hac uti-

τὰ ῥηθέντα. πάντα μὲν οὖν οὔτ' ἐγὼ διεξῆλθον, οὔτε Διο- b.
νύσιος ἐδεῖτο. πολλὰ γὰρ αὐτὸς καὶ τὰ μέγιστα εἰδέναι τε
καὶ ἱκανῶς ἔχειν προσεποιεῖτο, διὰ τὰς ὑπὸ τῶν ἄλλων παρα-
κοάς. ὕστερον δὲ καὶ ἀκούω γεγραφέναι αὐτὸν περὶ ὧν τότε
ἤκουσε, συνθέντα ὡς αὐτοῦ τέχνην, οὐδὲν τῶν αὐτῶν ὧν
ἀκούσι. οἶδα δὲ οὐδὲν τούτων. ἄλλους μὲν τινὰς οἶδα γεγρα-
φότας περὶ τῶν αὐτῶν τούτων· οἵτινες δὲ, οὐδ' αὐτοὶ αὑτούς.
τόσονδέ γε μὴν περὶ πάντων ἔχω φράζειν τῶν γεγραφότων
καὶ γραψόντων, ὅσοι φασὶν εἰδέναι περὶ ὧν ἐγὼ σπουδάζω, εἴτ' c.
ἐμοῦ ἀκηκοότες, εἴτ' ἄλλων, εἴθ' ὡς εὑρόντες αὐτοί, τούτους
οὐκ ἔστι, κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν, περὶ τοῦ πράγματος ἐπαΐειν
οὐδέν. οὔκουν ἐμόν γε περὶ αὐτῶν ἔστι σύγγραμμα, οὐδὲ μή-
ποτε γένηται. ῥητὸν γὰρ οὐδαμῶς ἐστιν ὡς ἄλλα μαθήματα·
ἀλλ' ἐκ πολλῆς συνουσίας γιγνομένης περὶ τὸ πρᾶγμα αὐτὸ,
καὶ τοῦ συζῆν, ἐξαίφνης οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδήσαντος ἐξαφθὲν
φῶς, ἐν τῇ ψυχῇ γενόμενον αὐτὸ ἑαυτὸ ἤδη τρέφει. καίτοι d.

que examinis ratione apud Dionyſium tunc uſus ſum: cuncta vero nec ego percurri, neque Dionyſius requirebat. nam erant permulta & maxima, in quibus ſe ſatis doctum, ob ea, quae ab aliis audiverat, exiſtimari ſtudebat. Audio vero, ipſum de his, quae tunc audivit, ſcripſiſſe poſtea, quaſi artem propriam componentem: cum nihil tamen horum revera ipſorum ineſſet, ut equidem audio. de his vero ego nihil certi ſcio. Alios tamen quoſdam novi de rebus eiſdem ſcripſiſſe. quicunque vero hi fuerint, nec ipſi quidem ſe ipſos cognoverunt. Tantum vero dicam de his omnibus, qui aut ſcripſerunt, aut ſcripturi ſunt, ſe ſcire affirmantes, quae ſint ea, quae ipſe, tanquam ſeria, ſtudioſe meditor, ſive a me, ſive ab aliis audiverint, ſive tanquam inventores ipſi fuerint, nihil eos ipſa de re meo iudicio percipere poſſe. nec enim de ipſis ſcripſi unquam, nec ſcribam. id namque nullo pacto verbis exprimi poteſt, quemadmodum ceterae diſciplinae: ſed ex diuturna circa id ipſum conſuetudine, vitaeque ad ipſum coniunctione, ſubito tandem, quaſi ab igne micante

τόσονδέ γε οἶδα, ὅτι γραφέντα ἢ λεχθέντα ὑπ' ἐμοῦ, βέλτις' ἂν
λεχθείη· καὶ μὴν ὅτι γεγραμμένα κακῶς, οὐχ ἥκις' ἂν ἐμὲ
λυποῖ. εἰ δέ μοι ἐφαίνετο γραπτέα θ' ἱκανῶς εἶναι πρὸς τοὺς
πολλοὺς καὶ ῥητὰ, τί τούτου κάλλιον ἐπέπρακτ' ἂν ἡμῖν ἐν
τῷ βίῳ, ἢ τοῖς τε ἀνθρώποισι μέγα ὄφελος γράψαι, καὶ τὴν
e. φύσιν εἰς φῶς τοῖς πᾶσι προαγαγεῖν; ἀλλ' οὔτε ἀνθρώποις
ἡγοῦμαι τὴν ἐπιχείρησιν περὶ αὐτῶν λεγομένην ἀγαθὸν, εἰ
μὴ τισὶν ὀλίγοις, ὁπόσοι δυνατοὶ ἀνευρεῖν αὐτοὶ διὰ μικρᾶς
ἐνδείξεως· τῶν γε δὴ ἄλλων τοὺς μὲν καταφρονήσεως οὐκ
ὀρθῶς ἐμπλήσειεν ἂν οὐδαμῇ ἐμμελοῦς· τοὺς δὲ, ὑψηλῆς καὶ
χαύνης ἐλπίδος, ὡς σέμν' ἄττα μεμαθηκότας. ἔτι δὲ μακρό-
p. τερα περὶ αὐτῶν ἐν νῷ μοι γέγονεν εἰπεῖν. τάχα γὰρ ἂν περὶ
342 ὧν λέγω σαφέστερον ἂν εἴη τι, λεχθέντων αὐτῶν. ἔστι γάρ τις
a. λόγος ἀληθὴς ἐναντίος τῷ τολμήσαντι γράφειν τῶν τοιού-
των καὶ ὁτιοῦν, πολλάκις μὲν ὑπ' ἐμοῦ καὶ πρόσθεν ῥηθεὶς,
ἔοικε δ' οὖν εἶναι καὶ νῦν λεκτέος. Ἔστι τῶν ὄντων ἑκάστῳ, δι'
ὧν τὴν ἐπιστήμην ἀνάγκη παραγίγνεσθαι, τρία· τέταρτον δ'

lumen refulgens, in anima se ipsum iam alit. Atque tantum equidem scio, scripta a me, vel dicta, optime dicta esse: male vero scripta, non minimam mihi afferrent molestiam. Quod si scriptis vel voce proferenda mihi in vulgum viderentur, quidnam pulchrius nobis in vita fieri posset, quam rem valde utilem hominibus afferre, atque naturam omnibus proferre in lucem? At vero studium in his edendis utile esse non reor hominibus, nisi admodum paucis, qui videlicet, exiguis ante vestigiis demonstratis, ad inveniendum ipsi sagaces sint. alios vero partim contemtu nefario, partim elata spe vanaque impleviſſet, quasi praeclara quaedam iam didiciſſent. Proinde longiora de ipsis dicere cogitavi. forte enim, si haec dicantur, nonnihil de his, quae dico, clarius apparebit. est namque ratio quaedam vera, obstans illi, qui de rebus eiusmodi nihil omnino audet scribere: saepe quidem a me alias dicta, & nunc, ut videtur, dicenda. Unicuique ipsorum, quae sunt, tria sunt, ex quibus scientiam fieri necessarium sit. quartum

αὐτῃ. πέμπτον δ' αὐτὸ τιθέναι δεῖ ὃ δὴ γνωστόν τε καὶ ἀληθές ἐστιν· ὧν ἓν μὲν, ὄνομα· δεύτερον δὲ, λόγος· τὸ δὲ τρίτον, b.
εἴδωλον· τέταρτον δὲ, ἐπιστήμη. περὶ ἓν οὖν λάβε, βουλόμενος μαθεῖν τὸ νῦν λεγόμενον· καὶ πάντων οὕτω πέρι νόησον. κύκλος ἐστί τι λεγόμενον, ᾧ τοῦτ' αὐτό ἐστιν ὄνομα ὃ νῦν ἐφθέγμεθα. λόγος δ' αὐτοῦ, τὸ δεύτερον, ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων συγκείμενος. τὸ γὰρ ἐκ τῶν ἐσχάτων ἐπὶ τὸ μέσον ἴσον ἀπέχον πάντῃ, λόγος ἂν εἴη ἐκείνου ᾧπερ στρογγύλον καὶ περιφερὲς ὄνομα καὶ κύκλος. τρίτον δὲ, τὸ ζωγραφούμενόν c.
τε καὶ ἐξαλειφόμενον καὶ τορνευόμενον καὶ ἀπολλύμενον. ὧν αὐτὸς ὁ κύκλος, ὃν πέρι πάντ' ἐστὶ ταῦτα, οὐδὲν πάσχει τούτων, ὡς ἕτερον ὄν. τέταρτον δὲ, ἐπιστήμη καὶ νοῦς, ἀληθής τε δόξα περὶ ταῦτ' ἐστίν. ὡς δὲ ἓν, τοῦτο αὖ πᾶν θετέον, οὐκ ἐν φωναῖς οὐδ' ἐν σωμάτων σχήμασιν, ἀλλ' ἐν ψυχαῖς ἐνόν. ᾧ δῆλον ἕτερόν τε ὂν αὐτοῦ τοῦ κύκλου τῆς φύσεως, τῶν τε ἔμπροσθεν λεχθέντων τριῶν. τούτων δὲ ἐγγύτατα μὲν

ipsa scientia est: quintum vero oportet ipsum ponere, quo quid est cognoscibile, id est, quod agnosci potest, atque vere exsistit. Horum unum est nomen: secundum, definitio: tertium, exemplum: scientia, quartum. De unoquovis igitur accipe, cupiens, quod modo dictum est, discere: deque omnibus similiter cogita. Circulus aliquid dicitur, cui nomen id est, quod modo pronuntiabamus. Sequitur autem eius definitio, ex nominibus verbisque composita. Quod enim ab extremis ad medium aequaliter undique distat, illius definitio est: quod rotundi, & circumferentiae, & circuli nomine designamus. Tertium vero est, quod pictus circulus sit, vel deletus, aut torno factus, vel destructus. Quorum nihil ipse circulus, circa quem haec singula sunt, patitur, utpote aliud quiddam exsistens. Quartum autem scientia est, & intellectus, atque vera circa haec opinio. Hoc rursus totum, tanquam unum, est ponendum, quod nec in vocibus, nec in corporum figuris est, sed in mente & intelligentia: ideoque manifestum est, aliud esse, quam sit ipsa circuli natura, rursusque aliud, quam tria

d. ξυγγενείᾳ καὶ ὁμοιότητι τοῦ πέμπτου νοῦς πεπλησίακε, τἄλλα δὲ πλέον ἀπέχει. ταυτὸν δὴ περί τε εὐθέος ἅμα καὶ περιφεροῦς σχήματος καὶ χρόας, περί τε ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ καὶ δικαίου καὶ περὶ σώματος ἅπαντος, σκευαστοῦ τε καὶ κατὰ φύσιν γεγονότος, πυρὸς, ὑδατός τε, καὶ τῶν τοιούτων πάντων, καὶ ζώου ξύμπαντος πέρι, καὶ ἐν ψυχαῖς ἤθους· καὶ περὶ ποιήματα καὶ παθήματα ξύμπαντα. οὐ γὰρ ἂν τούτων
e. μή τις τὰ τέτταρα λάβῃ. ἄλλως γέ πως οὔποτε τελέως ἐπιστήμης τοῦ πέμπτου μέτοχος ἔσαι. πρὸς γὰρ τούτοις ταῦτα οὐχ ἧττον ἐπιχειρεῖ τὸ ποιόν τι περὶ ἕκαστον δηλοῦν, ἢ τὸ ὄν ἑκάστου, διὰ τὸ τῶν λόγων ἀσθενές. ὧν ἕνεκα, νοῦν ἔχων
P. οὐδεὶς τολμήσει ποτὲ εἰς αὐτὸ τιθέναι τὰ νενοημένα ὑπ' αὐ-
343 τοῦ, καὶ ταῦτα εἰς ἀμετακίνητον· ὃ δὴ πάσχει τὰ γεγραμ-
a. μένα τύποις. τοῦτο δὲ πάλιν αὖ τὸ νῦν λεγόμενον δεῖ μαθεῖν. κύκλος ἕκαστος τῶν ἐν ταῖς πράξεσι γραφομένων, ἢ καὶ τορνευθέντων, μεσὸς τοῦ ἐναντίου ἐστὶ τῷ πέμπτῳ. τοῦ γὰρ

illa, quae ſupra diximus. Horum vero ex numero intellectus, cognatione ſimilitudineque quinto proximus haeret: cetera remotiora ſunt. Idem quoque de recta & curva dici poteſt figura, atque colore: deque bono, & pulchro, & iuſto: rurſus de quocunque corpore, vel manu facto, vel naturali, ſive igni, ſive aqua, ceteriſque huiuſmodi: ſimiliter de omni animali, ac de moribus animorum, atque de actionibus paſſionibuſque univerſis. niſi enim quis in his illa quatuor quodammodo capiat, nunquam ſcientiae circa quintum perfecte particeps erit. Proinde illa non minus, quale quid ſit unumquodque, quam quid ſit, aggrediuntur oſtendere, propter rationum debilitatem. quapropter nemo mentis compos audebit unquam in idem, atque id quidem immutabile, referre, quae ab ipſo intelliguntur, atque quatuor illa: quod utique patiuntur, quae deſignantur figuris. Id vero, quod nunc dicimus, rurſus eſt conſiderandum. Sane circulus quilibet horum, qui inter hominum manus vel pinguntur, vel torno fiunt, plane illi quinto eſt contrarius, recti namque undequaque ſit

εὐθέος ἐφάπτεται πάντη· αὐτὸς δὲ, φαμὲν, ὁ κύκλος οὔτέ τι σμικρότερον οὔτε μεῖζον τῆς ἐναντίας ἔχει ἐν αὐτῷ φύσεως. ὀνομά τε αὐτῶν φαμεν οὐδὲν οὐδενὶ βέβαιον εἶναι. κωλύει δ' οὐδὲν, τὰ νῦν στρογγύλα καλούμενα, εὐθέα κεκλῆσθαι· τά b.
τε εὐθέα δὴ, στρογγύλα· καὶ οὐδὲν ἧττον βεβαίως ἕξειν τοῖς μεταθεμένοις καὶ ἐναντίως καλοῦσι. καὶ μὴν περὶ λόγου γε ὁ αὐτὸς λόγος, εἴπερ ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σύγκειται, μηδὲν ἱκανῶς βεβαίως εἶναι βέβαιον. μυρίος δὲ λόγος αὖ περὶ ἑκάστου τῶν τεττάρων, ὡς ἀσαφές. τὸ δὲ μέγιστον, ὅπερ εἴπομεν ὀλίγον ἔμπροσθεν, ὅτι δυοῖν ὄντοιν, τοῦ τε ὄντος καὶ τοῦ ποίου τινὸς, οὐ τὸ ποῖον τί, τὸ δὲ τί ζητούσης εἰδέναι τῆς ψυ- c.
χῆς, τὸ μὴ ζητούμενον ἕκαστον τῶν τεττάρων προτεῖνον τῇ ψυχῇ λόγῳ τε καὶ κατ' ἔργα αἰσθήσεσιν εὐέλεγκτον, τό, τε λεγόμενον καὶ δεικνύμενον αἰεὶ παρεχόμενον ἕκαστον, ἀπορίας τε καὶ ἀσαφείας ἐμπίπλησι πάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντ' ἄνδρα. ἐν οἷσι μὲν οὖν μηδ' εἰθισμένοι τὸ ἀληθὲς ζητεῖν ἐσμεν

particeps. ipſum vero circulum affirmamus neque minus neque magis aliquid, id eſt, nihil omnino habere in ſe naturae contrariae. praeterea nullius horum nomen firmitatem dicimus ullam habere. nihil enim prohiberet, quae nunc rotunda nominamus, recta vocari, rectaque rotunda: nec firmitatem ullam maiorem fore nominibus in contrarium permutatis. Eadem quoque de definitione ratio eſt, cum ex nominibus verbiſque componatur nullam omnino habentibus firmitatem. Multipliciter rurſus probari poteſt, nullum horum quatuor certum firmumque eſſe. Maximum vero omnium, quod paulo ante dicebamus, quod cum duo ſint, eſſentia & qualitas, quando animus non quale, ſed quid ſit, quaerit, niſi quodlibet horum quatuor quaeſitum prius ab anima tam ratione, quam affectu, denique ſenſibus bene diſcuſſum, per omnia, quae dicuntur atque oſtenduntur, evaſerit: omni ambiguitate & obſcuritate, ut ita dixerim, omnes implebit. In quibus igitur haudquaquam conſueti ſumus ob pravam educationem verum perquirere, ſed ſatis nobis factum putamus, ſi appo-

ὑπὸ πονηρᾶς τροφῆς, ἐξαρκεῖ δὲ τὸ προτεθὲν τῶν εἰδώλων,
οὐ καταγέλαστοι γιγνόμεθα ὑπ' ἀλλήλων, οἱ ἐρωτώμενοι ὑπὸ
d. τῶν ἐρωτώντων· δυναμένων δὲ τὰ τέτταρα διαῤῥίπτειν τε καὶ
ἐλέγχειν· ἐν οἷς δ' ἂν τὸ πέμπτον ἀποκρίνασθαι καὶ δηλοῦν
ἀναγκάζωμεν, ὁ βουλόμενος τῶν δυναμένων ἀνατρέπειν κρα-
τεῖ, καὶ ποιεῖ τὸν ἐξηγούμενον ἐν λόγοις, ἢ γράμμασιν, ἢ
ἀποκρίσεσι, τοῖς πολλοῖς τῶν ἀκουόντων δοκεῖν μηδὲν γιγνώ-
σκειν ὧν ἂν ἐπιχειρῇ γράφειν ἢ λέγειν· ἀγνοούντων ἐνίοτε ὡς
οὐχ ἡ ψυχὴ τοῦ γράψαντος ἢ λέξαντος ἐλέγχεται, ἀλλ' ἡ
e. τῶν τεττάρων φύσις ἑκάστου, πεφυκυῖα φαύλως. ἡ δὲ διὰ
πάντων αὐτῶν διαγωγὴ, ἄνω καὶ κάτω μεταβαίνουσα ἐφ'
ἕκαστον, μόγις ἐπισήμην ἐνέτεκεν, εὖ πεφυκότος, εὖ πεφυκό-
τι. κακῶς δὲ ἂν φυῇ, ὡς ἡ τῶν πολλῶν ἕξις τῆς ψυχῆς, εἴς
τε τὸ μαθεῖν εἴς τε τὰ λεγόμενα ἤθη πέφυκε, τὰ δὲ διέφθαρ-
P. ται, οὐδ' ἂν ὁ Λυγκεὺς ἰδεῖν ποιήσειε τοὺς τοιούτους. ἑνὶ δὲ
344 a. λόγῳ, τὸν μὴ ξυγγενῆ τοῦ πράγματος, οὔτ' ἂν εὐμαθία

ſita ſimulacra attigerimus, nonne deriſui ſumus invicem interrogati interrogantibus, potentibus dumtaxat quatuor illa diſcutere atque arguere? Ubi vero neceſſitas cogit quintum oſtendere, quivis eorum, qui poſſint ſubvertere atque retractare, pervincit: facitque, ut qui exponit ſermonibus, vel literis, vel diſputationibus, apud audientium multos nihil eorum, quae vel dicere, vel ſcribere aggreditur, intelligere videatur. qua in re ſaepe ignoratur, non animum ſcribentis vel dicentis redargui, ſed naturam potius cuiuslibet illorum quatuor ſe male habentis. Traductio vero, per omnia illa ſurſum deorſumque in unumquodque diſcurrendo perveniens, vix tandem ſcientiam parit intrinſecus: ſcientiam, inquam, ipſius, quod naturaliter bene affectum eſt in animo, ad ipſum quoque naturaliter bene affecto. At ſi quis male affectus ſit natura, qualis naturaliter animae habitus ineſt multis, tum ad illa, quae diſcenda ſunt, tum ad mores, corruptique illi ſunt: ne Lynceus quidem, ut eiuſmodi animus videat, efficere poſſet. Atque, ut ſummatim dicam, neque acumen, neque memoria fa-

ποιήσειε ποτὲ, οὔτε μνήμη. τὴν ἀρχὴν γὰρ ἐν ἀλλοτρίαις ἕξεσιν οὐκ ἐγγίγνεται. ὥστε ὁπόσοι τῶν δικαίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσα καλὰ μὴ προσφυεῖς εἰσι καὶ ξυγγενεῖς, ἄλλοι δὲ ἄλλων εὐμαθεῖς ἅμα καὶ μνήμονες, οὐδ' ὅσοι ξυγγενεῖς, δυσμαθεῖς δὲ ἅμα καὶ ἀμνήμονες, οὐδένες τούτων μήποτε μάθωσιν ἀλήθειαν ἀρετῆς εἰς τὸ δυνατὸν, οὐδὲ κακίας. ἅμα γὰρ αὐτὰ ἀνάγκη μανθάνειν, καὶ τὸ ψεῦδος ἅμα καὶ ἀλη- b.
θὲς τῆς ὅλης οὐσίας μετὰ τριβῆς πάσης καὶ χρόνου πολλοῦ· ὅπερ ἐν ἀρχαῖς εἶπον. μόγις δὲ τριβόμενα πρὸς ἄλληλα αὐτῶν ἕκαστα, ὀνόματα καὶ λόγοι, ὄψεις τε καὶ αἰσθήσεις, ἐν εὐμενέσιν ἐλέγχοις ἐλεγχόμενα, καὶ ἄνευ φθόνων ἐρωτήσεσι καὶ ἀποκρίσεσι χρωμένων, ἐξέλαμψε φρόνησις περὶ ἕκαστον καὶ νοῦς, συντείνων ὅτι μάλις' εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην. διὸ δὴ πᾶς ἀνὴρ σπουδαῖος, τῶν ὄντων σπουδαίων πέρι, πολλοῦ c.
δεῖ μὴ γράψας ποτὲ ἐν ἀνθρώποις, εἰς φθόνον καὶ ἀπορίαν καταβαλεῖ. ἐνὶ δὴ ἐκ τούτων δεῖ γιγνώσκειν λόγῳ, ὅταν ἴδῃ

ciet unquam, ut, qui rei ipsius, qua de agitur, non est cognatus, ipsam inspiciat. principium etenim in habitibus alienis non sortitur. Quamobrem quicunque iustis, aliisque, quotcunque sunt pulchra, non sunt apti natura atque cognati, licet alii ad alia ingenioſi simul & memores; rursus quicunque cognati sunt quidem, sed hebetes & memoria parum validi; nunquam ad summum discendi veritatem pervenient vel virtutis, vel vitii. necesse enim est ea simul perdiscere, & falsum simul, & verum totius essentiae, cum omni exercitatione atque longitudine temporis: quod & ab initio dixi. Postquam vero singulatim ipsorum nomina, definitiones, visusque & sensus, agitata invicem tritaque fuerint, benigniſque reprehensionibus redarguta, & absque invidia interrogando respondendoque discussa: vix tandem refulget circa unumquodque prudentia atque intelligentia, ad summum omnino pro humana facultate contendens. Quamobrem permultum abest, ut vir studioſus & gravis, de iis, quae revera digna sunt studio, scribens hominibus, se simul & sua invidiae ambiguita-

τίς του συγγράμματα γεγραμμένα εἴτε ἐν νόμοις νομοθέτου, εἴτε ἐν ἄλλοις τισὶν ἄττ' οὖν, ὡς οὐκ ἦν τούτῳ ταῦτα σπουδαιότατα, εἴπερ ἐς' αὐτὸς σπουδαῖος, κεῖται δέ που ἐν χώρᾳ τῇ καλλίστῃ τῶν τούτου. εἰ δὲ ὄντως αὐτῷ ταῦτ' ἐσπουδασμένα ἐν γράμμασιν ἐτέθη, ἐξ ἄρα δή οἱ ἔπειτα, θεοὶ μὲν
d. οὔ, βροτοὶ δὲ φρένας ὤλεσαν αὐτοί. τούτῳ δὴ τῷ μύθῳ τε καὶ πλάνῳ ὁ ξυνεπισπόμενος, εὖ εἴσεται, εἴτ' οὖν Διονύσιος ἔγραψέ τι τῶν περὶ φύσεως ἄκρων καὶ πρώτων, εἴτε τὶς ἐλάττων εἴτε μείζων, ὡς οὐδὲν ἀκηκοὼς οὐδὲ μεμαθηκὼς ἦν ὑγιὲς ὧν ἔγραψε, κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον. ὁμοίως γὰρ ἂν αὐτὰ ἐσέβετο ἐμοὶ, καὶ οὐκ ἂν αὐτὰ ἐτόλμησεν εἰς ἀναρμοσίαν καὶ ἀπρέπειαν ἐκβάλλειν. οὔτε γὰρ ὑπομνημάτων χάριν αὐ-
e. τὰ ἔγραψεν. οὐδὲν γὰρ δεινὸν μή τις αὐτὸ ἐπιλάθηται, ἐὰν ἅπαξ τῇ ψυχῇ περιλάβῃ. πάντων γὰρ ἐν βραχυτάτοις κεῖται. φιλοτιμίας δὲ αἰσχρᾶς εἵπερ ἕνεκα, εἴθ' ὡς αὐτοῦ τιθέ-

tique subiicere debeat. uno vero ex his sermone id intelligere licet: quando videlicet qui, alicuius scripta cernens, sive legumlatoris in legibus, sive in quibuslibet aliis aliorum, animadvertat illa non esse tanquam omnino seria studiosissime pertractata: si quidem sit ipse studiosus: iacent autem inter sua, in regione pulcherrima. sin autem revera ipsi haec tanquam seria studiose literis tradita sunt, Dii quidem minime, sed homines, mentem eripuerunt. Hanc utique orationem digressionemque quicunque sequetur, plane intelliget, sive Dionysius aliquid de summis & primis naturae scripserit, sive quivis alius, aut minor, aut maior, nihil eum sincerum audivisse vel didicisse eorum, quae scripsit, ut mea fert opinio. alioquin pariter, atque ego, ipsa veneratus fuisset: neque ausus fuisset unquam, temere edendo absurditati indecentiaeque subiicere. Neque vero quasi in memoriae subsidium illa scripsit. non enim hac in re memoriae diffidendum, si id semel animo fuerit comprehensum. nam id totum brevissime omnium est collectum. Forte vero turpi quadam ambitione id fecit, vel tanquam sua haec asserens, vel

μενος, εἶθ' ὡς παιδείας δὴ μέτοχος ὢν, ἧς οὐκ ἄξιος ἦν, ἀγαπῶν δόξαν τὴν τῆς μετοχῆς γενομένην. εἰ μὲν οὖν ἐκ p.
τῆς μιᾶς συνουσίας Διονυσίῳ τοῦτο γέγονε, τάχ' ἂν εἴη. γέ- 345
γονε δ' οὖν ὅπως, Ἴττω Ζεὺς, φησὶν ὁ Θηβαῖος. διεξῆλθον a.
μὲν γὰρ ὡς εἶπόν τε ἐγὼ, καὶ ἅπαξ μόνον· ὕστερον δὲ οὐ πώποτε ἔτι. ἐννοεῖν δὴ δεῖ τὸ μετὰ τοῦτο, ὅτῳ μέλει τὸ περὶ αὐτὰ γεγονὸς εὑρεῖν, ὅπη ποτὲ γέγονε, τίνι πότ' αἰτίᾳ τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον, πλεονάκις τε οὐ διεξῆμεν· πότερον Διονύσιος ἀκούσας μόνον ἅπαξ, οὕτως εἰδέναι τε οἴεται, καὶ ἱκανῶς εἰδέναι, εἴτε αὐτὸς εὑρὼν, ἢ καὶ μαθὼν ἔμπροσθεν b.
παρ' ἑτέρων, ἢ φαῦλα εἶναι τὰ λεχθέντα· ἢ τὸ τρίτον οὐ καθ' αὐτὸν, μείζονα δὲ, καὶ ὄντως οὐ καθ' αὐτὸν εἶναι φρονήσεώς τε καὶ ἀρετῆς ζῆν ἐπιμελούμενος. εἰ μὲν γὰρ φαῦλα, πολλοῖς μάρτυσι μαχεῖται τὰ ἐναντία λέγουσιν· οἳ περὶ τῶν τοιούτων πάμπολυ Διονυσίου κυριώτεροι ἂν εἶεν κριταί. εἰ δὲ εὑρηκέναι, ἢ μεμαθηκέναι, ἄξια δ' οὖν εἶναι πρὸς παιδείαν

tanquam particeps disciplinae, qua indignus erat, gloriam quaerens. Verum si ex una dumtaxat congregatione id Dionysio contigit, esset id forsan concedendum. Sed id noverit Iuppiter, ut inquit Thebanus. Percurri equidem haec illi, eo, quo dixi, modo, semelque tantum: postea vero nunquam. Post haec autem considerandum est, si cui cura sit invenire eius, quod nobis circa illa accidit, causam: cur videlicet & secundo, & tertio, & saepius ea non pertractavimus: utrum Dionysius, ipsis semel dumtaxat auditis, adeo sufficienter ea se scire putaverit, satisve norit, sive invenerit ipse, sive ab aliis ante didicerit: an frivola, quae dicebantur, existimarit: an forte praeter haec tertium quiddam acciderit: videlicet ut ipsa haud suis aequalia viribus, sed maiora, censuerit, ac revera se minime idoneum esse, qui sub prudentiae virtutisque diligentia viveret? Si enim frivola existimasse dicatur, multis certe testibus pro causa nostra contra pugnabitur, qui in rebus eiusmodi iudicandis longe maiorem, quam Dionysius, auctoritatem habeant. quod si invenisse, vel

c. ψυχῆς ἐλευθέρας· πῶς ἂν μὴ θαυμαστὸς ὢν ἄνθρωπος τὸν ἡγεμόνα τούτων καὶ κύριον οὕτως εὐχερῶς ἠτίμασέ ποτ' ἄν; πῶς δ' ἠτίμασεν, ἐγὼ φράζοιμ' ἄν. οὐ πολὺν χρόνον διαλιπὼν τὸ μετὰ τοῦτο ἐν τῷ πρόσθεν Δίωνα ἐῶν τὰ ἑαυτοῦ κεκτῆσθαι καὶ καρποῦσθαι χρήματα, τότε οὐκέτ' εἴα τοὺς ἐπιτρόπους αὐτοῦ πέμπειν εἰς Πελοπόννησον, καθάπερ ἐπιλελησμένος τῆς ἐπιστολῆς παντάπασιν. εἶναι γὰρ αὐτὰ οὐ Δίωνος, ἀλλὰ τοῦ υἱέως· ὄντος μὲν ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ, κατὰ νό-
d. μους δὲ ἐπιτροπεύοντος. τὰ μὲν δὴ πεπραγμένα μέχρι τούτου, ταῦτ' ἦν ἐν τῷ τότε χρόνῳ. τούτων δὲ οὕτω γενομένων, ἐωράκειν τε ἀκριβῶς τὴν ἐπιθυμίαν τῆς Διονυσίου φιλοσοφίας, ἀγανακτεῖν τε ἐξῆν εἴτε βουλοίμην, εἴτε μή. ἦν γὰρ ἦρος ἤδη τότε, καὶ ἔκπλοι τῶν νεῶν. ἐδόκει δὴ χαλεπαίνειν μὲν οὐ δεῖν ἐμὲ Διονυσίῳ μᾶλλον ἢ ἐμαυτῷ τε καὶ τοῖς βιασαμένοις ἐλθεῖν ἐμὲ τὸ τρίτον εἰς τὸν πορθμὸν τὸν περὶ τὴν Σκύλλαν,
e. Ὄφρ' ἔτι τὴν ὁλοὴν ἀναμετρήσαιμι Χάρυβδιν. λέγειν δὲ πρὸς

didiciſſe, atque ipſa quidem digna videri, quae liberali animo in diſciplinam adhibeantur: quis non id mirum putet, Dionyſium ſic affectum horum aliquando ducem & auctorem tam facile contemſiſſe? quo autem pacto contemſerit, iam dicam. Profecto non multo poſt hoc tempore patrimonium Dionis, quod prius eum libere poſſidere, fructuſque inde percipere permittebat, iam vetuit omnino per eius procuratores attingi, pecuniamque, ut conſueverant, ad ipſum in Peloponnenſum mitti: quaſi epiſtolae illius prorſus oblitus, quam mihi ſcripſerat. afferebat enim, res illas non Dionis eſſe, ſed filii: qui cum eſſet ex ſorore nepos, eum ex lege ſub tutela ipſius eſſe. Haec igitur uſque ad illud tempus acta fuerunt. Quae ego conſiderans, iam plane perſpiciebam, quo pacto erga philoſophiam Dionyſius fuiſſet affectus: conturbabarque, vellem, nollem. Erat iam tunc aeſtas, & frequenter navigabatur: videbaturque mihi non tam de Dionyſio, quam de me ipſo, conquerendum, & de his, qui me impulerant, ut in fretum Scyllae tertio devenirem, Charybdimque

Διονύσιον, ὅτι μοὶ μένειν ἀδύνατον εἴη, Δίωνος οὕτω προπεπηλακισμένου. ὁ δὲ παρεμυθεῖτό τε καὶ ἐδεῖτο μένειν, οὐκ οἰόμενος οἱ καλῶς ἔχειν, ἐμὲ ἄγγελον αὐτὸν τῶν τοιούτων ἐλθεῖν ὅτι ταχος. οὐ πεισθὼν δὲ, αὐτός μοι πομπὴν παρασκευάσειν ἔφη. ἐγὼ γὰρ ἐν τοῖς ἀποστόλοις πλοίοις ἐμβὰς διενοούμην πλεῖν τεθυμωμένος, πάσχειν τε οἰόμενος δεῖν, εἰ διακωλυσίμην ἔτισῦν· ἐπειδὴ περιφανῶς ἠδίκουν μὲν οὐδὲν, ἠδικούμην δέ. ὁ δὲ, οὐδέν με τοῦ καταμένειν προσιέμενον ὁρῶν, μηχανὴν τοῦ μεῖναι τὸν τότε ἔκπλουν μηχανᾶται τοιάνδε τινά· τῇ μετὰ ταῦτα ἐλθὼν ἡμέρᾳ, λέγει πρός με πιθανὸν λόγον. Ἐμοὶ καί σοι Δίων, ἔφη, καὶ τὰ Δίωνος ἐκποδὼν ἀπαλλαχθήτω τοῦ περὶ αὐτὰ πολλάκις διαφέρεσθαι. ποιήσω γὰρ διά σε, ἔφη, Διωνι τάδε. ἀξιῶ ἐκεῖνον ἀπολαβόντα τὰ ἑαυτοῦ, οἰκεῖν μὲν ἐν Πελοποννήσῳ, μὴ ὡς φυγάδα δὲ, ἀλλ' ὡς αὐτῷ καὶ δεῦρο ἐξὸν ἀποδημεῖν, ὅ γ' ἂν ἐκείνῳ τε καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν τοῖς φίλοις κοινῇ ξυνδοκῇ. ταῦτα δ' εἶναι μὴ P. 346 a.

remetirer pernicioſam. Compulſus itaque ſum Dionyſio dicere, non poſſe me ullo modo apud ſe fore, Dione tam ignominioſe contemto. at ille me conſolabatur, rogabatque, ut manerem, non putans ſibi honeſtum, ut ego ipſe tam cito horum a ſe factorum nuntius irem. Cum vero mihi manendum perſuadere non poſſet, ipſe mihi ſe paraturum ait, qui & quo pacto me deferrent. Ego autem in tranſmiſſoriis navigiis traicere conſtitueram, omnia eſſe perferenda ducens, ſi abire me prohiberet: quippe cum manifeſte ipſe nulla Dionyſium iniuria afficiens, ab eo iniuria affectus fuiſſem. At ille, cum me nullo modo manere velle cognoſceret, quo navigationem tunc meam impediret, talia machinatus eſt. Poſtridie ſermonem ad me habuit gratioſum, atque ad perſuadendum accommodatum. Mihi & tibi, inquit, Dio Dioniſque res, quatenus diſcordiae noſtrae cauſam praebent, tollantur de medio. Dioni equidem tui gratia haec faciam. Decerno, Dionem, recipientem ſua, habitare in Peloponnenſo, non tanquam exſulem, ſed tanquam cui liceat huc proficiſci, quan- b.

ἐπιβουλεύοντος ἐμοί. τούτων δὲ ἐγγυητὰς γίγνεσθαί σέ τε, καὶ τοὺς σοὺς οἰκείους, καὶ τοὺς ἐνθάδε Δίωνος. ὑμῖν δὲ τὸ
c. βέβαιον ἐκεῖνος παρεχέτω· τὰ χρήματα δὲ ἃ ἂν λάβῃ, κατὰ Πελοπόννησον μὲν καὶ Ἀθήνας κείσθω, παρ' οἵστισιν ἂν ὑμῖν δοκῇ· καρπούσθω δὲ Δίων, μὴ κύριος δὲ ἄνευ ὑμῶν γιγνέσθω ἀνελέσθαι. ἐγὼ γὰρ ἐκείνῳ μὲν οὐ σφόδρα πιστεύω, τούτοις χρώμενον ἂν τοῖς χρήμασι, δίκαιον γίγνεσθαι περὶ ἐμέ· (οὐ γὰρ ὀλίγα ἔσαι) σοὶ δὲ καὶ τοῖς σοῖς μᾶλλον πεπίστευκα. ὅρα δὴ ταῦτα εἴ σοι ἀρέσκει, καὶ μένε ἐπὶ τούτοις τὸν ἐνιαυτὸν τοῦτον· εἰς δὲ ὥρας ἀπιθι λαβὼν τὰ χρήματα ταῦ-
d. τα. καὶ Δίων εὖ οἶδ' ὅτι πολλὴν χάριν ἕξει σοὶ διαπραξαμένῳ ταῦτα ὑπὲρ ἐκείνου. Τοῦτον δὴ ἐγὼ τὸν λόγον ἀκούσας, ἐδυσχέραινον μὲν ὅλως· ὅμως δὲ βουλευσάμενος ἔφην εἰς τὴν ὑστεραίαν αὐτῷ περὶ τούτων τὰ δόξαντα ἀπαγγελεῖν. ταῦτα ξυνεθέμεθα τότε. ἐβουλευόμην δὴ τότε μετὰ ταῦτα, κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος, μάλα συγκεχυμένος. πρῶτος δ' ἦν

do illi, & mihi, vobisque amicis communiter videatur: dummodo nullam mihi iniuriam faciat. huius autem rei fideiussores mihi fore te, familiaresque tam tuos, quam Dionis, qui hic habitant: Dionem quoque ipsum id vobis obseruaturum, sufficienter confirmare debere. Pecuniae vero omnes, quas ille acceperit, in Peloponneso & Athenis deponantur, penes quos vobis videtur. Harum quidem pecuniarum fructus accipiat Dio, sed ipsas tollere, nisi vobis concedentibus, nequeat. non enim confido, si pecunias susceperit, eum mihi fidem seruaturum, cum non paucae futurae sint. Maiorem vero tibi tuisque habeo fidem. Considera igitur, an tibi haec placeant, maneque horum gratia hic annum: quo peracto, susceptis his pecuniis, abibis. Dionem equidem scio magnam tibi gratiam habiturum, cum haec sibi perfeceris. Cum haec igitur audiuissem, quamquam aegre omnino ferebam, respondi tamen, hac in re me consultaturum: tempusque respondendi in crastinum sumsi. Atque in hoc consentientes, tum discessimus. Consultabam itaque posthac ipse mecum, valde qui-

μοι τῆς βουλῆς ἡγούμενος ὅδε λόγος. Φέρε, εἰ διανοεῖται τού- e.
των μηδὲν ποιεῖν Διονύσιος ὧν φησιν· ἀπελθόντος δὲ μοῦ ἐὰν
ἐπιστέλλῃ Δίωνι πιθανῶς αὐτός τε καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν αὐ-
τοῦ, διακελεύομενος ἃ νῦν πρὸς ἐμὲ λέγει, ὡς αὐτοῦ μὲν ἐβέ-
λοντος, ἐμοῦ δὲ οὐκ ἐθελήσαντος ἃ προὐκαλεῖτό με δρᾶν,
ἀλλ' ὀλιγωρήσαντος τῶν ἐκείνου τοπαράπαν πραγμάτων.
πρὸς δὲ καὶ τούτοισιν ἔτι μηδ' ἐθέλῃ με ἐκπέμπειν, αὐτὸς τῶν
ναυκλήρων μηδενὶ προστάττων· ἐνδείξηται δὲ πᾶσι ῥᾳδίως ὡς
ἀβουλῶν ἐμὲ ἐκπλεῖν· ἆρά τις ἐθελήσει μὲ ἄγειν ναύτης ὁρ- p.
μώμενον ἐκ τῆς Διονυσίου οἰκίας; ᾠκουν γὰρ δὴ, πρὸς τοῖς 347
ἄλλοισι κακοῖς, ἐν τῷ κήπῳ τῷ περὶ τὴν οἰκίαν· ὅθεν οὐδ' ἂν a.
ὁ θυρωρὸς ἤθελέ με ἀφεῖναι, μὴ πεμφθείσης αὐτῷ τινος ἐν-
τολῆς παρὰ Διονυσίου. ἂν δὲ μείνω τὸν ἐνιαυτὸν, ἔξω μὲν
Δίωνι ταῦτα ἐπιστέλλειν, ἐν οἷοις αὖτ' εἰμὶ, καὶ ἃ πράττω.
καὶ ἐὰν μὲν δὴ ποιῇ τι Διονύσιος ὧν φησιν, οὐ παντάπασιν
ἔσαι μοι καταγελάστως πεπραγμένα. τάλαντα γὰρ ἴσως ἐστὶν b.
οὐκ ἔλαττον (ἂν ἐκτιμᾷ τις ὀρθῶς) ἑκατὸν, ἡ Δίωνος οὐ-

dem ambiguus. occurrebat autem, quasi consilii dux, prima mihi eiusmodi ratio. Age utique, etsi Dionysius nihil eorum, quae promittit, servare cogitat, si tamen, abeunte me, per se ac per amicos probabiliter ad Dionem scribat, quae nunc mihi dicit, Se quidem obtulisse ultro, me vero noluisse, resque suas penitus neglexisse. Praeterea his addebam: Si Dionysius me nolens dimittere, ideoque navigium nautasque non det, immo facile cunctis significet, velle me ipso nolente discedere: quisnam me navi asportare ex aedibus ipsis Dionysii audeat? Habitabam equidem, ne quid deesset incommodi, in ipsis, qui circa aedes erant, hortis: unde ne ianitor quidem, nisi iubente Dionysio, egredi permisisset. Quod si annum permansero, habeo equidem, quod Dioni significem, notumque faciam, quibus sim constitutus, quidve agam. Ac si Dionysius nonnihil eorum, quae promittit, servaverit, opera tolerantiaque haec mea non omnino deridenda videbitur. patrimonium namque Dionis non pauciorum, quam

σία. ἂν δ' οὖν γίγνηται τὰ νῦν ὑποφαίνοντα (οἷα εἰκὸς αὐτὰ γίγνεσθαι) ἀπορῶ μὲν ὅ, τι χρήσομαι ἐμαυτῷ, ὅμως δὲ ἀναγκαῖον ἴσως ἐνιαυτόν γ' ἔτι πονῆσαι, καὶ ἔργοις ἐλέγξαι πειρᾶσθαι τὰς Διονυσίου μηχανάς· ταῦτά μοι δόξαντα, εἰς τὴν ὑσεραίαν εἶπον πρὸς Διονύσιον ὅτι δέδοκταί μοι μένειν· ἀξιῶ μὴν, ἔφην, μὴ κύριον ἡγεῖσθαί σε Δίωνος ἐμὲ πέμπειν
c. δὲ μετ' ἐμοῦ σε παρ' αὐτὸν γράμματα, τὰ νῦν δεδογμένα δηλοῦντα, καὶ ἐρωτᾷν εἴγε ἀρκεῖ ταῦτα αὐτῷ ἢ καὶ μή· βούλεται δὲ ἄλλ' ἄττα καὶ ἀξιοῖ· καὶ ταῦτα ἐπιξέλλειν ὅτι τάχιζα· σὲ δὲ νεωτερίζειν μηδέν πω τῶν περὶ ἐκεῖνον. ταῦτ' ἐρρήθη, ταῦτα ξυνωμολογήσαμεν, ὡς νῦν εἴρηται σχεδόν. ἐξέπλευσε δὴ τὰ πλοῖα μετὰ τοῦτο, καὶ οὐκέτι μοὶ δυνατὸν ἦν πλεῖν· ὅτι δή μοι καὶ Διονύσιος ἐμνήσθη λέγων ὅτι τὴν
d. ἡμίσειαν τῆς οὐσίας, εἶναι δέοι Δίωνος, τὴν δ' ἡμίσειαν, τοῦ υἱέως· ἔφη δὴ πωλήσειν αὐτήν· πραθείσης δὲ, τὰ μὲν ἡμίσεα

centum talentorum, ſi quis recte aeſtimare velit, cenſebitur. At vero ſi ita res cadant, ut eas veriſimile eſt caſuras, quo me vertam, neſcio. Verumtamen forte neceſſe eſt me annum adhuc tolerantem machinationes Dionyſii, re ipſa pro viribus redarguere. Cum ita mecum conſultaviſſem, ſequenti mox die ad Dionyſium retuli, videri mihi manendum: ſed addidi, ne exiſtimaret me poſſe apud Dionem prorſus omnia quaſi dominum, ideoque operae pretium eſſe, ut una mecum ipſe quoque ad eum ſcriberet, ſignificans haec noſtra conſilia, atque interrogans, utrum ſibi haec ſatisfaciant, necne, & numquid aliud praeter ea quiddam exigat. idque quamprimum inquam ſcribendum eſſe: interea vero nihil in re Dionis ab eo novi eſſe tentandum. Haec inter nos dicta ſunt. in his ferme, ut nunc dico, convenimus. Poſt haec autem, cum iam naves abiiſſent, ideoque nulla mihi foret ulterius navigandi facultas: Dionyſius, quaſi nonnihil praetermiſſi reminiſcens, Dimidia, inquit, bonorum Dionis pars filio iure manere debet: dimidia vero ad Dionem mitti. hanc ergo vendi curabo. Qua vendita, pecuniarum dimidium tibi tra-

ἐμοὶ δώσειν ἄγειν, τὰ δ' ἡμίσεα τῷ παιδὶ καταλείψειν αὐτοῦ. τὸ γὰρ δὴ δικαιότατον οὕτως ἔχειν. πληγεὶς δ' ἐγὼ τῷ λεχθέντι, πάνυ μὲν ὤμην γελοῖον εἶναί τι λέγειν ἔτι· ὅμως δ' εἶπον ὅτι χρείη τὴν παρὰ Δίωνος ἐπιστολὴν περιμένειν ἡμᾶς, καὶ ταῦτα πάλιν αὐτὰ ἐπιστέλλειν. ὁ δὲ ἐξῆς τούτοις πάνυ νεανικῶς ἐπώλει τὴν οὐσίαν αὐτοῦ πᾶσαν, ὅπη τε καὶ ὅπως ἤθελε, καὶ εἵστισι· πρὸς ἐμὲ δὲ οὐδὲν ὅλως ἐφθέγγετο περὶ e.
αὐτῶν· καὶ μὴν ὡσαύτως ἐγὼ πρὸς ἐκεῖνον αὖ περὶ τῶν Δίωνος πραγμάτων οὐδὲν ἔτι διελεγόμην. οὐδὲν γὰρ ἔτι πλέον ὤμην ποιεῖν. μέχρι μὲν δὴ τούτων ταύτῃ μοι βεβοηθημένον ἐγεγόνει φιλοσοφίᾳ καὶ φίλοις. τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἐζῶμεν ἐγὼ καὶ Διονύσιος. ἐγὼ μὲν, βλέπων ἔξω, καθάπερ ὄρνις πο- p.
θῶν ποθὲν ἀναπτάσθαι· ὁ δὲ, διαμηχανώμενος τίνα τρόπον 348
ἀνασοβήσοι με, μηδὲν ἀποδοὺς τῶν Δίωνος. ὅμως δὲ ἔφαμεν ἑταῖροί γε εἶναι πρὸς πᾶσαν Σικελίαν. τῶν δὴ μισθοφόρων τοὺς πρεσβυτέρους Διονύσιος ἐπεχείρησεν. ὀλιγομισθοτέρους

dam, quod ad Dionem perferatur: reliqua vero pars penes nos pro filio reſervabitur. ita enim ius ipſum exigit. His ergo illius dictis perculſus, ridiculum putavi, amplius ea de re loqui. dixi tamen, debere nos exſpectare a Dione reſponſum, atque rurſus haec ipſa ad illum reſcribere. At ille poſt nimis audacter patrimonium Dionis totum, quanto libuit pretio, & quo pacto haec, & quibus placuit, vendidit. mihi vero ea de re verbum omnino fecit nullum. at ego ſimiliter poſthac de re Dionis nihil ulterius locutus ſum, quippe cum nihil amplius me profecturum exiſtimarem. Hactenus hac ratione & philoſophiae, & amicis, auxilium praeſtiti. Poſt haec autem ego & Dionyſius ita viximus, ut ego quidem ſemper extra ſpectarem, quaſi avis quaedam alicunde cupiens evolare: ille vero aſſidue, quo pacto me cohiberet, machinaretur, de rebus quidem Dionis concedens nihil. in ceteris tamen negotiis per univerſam Siciliam amicos inter nos eſſe fatebamur. Eo autem tempore Dionyſius veteranis militibus ſtipendia minuere tentavit, praeter parentis conſuetudinem. irati vero

ποιεῖν, παρὰ τὰ τοῦ πατρὸς ἔθη. συμῳθέντες δὲ οἱ ερατιῶται
ξυνελέγησαν ἀθρόοι, καὶ οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψειν. ὁ δ' ἐπεχεί-
b. ρει βιάζεσθαι, κλείσας τὰς τῆς ἀκροπόλεως πύλας. οἱ δ' ἐφέ-
ροντο εὐθὺς πρὸς τὰ τείχη, παιῶνα τινὰ ἀναβοήσαντες βάρ-
βαρον καὶ πολεμικόν. οὗ δὴ περιδεὴς ὁ Διονύσιος γενόμενος,
ἅπαντα συνεχώρησε καὶ ἔτι πλείω τοῖς τότε συλλεχθεῖσι
τῶν πελταστῶν. λόγος δή τις ταχὺ διῆλθεν ὡς Ἡρακλείδης
αἴτιος εἴη γεγονὼς πάντων τούτων. ὃν ἀκούσας, ὁ μὲν Ἡρα-
κλείδης ἐκποδῶν αὐτὸν ἔσχεν ἀφανῆ· Διονύσιος δὲ ἐζήτει λα-
βεῖν. ἀπορῶν δὲ, Θεοδότην μεταπεμψάμενος εἰς τὸν κῆπον·
c. ἔτυχον δ' ἐν τῷ κήπῳ καὶ ἐγὼ τότε περιπατῶν. τὰ μὲν οὖν
ἄλλα οὔτ' οἶδα, οὔτ' ἤκουον διαλεγομένων. ἃ δὲ ἐναντίον εἶπε
Θεοδότης ἐμοῦ πρὸς Διονύσιον, οἶδά τε καὶ μέμνημαι. Πλά-
των γὰρ, ἔφη, Διονύσιον ἐγὼ πείθω τουτονὶ, ἐὰν ἐγὼ γένω-
μαι δεῦρο Ἡρακλείδην κομίσαι δυνατὸς, εἰς λόγους ἡμῖν
περὶ τῶν ἐγκλημάτων αὐτῷ τῶν νῦν γεγονότων· ἂν ἄρα μὴ
δόξῃ δεῖν αὐτὸν οἰκεῖν ἐν Σικελίᾳ, τόν τε υἱὸν λαβόντα καὶ

milites in unum convenerunt, neque id ſe toleraturos comminabantur. Itaque ille, clauſis arcis ipſius portis, coërcere illos conabatur. At illi repente adventarunt ad moenia, clamorem quendam barbarum ac bellicum attollentes. Quo metu conterritus Dionyſius, cuncta illi conſueta, atque etiam plura, confluentibus illis conceſſit. Rumor autem fuit, Heraclidem tumultus omnis cauſam exſtitiſſe. quod Heraclides quidem praeſentiens, clam fugam arripuit. Dionyſius vero, cum illum capere affectaret, neque inveniret, Theodotem ad ſe in hortos arceſſivit. Eram forte tunc & ipſe in hortis perambulans. Cetera quidem, quae inter illos tractata ſunt, neque ſcio, neque, dum colloquerentur, audivi: ſed, quae me praeſente inquit Dionyſio Theodotes, & novi, & memini. O Plato, ait, Dionyſio ſuadeo huic, ſi Heraclidem huc adducere potero, criminibus in ſe delatis reſponſurum: ac ſi nolit deinde eum Dionyſius in Sicilia permanere, ſaltem permittat uxorem filiumque ſuſcipere, atque in Peloponneſum abire,

τὴν γυναῖκα ἀξιῶ εἰς Πελοπόννησον ἀποπλεῖν, οἰκεῖν τε, d.
βλάπτοντα μηδὲν Διονύσιον ἐκεῖ, καρπούμενον δὲ τὰ ἑαυτοῦ.
μετεπεμψάμην μὲν οὖν καὶ πρότερον αὐτὸν, μεταπέμψομαι
δὲ καὶ νῦν. ἂν τ' οὖν ἀπὸ τῆς προτέρας μεταπομπῆς ἄν τε
καὶ ἀπὸ τῆς νῦν ὑπακούσῃ μοί. Διονύσιον δὲ ἀξιῶ καὶ δέομαι,
ἂν τις ἐντυγχάνῃ Ἡρακλείδῃ ἐάν τ' ἐν ἀγρῷ ἐάν τ' ἐνθάδε,
μηδὲν ἄλλο αὐτῷ φλαῦρον γίγνεσθαι, μεταξῆναι δ' ἐκ τῆς
χώρας, ἕως ἂν ἄλλό τι Διονυσίῳ δόξῃ. ταῦτα, ἔφη, συγχω- e.
ρεῖς; λέγων πρὸς τὸν Διονύσιον. Συγχωρῶ· μηδ' ἂν πρὸς τῇ
σῇ, ἔφη, φανῇ οἰκίᾳ, πείσεσθαι φλαῦρον μηδὲν παρὰ τὰ νῦν
εἰρημένα. τῇ δὴ μετὰ ταύτην τὴν ἡμέραν δείλης Εὐρύβιος
καὶ Θεοδότης προσηλθέτην μοὶ σπουδῇ τεθορυβημένῳ θαυμα-
σῶς. καὶ ὁ Θεοδότης λέγει, Πλάτων, ἔφη, παρῆσθα χθὲς
οἷς περὶ Ἡρακλείδου Διονύσιος ὡμολόγει πρὸς ἐμὲ καί σε;
Πῶς δὲ οὔκ; ἔφην. Νῦν τοίνυν, ἦ δ' ὅς, περιϊέουσι πελτα-
ξαὶ, λαβεῖν Ἡρακλείδην ζητοῦντες. ὃ δὲ εἶναί πη ταύτῃ κιν-
δυνεύει. ἀλλ' ἡμῖν, ἔφη, συνακολούθησον πρὸς Διονύσιον ἀπά- p.
349
a.

ibique habitare, nihil ibi molientem contra Dionyſium, & bonorum, quae hic poſſidet, fructus percipientem. Hac ergo fiducia Heraclidem iam vocavi, atque iterum vocabo. Sive igitur ex prima vocatione, ſive ex ſecunda huc ille venerit, cum Dionyſio conſtituebam, rogabamque, ne quid mali Heraclidi inferatur vel extra urbem, vel in urbe: tantum vero, ſi videbitur, extra fines mittatur, donec aliter Dionyſio videatur. Haec inquit, Dionyſi, concediſne? Concedo, reſpondit: neque etiam, ſi quando in aedibus tuis appareat, aliud quidquam mali eſſe paſſurum. Sequenti vero die in ipſo crepuſculo Eurybius & Theodotes ad me mirum in modum perterriti convolarunt. confeſtimque Theodotes, O Plato, inquit, affuiſti heri conditionibus, quibus de Heraclide Dionyſius mecum tecumque convenit. Affui, inquam. At ille, Nunc, inquit, diſcurrunt ſatellites ad Heraclidem comprehendendum: atque periculum eſt, ne ille prope alicubi ſit. ſequere ergo nobiſcum omni ſtudio ad Dionyſium. Ivimus itaque:

σῃ μηχανῇ. ᾠχόμεθα οὖν, καὶ εἰσήλθομεν παρ' αὐτόν· καὶ τὸ μὲν ἑξάτην σιγῇ δακρύοντε· ἐγὼ δὲ εἶπον, Οἶδε πεφόβηνται μήτι σὺ παρὰ τὰ χθὲς ὡμολογημένα ποιήσῃς περὶ Ἡρακλείδην νεώτερον. δοκεῖ γάρ μοι ταύτῃ πῃ γεγονέναι φανερὸς ἀποτετραμμένος. ὁ δὲ, ἀκούσας ἀνεφλέχθη τε, καὶ παντοδαπὰ χρώματα ἦκεν, οἷα ἂν θυμούμενος ἀφείη. προσπεσὼν
b. δ' αὐτῷ ὁ Θεοδότης, λαβόμενος τῆς χειρὸς, ἐδάκρυσέ τε καὶ ἱκέτευε μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν. ὑπολαβὼν δ' ἐγὼ, παραμυθούμενος, Θάῤῥει, Θεοδότα, ἔφην. οὐ γὰρ τολμήσει Διονύσιος παρὰ τὰ χθὲς ὡμολογημένα ἄλλα ποτὲ δρᾷν. καὶ ὃς, ἐμβλέψας μοὶ καὶ μάλα τυραννικῶς, Σοὶ, ἔφη, ἐγὼ οὔτέ τι σμικρὸν οὔτε μέγα ὡμολόγησα. Νὴ τοὺς θεοὺς, ἦν δ' ἐγὼ, σύ γε ταῦτα ἃ σοῦ νῦν οὗτος δεῖται μὴ ποιεῖν· καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἀποστρεφόμενος ᾠχόμην ἔξω. τὸ μετὰ ταῦτα ὁ μὲν
c. ἐκυνήγει τὸν Ἡρακλείδην· Θεοδότης δὲ ἀγγέλους πέμπων Ἡρακλείδῃ, φεύγειν διεκελεύετο. ὁ δὲ, ἐκπέμψας Τισίαν καὶ

& ingreſſi ad ipſum, illi quidem ſilentio ſtabant lacrimantes. ego vero inquam, Verentur hi, Dionyſi, ne tu, contra quam heri convenerit, novi quidquam agas adverſus Heraclidem. nam videtur ille mihi prope alicubi divertiſſe, manifeſteque adeſſe. Dionyſius vero, his auditis, exarſit in iras, in varioſque ſe mutavit colores, quales ira conſuevit afferre. Et Theodotes, ad pedes eius procumbens, manu eius apprehenſa, multis cum lacrimis, ne quid tale faceret, deprecabatur. Tunc ego ſermonem ſuſcipiens, eum conſolaturus, Bono ſis animo, inquam, o Theodotes. non enim aliter facere audet Dionyſius, quam heri promiſit. At Dionyſius, tyrannico nimium vultu me intuitus, Tibi, inquit, promiſi nihil, ſive magnum, ſive parvum. Immo vero per Deos, inquam, promiſiſti, non facturum te haec ipſa, quae nunc ne facias hic deprecatur. Haec ego locutus, egredior. Poſt haec Dionyſius quidem Heraclidem capere conabatur: Theodotes autem haec per nuntios illi ſignificans, ut fugam arriperet, admonuit. Miſerat quidem Dionyſius & Tiſiam quendam cum ſatellitibus, iubens

πελταζὰς, διώκειν ἐκέλευε. ΦΘάνει δὲ, ὡς ἐλέγετο, Ἡρακλείδης εἰς τὴν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν ἐκφυγὼν ἡμέρας σμικρῷ τινι μέρει. τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἡ πάλαι ἐπιβουλὴ Διονυσίῳ τοῦ μὴ ἀποδοῦναι τὰ Δίωνος χρήματα, ἔδοξεν ἔχθρας λόγον ἔχειν ἂν πρός με πιθανόν. καὶ πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ἐκπέμπει με, εὑρὼν πρόφασιν, ὡς τὰς γυναῖκας d.
ἐν τῷ κήπῳ ἐν ᾧ κατῴκουν ἐγὼ, δέοι ΘΘῦσαι ΘΘυσίαν τινὰ δεχήμερον. ἔξω δή με παρ' Ἀρχεδήμῳ προσέταττε τὸν χρόνον τοῦτον μεῖναι. ὄντος δὲ μοῦ ἐκεῖ, Θεοδότης μεταπεμψάμενός με, πολλὰ περὶ τῶν τότε πραχΘέντων ἠγανάκτει καὶ ἐμέμφετο Διονυσίῳ. ὃ δ' ἀκούσας ὅτι παρὰ Θεοδότην εἴην εἰσεληλυΘὼς, πρόφασιν αὖ ταύτην ἄλλην τῆς πρὸς ἐμὲ διαφορᾶς ποιούμενος, ἀδελφὴν τῆς πρόσΘεν, πέμψας τινὰ ἠρώ- e.
τα με εἰ ξυγγιγνοίμην ὄντως μεταπεμψαμένου με Θεοδότου. κἀγὼ, παντάπασιν, ἔφην. ὁ δὲ, Ἐκέλευε τοίνυν, ἔφη, σοὶ φράζειν ὅτι καλῶς οὐδαμῇ ποιεῖς, Δίωνα καὶ τοὺς Δίωνος φίλους αἰεὶ περὶ πλείονος αὐτοῦ ποιούμενος. ταῦτ' ἐρρήΘη, καὶ

passim Heraclidem insequi. sed ille, ut fertur, anticipans, & parvo quodam diei spatio satellites devitans, intra Carthaginiensium fines se recepit. Iam vero ex inimicitiis contra me exortis probabilem Dionysius occasionem, quam per insidias diu captaverat, ne videlicet ad Dionem pecuniae mitterentur, assecutus fuisse videtur. Ac primum quidem ex arce me amisit, occasionem praeferens, quod mulieres sacra decem dierum in quibus habitabam hortis essent facturae. itaque me per eos dies extra arcem apud Archedemum manere iussit. Interea Theodotes, me ad se vocans, multa circa ea, quae tunc facta erant, de Dionysio conquestus est. Dionysius vero, cum audivisset, ad Theodotem me profectum fuisse, nactus & hanc rursus occasionem contra me odii, priori similem, misit ad me, qui percontaretur, numquid apud Theodotem vocatus aliquando fuissem. Atque ego adfuisse libere confessus sum. Tunc ille, Iussit ergo, inquit, Dionysius me tibi edicere, non recte facere te, quod Dionem Dionisque

οὐκέτι μετεπέμψατό με εἰς τὴν οἴκησιν πάλιν· ὡς ἤδη σαφῶς
Θεοδότου μὲν ὄντος μου καὶ Ἡρακλειδου φίλων, καὶ τοῦ δ'
ἐχθροῦ· καὶ οὐκέτ' εὐνοιεῖν ᾤετό με, ὅτι Δίωνι τὰ χρήματα
ἔῤῥει παντελῶς. ᾠκουν δὴ τὸ μετὰ τοῦτο ἔξω τῆς ἀκροπόλεως
p. ἐν τοῖς μισθοφόροις. προσιόντες δέ μοι ἄλλοι τε καὶ οἱ τῶν
350 ὑπηρεσιῶν ὄντες Ἀθήνηθεν ἐμοὶ πολῖται, ἀπήγγελλον ὅτι δια-
a. βεβλημένος εἴην ἐν τοῖς πελταξαῖς· καί μοι τινὲς ἀπειλοῖεν,
εἴπου λήψοιντό με, διαφθερεῖν. μηχανῶμαι δὴ τινὰ τοιάνδε
σωτηρίαν· πέμπω παρ' Ἀρχύτην καὶ τοὺς ἄλλους φίλους εἰς
Τάραντα, φράζων ἐν οἷς ὢν τυγχάνω. οἱ δὲ, πρόφασιν τινὰ
πρεσβείας πορισάμενοι παρὰ τῆς πόλεως, πέμπουσι τριακόν-
b. τορόν τε καὶ Λαμίσκον αὐτῶν ἕνα· ὃς ἐλθὼν ἐδεῖτο Διονυ-
σίου περὶ ἐμοῦ, λέγων ὅτι βουλοίμην ἀπιέναι, καὶ μηδαμῶς
ἄλλως ποιεῖν. ὁ δὲ ξυνωμολόγησε καὶ ἀπέπεμψεν, ἐφόδια
δούς. τῶν Δίωνος δὲ χρημάτων οὔτ' ἐγώ τι ἀπῄτουν, οὔτε
τὶς ἀπέδωκεν. ἐλθὼν δὲ εἰς Πελοπόννησον, εἰς Ὀλυμπίαν

amicos pluris, quam ipſum, ſemper aeſtimes. Haec dicta fuerunt: nec unquam poſtea me in ſuas aedes vocavit, quaſi manifeſte Theodotis Heraclidiſque amicum, ſibi vero inimicum, ac propterea inſenſum, quod res Dionis iam omnino periiſſent. Habitabam deinde extra arcem inter milites mercede conductos. Adeuntes vero me & alii quidam, & miniſtrorum aliqui, Athenienſes patria, ſignificarunt, calumnias adverſus me inter milites fuiſſe diffuſas: praeterea quoſdam comminatos eſſe, ſicubi nanciſcantur, interfecturos. Excogito igitur evaſionem eiuſmodi. mitto Tarentum ad Archytam, alioſque amicos, ſignificans, in quo eſſem diſcrimine conſtitutus. Illi vero, occaſionem quandam legationis patriae nomine excogitantes, Lamiſcum, eorum unum, una cum navi ordinis triginta remorum mittunt. qui veniens ad Dionyſium, rogavit, ut me omnino pro voluntate mea ſalvum abire permitteret. Ille autem aſſenſus me dimiſit, commeatum praebens. Pecunias vero Dionis neque ego petii, neque quiſquam dedit. Poſt haec cum in Peloponneſum perveniſſem, ibique

Δίωνα καταλαβὼν θεωροῦντα, ἤγγελον τὰ γεγονότα. ὁ δὲ, τὸν Δία ἐπιμαρτυράμενος, εὐθὺς παρήγγελλεν ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς οἰκείοις καὶ φίλοις παρασκευάζεσθαι τιμωρεῖσθαι Διονύσιον· ἡμῶν μὲν ξεναπατίας χάριν (οὕτω γὰρ ἔλεγέ τε καὶ ἐνόει) αὐτοῦ δ' ἐκβολῆς ἀδίκου καὶ φυγῆς. ἀκούσας δ' ἐγὼ, τοὺς μὲν Σίκελους παρακαλεῖν ἐκέλευον, εἰ βούλοιντο· ἐμὲ δ' εἶπον ὅτι σὺ μετὰ τῶν ἄλλων βίᾳ τινὰ τρόπον σύσσιτον καὶ συνέζιον καὶ κοινωνὸν ἱερῶν Διονυσίῳ ἐποίησας, ὃς ἴσως ἡγεῖτο διαβαλλόντων πολλῶν ἐπιβουλεύειν ἐμὲ μετὰ σοῦ ἑαυτῷ καὶ τῇ τυραννίδι· καὶ ὅμως οὐκ ἀπέκτεινεν, ἠδέσθη δέ. οὔτ' οὖν ἡλικίαν ἔχω συμπολεμεῖν ἔτι σχεδὸν οὐδενί· κοινός τε ὑμῖν εἰμὶ, ἄν ποτέ τι πρὸς ἀλλήλους δεηθέντες φιλίας ἀγαθόν τι ποιεῖν βουληθῆτε· κακὰ δὲ ἕως ἂν ἐπιθυμῆτε, ἄλλους παρακαλεῖτε. ταῦτα εἶπον, μεμισηκὼς τὴν περὶ Σικελίαν πλάνην καὶ ἀτυχίαν. ἀπειθοῦντες δὲ καὶ οὐ πειθόμενοι ταῖς c. d.

offendiſſem Dionem, ludos ſpectantem Olympiacos, quae facta fuerant, enarravi. Ille vero, Iovem teſtatus, ſtatim mihi meiſque propinquis & amicis edixit, ſe poenas a Dionyſio exacturum, tum quod me illic hoſpitem decepiſſet, (ſic enim ille & dixit, & ſenſit) tum quod ipſum iniuſte admodum expuliſſet. Haec ego audiens, ſuaſi, ut ad haec, ſi videretur, amicos alios convocaret. me autem, quoniam & ſua & aliorum opera quaſi violentam impuliſſet in Dionyſii familiaritatem, habitationis, victus, ſacrorum communione adſtrictum, putaret quaſi medium quendam, aequumque utrinque eſſe debere: praeſertim cum, iamdiu multis apud Dionyſium me calumniantibus, quaſi tecum ipſi tyrannidique eius inſidiantem, ipſe non occiderit quidem, ſed reveritus ſit. ad haec aetatem meam rebus bellicis ineptam eſſe addidi: ſimulque medium quendam me inter eos eſſe, ſi quando conciliatore quodam opus ſit, qui reſarcire optantibus amicitiam poſſit. quamdiu vero odiis certabitis, ad haec adiutores alios advocabitis. Haec ego inquam, peroſus errorem, fortunamque in Sicilia mihi adverſam. Quoniam vero illi rationibus meis non

ὑπ' ἐμοῦ διαλέξεσι, πάντων τῶν νῦν γεγονότων κακῶν αὐτοὶ
αἴτιοι ἐγένοντο αὑτοῖς· ὧν, εἰ Διονύσιος ἀπέδωκε τὰ χρήματα
e. Δίωνι, ἢ καὶ παντάπασι κατηλλάγη, οὐκ ἄν ποτε ἐγένετο
οὐδὲν, ὅσά γε δὴ τἀνθρώπινα. Δίωνα γὰρ ἐγὼ καὶ τῷ βούλεσθαι καὶ τῷ δύνασθαι κατεῖχον ἂν ῥᾳδίως. νῦν δὲ ὁρμήσαντες ἐπ' ἀλλήλους, κακῶν πάντα ἐμπεπλήκασι. καίτοι τήν
p. 351 γε αὐτὴν Δίων εἶχε βούλησιν ἥνπερ ἂν ἐγὼ φαίην δεῖν ἐμὲ
a. καὶ ἄλλον, ὅστις μέτριος, περί τε τῆς αὑτοῦ δυνάμεως καὶ φίλων καὶ περὶ πόλεως τῆς αὑτοῦ διανοοῖτ' ἄν, εὐεργετῶν ἐν δυνάμει καὶ τιμαῖσι γενέσθαι τὰ μέγιστα ἐν ταῖς μεγίσταις. ἔτι δὲ οὐκ ἄν τις πλούσιον ἑαυτὸν ποιήσῃ, καὶ ἑταίρους καὶ πόλιν ἐπιβουλεύσας· καὶ ξυνωμότας συναγαγὼν, πένης ὢν, καὶ ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν, ὑπὸ δειλίας τῆς πρὸς τὰς ἡδονὰς
b. ἡττημένος· εἶτα τοὺς τὰς οὐσίας κεκτημένους ἀποκτείνας, ἐχθροὺς καλῶν τούτους, διαφορᾷ τὰ τούτων χρήματα, καὶ τοῖς συνεργοῖς τε καὶ ἑταίροις παρακελεύηται ὅπως μηδεὶς

obtemperaverunt, omnium, quae ſecuta ſunt, malorum ipſimet ſibi cauſam praebuere. Profecto, ſi Dionyſius res Dioni ſuas reſtituiſſet, vel potius ſi omnino placatus fuiſſet, nihil prout conditio fert humana, accidiſſet adverſi. nam Dionem quidem, pro voluntate mea, & conſilio, & auctoritate facile continuiſſem. contra vero nunc in ſe invicem impetum facientes, omnia calamitatibus implevere. Dio certe eandem habebat voluntatem, quam ego dicerem, & mihi, & aliis, quicunque moderati ſunt, habendam eſſe: videlicet, ut poteſtas vel propria, vel amicorum, vel civitatis optetur, quo in ipſis honoribus & potentiis quis conſtitutus, praeſertim in maximis, ſe, & ſuos, & patriam beneficiis iuſtis afficiat. Neque vero id fit, ſi quis ad id dumtaxat incumbat, ut divitiis ſe amicoſque, &, ut libet, aerarium expleat per inſidias crudeliumque coniurationes; ipſe pauper videlicet, impotens ſe continere, ſed prae animi anguſtia voluptatibus ſuccumbens: praeterea opulentos homines, tanquam inimicos decernens, trucidet, rapiatque pecunias: atque interea ſociis, familiaribuſ-

αὐτῷ ἐγκαλῇ, πένης φάσκων εἶναι. ταυτὸν δὲ καὶ τὴν πόλιν
ἂν οὕτω τὶς εὐεργετῶν, τιμᾶται ὑπ' αὐτῆς, τοῖς πολλοῖς τὰ
τῶν ὀλίγων ὑπὸ ψηφισμάτων διανέμων· ἢ μεγάλης προεξὼς
πόλεως, καὶ πολλῶν ἀρχούσης ἐλαττόνων, τῇ ἑαυτοῦ πόλει
τὰ τῶν σμικροτέρων χρήματα διανέμῃ μὴ κατὰ δίκην. οὕτω
μὲν γὰρ οὔτε Δίων οὔτε ἄλλος ποτὲ οὐδεὶς ἐπὶ δύναμιν ἑκὼν c.
εἶσιν ἀλιτηριώδη ἑαυτῷ τε καὶ γένει εἰς τὸν αἰεὶ χρόνον· ἐπὶ
πολιτείαν δὲ καὶ νόμων κατασκευὴν τῶν δικαιοτάτων τε καὶ
ἀρίστων, οὕτι δι' ὀλιγίστων θανάτων καὶ φυγῶν γινομένην. ἃ
δὴ Δίων νῦν πράττων, προτιμήσας τὸ πάσχειν ἀνόσια τοῦ
δρᾶσαι πρότερον, διευλαβούμενος δὲ παθεῖν, ὅμως ἔπεσεν,
ἐπ' ἄκρον ἐλθὼν τοῦ περιγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν· θαυμαστὸν
παθὼν οὐδέν. ὅσιος γὰρ ἄνθρωπος ἀνοσίων πέρι, σώφρων τε d.
καὶ ἔμφρων, τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἄν ποτε διαψευσθείη τῆς ψυχῆς
τῶν τοιούτων πέρι· κυβερνήτου δὲ ἀγαθοῦ πάθος ἂν ἴσως οὐ
θαυμαστὸν εἰ πάθοι· ὃν χειμὼν μὲν ἐσόμενος οὐκ ἂν πάνυ

que edicat, ſibi quidem in his, cum ſit egenus, ſuccenſendum non eſſe. Eodem modo, ſi quis ſimiliter civitatem ſuam beneficiis afficiens honoretur ab ipſa, dum multis res paucorum civium per ſua decreta diſtribuit: vel ſi quis magnae praeſidens civitati, pluribus minoribuſque civitatibus imperanti, pecunias minorum civitatum iniuſte attribuat ſuae. Hoc enim pacto neque Dio, neque alius unquam ſponte ſua ad potentiam progreditur, pernicioſam & ſibi & poſteris perpetuo futuram. prudens vero, ad conſtituendam accedit rempublicam, legeſque condendas iuſtiſſimas atque optimas: & id quidem abſque caedibus, expulſionibuſque civilibus. Quae modo cum ageret Dio, conſtituens pati impias iniurias potius, quam facere, cavens quoque, ne ipſe pateretur, cecidit tamen, cum iam ad ſummum ſuperandorum hoſtium perveniſſet. Neque mirum alicui, quod accidit Dioni, videri debet. pium enim virum, temperatumque & prudentem, omnino quidem in rebus eiuſmodi impii nunquam fallunt. Sed neque mirandum eſt, ſi idem, quod probo gubernatori, forſan acci-

λάθοι, χειμώνων δὲ ἐξαίσιον καὶ ἀπροσδόκητον μέγεθος λάθοιτ' ἄν, καὶ λαθὸν κατακλύσειε βίᾳ. ταυτὸν δὴ καὶ Δίωνα ἔσφηλε δι' ὀλιγίσων. κακοὶ μὲν γὰρ ὄντες αὐτὸν σφόδρα οὐκ
e. ἔλαθον οἱ σφήλαντες· ὅσον δὲ ὕψος ἀμαθίας εἶχον, καὶ τῆς ἄλλης μοχθηρίας τε καὶ λαιμαργίας, ἔλαθον. ᾧ δὴ σφαλεὶς κεῖται, Σικελίαν πένθει περιβαλὼν μυρίῳ. τὰ δὴ μετὰ τὰ
p. νῦν ῥηθέντα ἃ ξυμβουλεύω, σχεδὸν εἴρηταί μοι καὶ εἰρήσθω.
352 a. ὧν δ' ἐπανέλαβον ἕνεκα τὴν εἰς Σικελίαν ἄφιξιν τὴν δευτέραν, ἀναγκαῖον εἶναι ἔδοξέ μοι ῥηθῆναι δεῖν διὰ τὴν ἀτοπίαν καὶ ἀλογίαν τῶν γενομένων. εἰ δ' ἄρα τινὶ τὰ νῦν ῥηθέντα εὐλογώτερα ἐφάνη, καὶ προφάσεις πρὸς τὰ γενόμενα ἱκανὰς ἔχειν ἔδοξέ τῳ, μετρίως ἂν ἡμῖν καὶ ἱκανῶς εἴη τὰ νῦν εἰρημένα.

derit: quem futura tempeſtas haud admodum latet, ſed inſueta & idcirco improviſa tempeſtatum magnitudo latere poteſt, ac vi latendo ſubmergere. Hoc utique modo Dionem ſors aliquantum fefelliſſe videtur. quod enim mali eſſent, eum non latebat: quamvis, quam profunda eſſet in eis inſcitia, & iniquitas, voracitaſque latuerit. qua quidem in re deceptus occubuit, Siciliam incredibili dolori ſubiiciens. Quae igitur poſt haec, quae narrata ſunt, vobis conſulo, hactenus quidem dicta ſint. Quibus autem de cauſis ipſe in Siciliam quaſi compulſus redierim, oſtendere arbitratus ſum oportere, ne cui reverſio mea abſurda, ac praeter rationem ſuſcepta videretur. quamobrem, ſi cui, quae nunc dixi, probabiliora viſa ſunt, ac ſufficientes exſtitiſſe occaſiones, cur ita fieret, videntur, ſatis quidem ſufficienterque iam fuiſſe dictum putabimus.

Ὀγδόη.

## ΠΛΑΤΩΝ ΤΟΙΣ ΔΙΩΝΟΣ ΟΙΚΕΙΟΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΕΤΑΙΡΟΙΣ, ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

a Ἀλλ' ἂν διανοηθέντες μάλιστα εὖ πράττοιτε, ὄντως πειράσομαι ταῦθ' ὑμῖν κατὰ δύναμιν διεξελθεῖν. ἐλπίζω δὲ οὐχ ὑμῖν μόνοις ξυμβουλεύσειν τὰ συμφέροντα· μάλιστά γε μὴν ὑμῖν, καὶ δευτέροις, πᾶσι τοῖς ἐν Συρακούσαις· τρίτοις δὲ, b
ὑμῶν καὶ τοῖς ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις, πλὴν εἴτις αὐτῶν ἀνοσιουργὸς γέγονε. ταῦτα γὰρ ἀνίατα, καὶ οὐκ ἄν ποτέ τις αὐτὰ ἐκνίψειε. νοήσατε δὲ ἃ λέγω νῦν. ἔστ' ἡμῖν, κατὰ Σικελίαν πᾶσαν λελυμένης τῆς τυραννίδος, πᾶσα μάχη περὶ αὐτῶν τούτων· τῶν μὲν, βουλομένων ἀναλαβεῖν πάλιν τὴν ἀρχήν· τῶν δὲ, τῇ τῆς τυραννίδος ἀποφυγῇ τέλος ἐπιθεῖναι. ξυμβουλὴ δὴ περὶ τῶν τοιούτων ὀρθὴ δοκεῖ ἑκάστοτε τοῖς πολ-

## EPISTOLA VIII.

## PLATO DIONIS PROPINQUIS ET AMICIS BENE AGERE.

Qua potiſſimum vivendi ratione proſpere ſuccedant res, revera conabor vobis pro viribus enarrare. Spero autem, non vobis ſolum, quae in rem veſtram ſint, me conſulturum, quamquam vobis quidem maxime: ſed & omnibus, qui ſunt Syracuſis: tertio, inimicis etiam veſtris & hoſtibus, praeterquam ſi quis illorum impio ſe ipſum ſcelere polluit. haec enim inſanabilia ſunt, neque expiare unquam haec quiſquam poſſet. Conſiderate vero, quod in praeſentia dicam. Omne iam veſtrum circa Siciliam omnem, diſſoluta tyrannide, conſilium atque ſtudium in his verſatur. nempe alii quidem affectant tyrannidem iterum ſuſcitare: alii tyrannidis memoriam omnem prorſus exſtinguere. Conſilium vero in eiuſmodi re-

d. λοῖς εἶναι, ταῦτα ξυμβουλεύειν δεῖν ἃ τοὺς μὲν πολεμίους
ὡς πλεῖστα κακὰ ἐξεργάσεται, τοὺς δὲ φίλους ὡς πλεῖστα ἀγα-
θά. τὸ δὲ οὐδαμῶς ῥᾴδιον, πολλὰ κακὰ δρῶντα τοὺς ἄλλους,
μὴ οὐ καὶ πάσχειν αὐτὸν πολλὰ ἕτερα. δεῖ δὲ οὐ μακρὰν ἐλ-
θόντας ποι τὰ τοιαῦτα ἐναργῶς ἰδεῖν· ἀλλ' ὅσα νῦν γέγονε
τῇδε αὐτοῦ περὶ Σικελίαν, τῶν μὲν, ἐπιχειρούντων δρᾶν, τῶν
δὲ, ἀμύνασθαι τοὺς δρῶντας. ἃ κἂν ἄλλοις μυθολογοῦντες
e. ἱκανοὶ γίγνοισθ' ἂν ἑκάστοτε διδάσκαλοι· τούτων μὲν δὴ σχε-
δὸν οὐκ ἀπορία. τῶν δὲ ὅσα γένοιτ' ἂν ἢ πᾶσι συμφέροντα
ἐχθροῖς τε καὶ φίλοις, ἢ ὅτι σμικρότατα κακὰ ἀμφοῖν, ταῦ-
τα οὔτε ῥᾴδιον ὁρᾶν, οὔτε ἰδόντα ἐπιτελεῖν. εὐχῇ δὲ προσέοι-
κεν ἡ τοιαύτη ξυμβουλή τε καὶ ἐπιχείρησις τοῦ λόγου. ἔχω
δὴ παντάπασι μὲν, εὐχή τις· (ἀπὸ γὰρ θεῶν χρὴ πάντα ἀρ-
p. χόμενον αἰεὶ λέγειν τε καὶ νοεῖν) ἐπιτελὴς δ' εἴη σημαίνουσα
353 ἡμῖν τοιόνδε τινὰ λόγον. νῦν ὑμῖν καὶ τοῖς πολεμίοις σχεδὸν,
a.

bus apud multos rectum ubique videri ſolet, ſi ita res conſtituantur, ut hoſtes quam maximis afficiantur malis, amicis autem beneficii plurimum afferatur. At vero nequaquam id facile eſt, ut, qui multa aliis inferunt damna, ipſi non multa viciſſim ab aliis patiantur. neque nunc opus eſt horum exempla longe perquirere: quippe cum quae nuper in Sicilia acciderunt, ſatis exemplo nobis eſſe poſſint. cuncta enim ſic accidiſſe videntur, dum alii quidem inferre mala, alii vero repellere & ulciſci contenderent. in quibus enarrandis idonei aliorum magiſtri ubique eſſe poteſtis: ut in his percipiendis nulla ferme ſit difficultas. Quae vero aut cunctis, tam inimicis, quam amicis, utilia ſint, aut ſaltem quae his quam minimum obſint, haec certe ipſa nec facile eſt perſpicere, neque, poſtquam perſpexeris, ad votum perficere. Haec igitur conſultatio atque inquiſitio voto perſimilis eſſe videtur. ideoque ſit nobis ipſa omnino tanquam votum & deprecatio quaedam. omnibus enim in rebus & dicendis, & cogitandis, principium ſemper a Diis eſt ſumendum. votum utique eiuſmodi abſolutum, talem nobis ſignificabit rationem,

ἐξ οὗπερ γέγονεν ὁ πόλεμος, συγγένεια ἄρχει μία διὰ τέλους, ἣν ποτὲ κατέσησαν οἱ πατέρες ὑμῶν, εἰς ἀπορίαν ἐλθόντες τὴν ἅπασαν, τόδ' ὅτε κίνδυνος ἐγένετο ἔσχατος Σικελίᾳ τῇ τῶν Ἑλλήνων, ὑπὸ Καρχηδονίων ἀνάσατον ὁλὴν ἐκβαρβαρωθεῖσαν γενέσθαι. τότε γὰρ εἵλοντο Διονύσιον μὲν ὡς νέον καὶ πολεμικὸν ἐπὶ τὰς τοῦ πολέμου πρεπούσας αὐτῷ πράξεις· σύμβουλον δὲ καὶ πρεσβύτερον Ἱππαρῖνον, ἐπὶ b.
σωτηρίᾳ τῆς Σικελίας, αὐτοκράτορας, ὥς φασι, τυράννους ἐπονομάζοντες. καὶ εἴτε δὴ θείαν τὶς ἡγεῖσθαι βούλεται τύχην καὶ θεὸν, εἴτε τὴν τῶν ἀρχόντων ἀρετὴν, εἴτε καὶ τὸ ξυναμφότερον, μετὰ τῶν τότε πολιτῶν τῆς σωτηρίας αἰτίαν ξυμβῆναι γενομένην, ἔξω ταύτῃ ὅπῃ τὶς ὑπολαμβάνει· σωτηρία δ' οὖν οὕτως συνέβη τοῖς τότε γενομένοις. τοιούτων οὖν αὐτῶν γεγονότων, δίκαιόν που τοῖς σώσασι πάντας χάριν c.
ἔχειν. εἰ δέ τι τὸν μετέπειτα χρόνον ἡ τυραννὶς οὐκ ὀρθῶς τῇ

quae vobis ſimul, inimiciſque conducat. Principio, ex quo tempore bellum in Sicilia geſtum eſt, familia una continue dominata eſt, quam publicis rebus praefecerunt veſtri maiores, in ſummo tunc periculo conſtituti, cum a Carthaginienſibus premerentur, veniſſetque res in extremum diſcrimen, ne Sicilia, quae excolebatur a Graecis, iam a barbaris everteretur atque devaſtaretur. Tunc igitur Dionyſium quidem elegerunt, ut iuvenem bello ſtrenuum, qui rebus bellicis convenientibus ſibi praeeſſet: Hipparinum vero, utpote ſeniorem, conſilio res moderari voluerunt: atque pro totius Siciliae ſalute abſolutam his auctoritatem concedentes, Tyrannos, ut fertur, appellaverunt. Proinde ſi quis fortunam quandam divinam, Deumque, ſive eorum, quibus commiſſa res eſt, virtutem, ſive utrumque una cum temporis illius civibus, ſalutis illius cauſam exſtitiſſe cenſeat, eſto id quidem, ut quiſque exiſtimat. Salus certe hoc pacto tunc illis parta eſt. quamobrem, cum ita ſe illi geſſiſſent, iuſtum erat, gratiam ab illis, qui ſervati erant, referri. Si quid autem poſtea mali tyrannis ipſa, munere civitatis abutens, patravit, habet qui-

τῆς πόλεως δωρεᾷ κατακέχρηται, τούτων δίκας τὰς μὲν ἔχει, τὰς δὲ τινέτω. τίνες οὖν δὴ δίκαι ἀναγκαίως ὀρθαὶ γίγνοιντ' ἂν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτεῖς; εἰ μὲν ῥᾳδίως ὑμεῖς ἀποφυγεῖν οἷοί τ' ἦτε αὐτοὺς καὶ ἄνευ μεγάλων κινδύνων καὶ πόνων, ἢ κεῖνοι ἐλεῖν εὐπετῶς πάλιν τὴν ἀρχήν, οὐδ' ἂν συμβουλεύειν οἷόντ' ἦν τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι· νῦν δ' ἐννοεῖν
d. ὑμᾶς ἀμφοτέρους χρεὼν καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι ποσάκις ἐν ἐλπίδι ἑκάτεροι γεγόνατε τοῦ νῦν οἴεσθαι σχεδὸν αἰεὶ τινὸς σμικροῦ ἐπιδεεῖς εἶναι τὸ μὴ πάντα κατὰ νοῦν πράττειν· καὶ δὴ καὶ ὅτι τὸ σμικρὸν τοῦτο, μεγάλων καὶ μυρίων κακῶν αἴτιον ἑκάστοτε ξυμβαίνει γιγνόμενον, καὶ πέρας οὐδὲν ποτὲ τελεῖται, ξυνάπτει δὲ αἰεὶ παλαιὰ τελευτὴ δοκοῦσα, ἀρχὴ φυομένη νέα. διολέσθαι δ' ὑπὸ τοῦ κύκλου τούτου κινδυνεύσει
e. καὶ τὸ τυραννικὸν ἅπαν καὶ τὸ δημοτικὸν γένος· ἥξει δὲ, ἐάνπερ τῶν εἰκότων γίγνηταί τι καὶ ἀπευκτῶν, σχεδὸν εἰς ἐρημίαν τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς Σικελία πᾶσα, Φοινίκων ἢ

dem ſceleris ſui iudices, unde & poenas perſolvat. Sed quaenam illis poenae ob ea, quae acta ſunt, neceſſario rectequeadmoveri poſſunt? ſi enim vel vos illorum vim facile propulſare poſſetis, & abſque magnis periculis laboribuſque id facere, vel illi ſe dominationem facile recepturos arbitrarentur: haud ſane poſſemus ea vobis, quae nunc dicturi ſumus, conſulere. nunc vero utrique conſiderare atque meminiſſe debetis, quoties iam alterutri in ſpem prope certam perveniſtis conſequendi, quod optabatis, paulum deeſſe opinantes ad cuncta pro arbitrio conſequenda. id ipſum tamen paulum ingentium plurimorumque malorum ubique cauſa exſtitit: neque dum pervenit ad terminum, ſed continuata quadam ſucceſſione inveterati iam mali apparenti termino principium ſuboritur novum. Eiuſmodi vero circuitus rerumque viciſſitudo perditura videtur tyrannicum genus ſimul atque populare: & quantum veriſimili ratione formidandum portenditur, tota Sicilia in Graecae linguae oblivionem lapſura videtur, ad Phoenicum Opicorumque poteſtatem dominatio-

Ὀπικῶν μεταβαλοῦσα εἰς τινα δυναστείαν καὶ κράτος. τούτων δὴ χρὴ πάσῃ προθυμίᾳ πάντας τοὺς Ἕλληνας τέμνειν φάρμακον. εἰ μὲν δή τις ὀρθότερον ἄμεινόν τ' ἔχει τοῦ ὑπ' ἐμοῦ ῥηθησομένου, ἐνεγκὼν εἰς τὸ μέσον, ὀρθότατα φιλέλλην ἂν λεχθείη. ὃ δέ μοι φαίνεται πη, ταυῦν ἐγὼ πειράσομαι πάσῃ παῤῥησίᾳ καὶ κοινῷ τινι δικαίῳ λόγῳ χρώμενος δηλοῦν. λέγω γὰρ δὴ διαιτητοῦ τινα τρόπον διαλεγόμενος, ὡς δυοῖν τυραννεύσαντί τε καὶ τυραννευθέντι, ὡς ἑνὶ ἑκατέρῳ παλαιὰν ἐμὴν ξυμβουλήν. καὶ νῦν δ' ὅγ' ἐμὸς λόγος ἂν εἴη ξύμβουλος τυράννῳ παντὶ, φεύγειν μὲν τοὔνομά τε καὶ τοῦργον τοῦτο, εἰς βασιλείαν δὲ, εἰ δυνατὸν εἴη, μεταβαλεῖν. δυνατὸν δὲ, ὡς ἔδειξεν ἔργῳ σοφὸς ἀνὴρ καὶ ἀγαθὸς Λυκοῦργος· ὃς ἰδὼν τὸ τῶν οἰκείων γένος ἐν Ἄργει καὶ Μεσήνῃ ἐκ βασιλέων εἰς τυράννων δύναμιν ἀφικομένους, καὶ διαφθείραντας ἑαυτούς τε καὶ τὴν πόλιν ἑκατέρους ἑκατέραν, δείσας περὶ τῆς αὐτοῦ πόλεως ἅμα καὶ γένους, φάρμακον ἐπήνεγκε τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν, καὶ τὸν τῶν ἐφόρων δασμὸν, τῆς βα-

p. 354 a.

b.

nemque translata. Quamobrem contra haec Graeci omnes omni providentia remedium afferre debent. si quis igitur rectius meliusque consilium eo, quod a me dicetur, adducat in medium, merito Graecorum amator cognominabitur. Quae vero quodammodo sit mea sententia, conabor nunc libere prorsus, communi ratione legeque fretus, exponere. Ego igitur, personam mihi arbitri assumens, quemadmodum iamdiu consuevi, tam exercenti, quam praeferenti tyrannidem, communiter consulam. Atque inprimis omni tyranno, ut appellationem hanc, remque ipsam fugiat, atque in regnum, si potest fieri, transferat. Fieri vero posse, Lycurgus, vir bonus & sapiens, re demonstravit. is enim, cum videret, genus proprium Argis, & apud Messenios, ex regno in tyrannidem iam translatum, ideoque hos populos utrosque tam se ipsos perdentes, quam civitates utrinque utrasque, timens patriae simul & generi remedium adhibuit, senatum procreans, Ephororumque magistratum in regni salutem. quapropter tot

σιλικῆς ἀρχῆς σωτήριον· ὥστε γενεὰς τοσαύτας ἤδη μετ' εὐ-
c. κλείας σώζεσθαι· νόμος ἐπειδὴ κύριος ἐγένετο βασιλεὺς τῶν
ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐκ ἄνθρωποι τύραννοι νόμων· ὃ δὴ καὶ νῦν
οὑμὸς λόγος πᾶσι παρακελεύεται· τοῖς μὲν τυραννίδος ἐφιε-
μένοις, ἀποτρέπεσθαι καὶ φεύγειν φυγῇ ἀπλήστῳ πεινώντων
εὐδαιμόνισμα ἀνθρώπων καὶ ἀνοήτων· εἰς βασιλέως δ' εἶδος
πειρᾶσθαι μεταβάλλειν, καὶ δουλεῦσαι νόμοις βασιλικοῖς,
τὰς μεγίστας τιμὰς κεκτημένους παρ' ἑκόντων τε ἀνθρώπων
d. καὶ τῶν νόμων. τοῖς δὲ δὴ ἐλεύθερα διώκουσιν ἤθη, καὶ φεύ-
γουσι τὸν δούλειον ζυγὸν, ὡς ὂν κακὸν, εὐλαβεῖσθαι ξυμβου-
λεύοιμ' ἂν μήποτε ἀπλησίᾳ ἐλευθερίας ἀκαίρου τινὸς εἰς τὸ
τῶν προγόνων νόσημα ἐμπέσωσιν· ὃ διὰ τὴν ἄγαν ἀναρχίαν
οἱ τότε ἔπαθον, ἀμέτρῳ ἐλευθερίας χρώμενοι ἔρωτι. οἱ γὰρ
πρὸ Διονυσίου καὶ Ἱππαρίνου ἄρξαντες Σικελιῶται, τότε ὡς
ᾤοντο εὐδαιμόνως ἔζων, τρυφῶντές τε καὶ ἅμα ἀρχόντων
ἄρχοντες· οἳ καὶ τοὺς δέκα στρατηγοὺς κατέλευσαν βάλλον-

iam ſecula ſervatur cum gloria: poſtquam videlicet lex auctoritatis plena, hominum regina facta eſt; non autem homines legum tyranni. Ad hoc ipſum in praeſentia ratio mea omnes homines cohortatur, ſuadens his, qui tyrannidem affectant, declinare ac fugere indefeſſo quodam ſtudio eiuſmodi famelicorum ſtultorumque hominum felicitatem: atque ad regiam gubernationis formam pro viribus ſe transferre, legibuſque regiis obtemperare, maximos honores ab hominibus legibuſque volentibus quandoque reportaturis. Qui vero omnibus vivendi praeferunt libertatem, iugum vero ſervile fugiunt, tanquam malum, ii caveant moneo, ne inſatiabili importunae libertatis aviditate in maiorum ſuorum incidant morbum: quem quidem illi propterea paſſi ſunt, quod nulli parere volentes, libertatis amore intemperanter abuſi ſunt. Qui enim ante Dionyſium & Hipparinum in Sicilia gubernabant, beate ſibi vivere videbantur, libidinibus diſſoluti, principibus imperantes: praeterea decem ante Dionyſium praefectos, depoſitos profligarunt, neminem ſecundum legem

τες τοὺς πρὸ Διονυσίου, κατὰ νόμον οὐδένα κρίναντες, ἵνα e.
δὴ δουλεύοιεν μηδενὶ μήτε σὺν δίκῃ, μήτε νόμῳ δεσπότῃ·
ἐλεύθεροι δ' εἶεν πάντη πάντως. ὅθεν αἱ τυραννίδες ἐγένοντο
αὐτοῖς. δουλεία γὰρ καὶ ἐλευθερία, ὑπερβάλλουσα μὲν ἑκα-
τέρα, πάγκακον· ἔμμετρος δὲ οὖσα, παναγαθον. μετρία δὲ ἡ
θεῷ δουλεία· ἄμετρος δὲ, ἡ τοῖς ἀνθρώποις. θεὸς δὲ ἀνθρώποις
σώφροσι, νόμος· ἄφροσι δὲ, ἡδονή. τούτων δὴ ταύτῃ πεφυκό- p.
των, ἃ ξυμβουλεύω Συρακουσίοις πᾶσι, φράζειν παρακελεύο- 355
μαι τοῖς Δίωνος φίλοις, ἐκείνου καὶ ἐμὴν κοινὴν ξυμβουλήν. a.
ἐγὼ δὲ ἑρμηνεύσω ἃ ἐκεῖνος ἔμπνους ὢν καὶ δυνάμενος εἶπεν
νῦν πρὸς ὑμᾶς. τίν' οὖν δή τις ἂν εἴποι λόγον ἀποφαίνεται
ἡμῖν περὶ τῶν νῦν παρόντων ἡ Δίωνος ξυμβουλή; τόνδε· Δέ-
ξασθε, ὦ Συρακούσιοι, πάντων πρῶτον νόμους, οἵτινες ἂν
ὑμῖν φαίνωνται μὴ πρὸς χρηματισμὸν καὶ πλοῦτον τρέψον- b.
τες τὰς γνώμας ὑμῶν, μήτ' ἐπιθυμίας. ἀλλ' ὄντων τριῶν,
ψυχῆς καὶ σώματος, ἔτι δὲ χρημάτων, πρώτην μὲν τὴν τῆς
ψυχῆς ἐπιμέλειαν ἔχειν δεῖ· δευτέραν δὲ, τὴν τοῦ σώματος,

iudicantes; quo nulli ſubeſſent homini iuſte iudicanti, aut dominanti legi, ſed omnino in ſingulis liberi forent. Qua quidem cauſa illis tyrannides exortae ſunt. ſervitus enim ac libertas, ſi modum excedat, utraque mala eſt: ſi modum obſervet, utraque bona. Moderata quidem ſervitus eſt, quae Deo exhibetur: immoderata vero, quae hominibus. Deus quidem hominibus temperatis lex eſt: intemperatis vero, voluptas. Cum igitur haec ita natura ſe habeant, quae conſulo, mando Dionis amicis, ea Syracuſanis omnibus promulganda ex communi Dionis meaque ſententia. Equidem vobis exponam, quae ille adhuc ſpirans locutus eſt. Quam igitur rationem, quaeret quiſpiam, circa praeſentia nobis Dionis conſilium affert? Hanc vero omnium primam nunc accipite. Principio, leges tales ſint, quae non ad opes pecuniaſque comparandas, neque ad libidines mentes convertant: ſed, cum tria ſint, anima, corpus, pecunia, virtutem animi maxime anteponant: ſecundo vero loco, virtutem corporis, virtuti

ὑπὸ τῇ τῆς ψυχῆς κειμένην· τρίτην δὲ καὶ ὑστάτην, τὴν τῶν χρημάτων τιμὴν, δουλεύουσαν τῷ σώματί τε καὶ τῇ ψυχῇ. καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἀπεργαζόμενος θεσμὸς, νόμος ἂν ὀρθῶς ὑμῖν εἴη κείμενος, ὄντως εὐδαίμονας ἀποτελῶν τοὺς χρωμένους· ὁ c. δὲ τοὺς πλουσίους εὐδαίμονας ὀνομάζων λόγος, αὐτός τε ἄθλιος, γυναικῶν καὶ παίδων ὢν λόγος ἄνους, τοὺς πειθομένους τε ἀπεργάζεται τοιούτους. ὅτι δ' ἀληθῆ ταῦτ' ἐγὼ παρακελεύομαι, ἐὰν γεύσησθε τῶν νῦν λεγομένων περὶ νόμων, ἔργῳ γνώσεσθε. ἡ δὴ βάσανος ἀληθεστάτη δοκεῖ γίγνεσθαι τῶν πάντων πέρι. δεξάμενοι δὲ τοὺς τοιούτους νόμους, ἐπειδὴ κατέχει κίνδυνος Σικελίαν, καὶ οὔτε κρατεῖτε ἱκανῶς, d. οὔτ' αὖ διαφερόντως κρατεῖσθε, δίκαιον ἂν ἴσως καὶ ξυμφέρον γίγνοιτο ὑμῖν πᾶσι μέσον τεμεῖν, τοῖς τε φεύγουσι τῆς ἀρχῆς τὴν χαλεπότητα ὑμῖν, καὶ τοῖς τῆς ἀρχῆς πάλιν ἐρῶσι τυχεῖν· ὧν οἱ πρόγονοι, τότε μέγιστον, ἔσωσαν ἀπὸ βαρβάρων τοὺς Ἕλληνας, ὥστ' ἐξεῖναι περὶ πολιτείας νῦν ποιεῖσθαι λόγους. ἔῤῥουσι δὲ τότε οὔτε λόγος οὔτ' ἐλπὶς ἐλείπετ'

animi fervientem: tertio ultimoque gradu, pecuniarum pretium collocent, animo corporique miniſtrans. Quaecunque lex haec efficit, recta eſt, revera beatitudinem utentibus afferens. locupletes vero beatos appellare, ſermo amens eſt & infelix, mulieribus puerisque conveniens, atque eos, qui id credunt, tales efficiens. Quod autem ego nunc ad vera vos bona cohortor, ſi, quae modo dixi de legibus, deguſtetis, opere ipſo intelligetis. quae quidem examinatio in cunctis veriſſima eſſe videtur. Receptis vero huiuſmodi legibus, cum Sicilia in diſcrimine poſita ſit, neque ſufficienter vos ſuperetis, neque rurſus admodum ſuperemini, iuſtum forte atque utile vobis omnibus erit medium incidere, tum vobis dominationis acerbitatem fugientibus, tum aliis dominationem adipiſci deſiderantibus. quorum maiores olim, quod maximi faciendum eſt, Graecos a barbaris ſervaverunt, adeo ut in praeſentia liceat de republica conſultare. alioquin, ſi tunc perditae res fuiſſent, neque nunc de his loqui liceret, neque ſpes

ἂν οὐδαμῇ οὐδαμῶς. νῦν οὖν τοῖς μὲν ἐλευθερία γιγνέσθω
μετὰ βασιλικῆς ἀρχῆς· τοῖς δὲ ἀρχὴ ὑπεύθυνος βασιλικὴ, e.
δεσποζόντων νόμων τῶν τε ἄλλων πολιτῶν καὶ τῶν βασιλέων
αὐτῶν, ἄν τι παράνομον πράττωσιν. ἐπὶ δὲ τούτοις ξύμπα-
σιν, ἀδόλῳ γνώμῃ καὶ ὑγιεῖ μετὰ θεῶν βασιλέα ςήσασθε,
πρῶτον μὲν, τὸν ἐμὸν υἱὸν, χαρίτων ἕνεκα διττῶν, τῆς τε
παρ' ἐμοῦ καὶ τῆς παρὰ τοῦ ἐμοῦ πατρός. ὁ μὲν γὰρ ἀπὸ
βαρβάρων ἠλευθέρωσεν ἐν τῷ τότε χρόνῳ τὴν πόλιν, ἐγὼ δὲ
ἀπὸ τυράννων νῦν δίς· ὧν αὐτοὶ μάρτυρες ὑμεῖς γεγόνατε. p.
δεύτερον δὲ δὴ ποιεῖσθε βασιλέα, τὸν τῷ μὲν ἐμῷ πατρὶ ταὐ- 356
τὸν κεκτημένον ὄνομα, υἱὸν δὲ Διονυσίου, χάριν τῆς τε νῦν a.
βοηθείας καὶ ἐσίου τρόπου· ὃς γενόμενος τυράννου πατρὸς,
ἑκὼν τὴν πόλιν ἐλευθεροῖ, τιμὴν αὐτῷ καὶ γένει ἀείζωον
ἀντὶ τυραννίδος ἐφημέρου καὶ ἀδίκου κτώμενος. τρίτον δὲ,
προκαλεῖσθαι χρὴ βασιλέα γίγνεσθαι Συρακουσῶν, ἑκόντα
ἑκούσης τῆς πόλεως, τὸν νῦν τοῦ τῶν πολεμίων ἄρχοντα ςρα-
τοπέδου, Διονύσιον τὸν Διονυσίου· ἐὰν ἐθέλῃ ἑκὼν εἰς βασι- b.

ulla ſupereſſet. Nunc igitur aliis quidem libertas ſit cum regia poteſtate: aliis autem poteſtas regno ſubiecta, legibus dominantibus, non aliis tantum civibus, ſed ipſis etiam regibus, ſi quid egerint contra leges. In his autem omnibus mente a dolis aliena atque ſana, Diis iuvantibus, reges create: primum quidem filium meum, duplici gratia, mei ſcilicet gratia atque avi ſui. ille enim ea tempeſtate patriam a barbaris liberavit: ego vero iam bis a tyrannis. quorum quidem teſtes mihi vos ipſi eſtis. Secundum vero regem create eum, qui idem, quod & pater meus, nomen habet: Dionyſii inquam filium. atque id facite, praeſentis eius in patriam officii memores, piorumque eius morum: qui, patre tyranno natus, patriam ſponte liberare aggreditur, pro breviſſima iniuſtaque tyrannide gloriam ſibi generique comparans ſempiternam. Tertium denique ad regnum Syracuſanum invitare oportet volentem, civitate volente, Dionyſium Dionyſii filium, nunc exercitus hoſtium ducem: ſi velit, inquam, regiae dignitatis

λέως σχῆμα ἀπαλλάττεσθαι, δεδιὼς μὲν τὰς τύχας, ἐλεῶν δὲ πατρίδα, καὶ ἱερῶν ἀθεραπευσίαν καὶ τάφους· μὴ διὰ φιλονεικίαν πάντως πάντα ἀπολέσῃ, βαρβάροις ἐπίχαρτος γενόμενος, τρεῖς δ' ὄντας βασιλέας, εἴτ' οὖν τὴν Λακωνικὴν δύναμιν αὐτοῖς δόντες, εἴτε ἀφελόντες καὶ ξυνομολογήσαντες, κατασήσατε, τρόπῳ τινὶ τοιῷδε ὃς εἴρηται μὲν καὶ πρό-
c. τερον ὑμῖν, ὅμως δ' ἔτι καὶ νῦν ἀκούετε. ἐὰν ἐθέλῃ τὸ γένος ὑμῖν τὸ Διονυσίου τε καὶ Ἱππαρίνου ἐπὶ σωτηρίᾳ Σικελίας παύσασθαι τῶν νῦν παρόντων κακῶν, τιμὰς αὐτοῖς καὶ γένη λαβόντες, εἰς τε τὸν ἔπειτα καὶ τὸν νῦν χρόνον ἐπὶ τούτοις καλεῖτε, ὥσπερ καὶ πρότερον ἐρρήθη, πρέσβεις οὓς ἂν ἐθελήσωσι, κυρίους ποιησάμενοι τῶν διαλλαγῶν· εἴτε τινὰς αὐτόθεν, εἴτε ἔξωθεν, εἴτε ἀμφότερα· καὶ ὁπόσους ἂν συγχωρήσωσι. τούτους δ' ἐλθόντας, νόμους μὲν πρῶτον θεῖναι καὶ πο-
d. λιτείαν τοιαύτην ἐν ᾗ βασιλέας ἁρμόττει γίγνεσθαι κυρίους ἱερῶν τε καὶ ὅσων ἄλλων πρέπει τοῖς γενομένοις ποτὲ εὐεργέ-

forma contentus vivere, timens videlicet fortunae vices, & patriam miſeratus, ſacraque & ſepulcra maiorum; ne contentione prorſus omnia perdat, barbaris ex patriae infelicitate gratificans. Hos vero tres reges, ſive illis auctoritatem eandem, quam Lacedaemonii reges habent, dederitis, ſive quid ademeritis, communi conſenſu conſtituetis, tali quodam pacto, ut prius dictum eſt, atque iterum nunc audite. Si Dionyſii & Hipparini genus voluerint pro Siciliae ſalute his calamitatibus, quae nunc urgent, finem imponere, honores ſibi totique familiae comparantes non ad praeſens ſolum, ſed in poſterum: hac, inquam, conditione, quemadmodum & prius dictum eſt, ad regnum vocate: & legatos, quos ipſi velint, concordiae gratia cum publica auctoritate deligite, ſive ex veſtris civibus, ſive ex alienis, ſive ex utriſque, totque praeterea, quot illi conceſſerint. Qui communi ſententia leges condant, atque rempublicam ita conſtituant, ut in ea reges eſſe deceat ſacrorum dominos, aliarumque rerum, quaſcunque decet his concedi, quorum beneficia in patriam exſtant. Proin-

ταις· πολέμου δὲ καὶ εἰρήνης ἄρχοντας, νομοφύλακας ποιήσασθαι ἀριθμὸν τριάκοντα καὶ πέντε, μετά τε δήμου καὶ βουλῆς. δικαστήρια δὲ, ἄλλα μὲν ἄλλων· θανάτου δὲ καὶ φυγῆς τούς τε πέντε καὶ τριάκοντα ὑπάρχειν. πρὸς τούτοις τε ἐκλεκτοὺς γίγνεσθαι δικαστὰς ἐκ τῶν νῦν αἰεὶ περισυνῶν ἀρχόντων, ἕνα ἀφ' ἑκάστης τῆς ἀρχῆς τὸν ἄριστον δόξαντ' εἶναι e.
καὶ δικαιότατον. τούτους δὲ τὸν ἐπιόντα ἐνιαυτὸν δικάζειν ὅσα θανάτου καὶ δεσμοῦ καὶ μεταστάσεως τῶν πολιτῶν· βασιλέα δὲ, τῶν τοιούτων δικῶν μὴ ἐξεῖναι δικαστὴν γίγνεσθαι, καθάπερ ἱερέα, φόνου καθαρεύοντα καὶ δεσμοῦ καὶ φυγῆς. p.
ταῦτ' ὑμῖν ἐγὼ καὶ ζῶν διενοήθην γίγνεσθαι, καὶ νῦν διανοοῦμαι. καὶ τότε κρατήσας τῶν ἐχθρῶν, μεθ' ὑμῶν, εἰ μὴ ξενικαὶ ἐρινύες ἐκώλυσαν, κατέσχησα ἂν ἥπερ καὶ διενοούμην· καὶ μετὰ ταῦτα Σικελίαν ἂν τὴν ἄλλην, εἴπερ ἔργα ἐπὶ νῷ ἐγίγνετο, κατῴκισα· τοὺς μὲν βαρβάρους ἣν νῦν ἔχουσιν ἀφελόμενος, ὅσοι μὴ ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας διεπολέμη- 357 a.

de belli paciſque arbitrium habeant cuſtodes ipſi legum creati, numero quinque & triginta, una cum populo atque ſenatu. Iudicia vero diſtincta ſint alia aliorum. Mortis quidem atque exſilii auctoritas ſit penes triginta & quinque viros, & praeter eos, penes alios quoſdam iudices ex illis electos, qui magiſtratibus proxime perfuncti ſunt: ita ut unus ex quolibet magiſtratu eligatur, qui optimus iuſtiſſimuſque appareat. Hi ſequenti anno de morte, & carcere, & exſilio ſententiam ferant. Regi vero his iudiciis intereſſe non liceat, utpote ſacerdoti, quem in ferenda necis, carceris, exſilii ſententia contaminari nefas ſit. Haec equidem & dum viverem, cogitabam, & nunc etiam cogito facienda: atque tunc, cum inimicos ſuperaviſſem una vobiſcum, niſi externi, furiaeque obſtitiſſent, ut decreveram, conſtituiſſem. proinde, ſi ad votum res proceſſiſſent, colonis reliquam Siciliam repleviſſem, barbaris quidem ex his locis, quae nunc occupant, expulſis, praeterquam ſi qui eorum pro communi libertate contra tyrannidem pugnaverunt: priores autem Graecorum locorum

σαν πρὸς τὴν τυραννίδα· τοὺς δ' ἔμπροσθεν οἰκητὰς τῶν Ἑλ-
b. ληνικῶν τόπων εἰς τὰς ἀρχαίας καὶ πατρῴας οἰκήσεις κατοι-
κίσας. ταυτὰ δὲ ταῦτα καὶ νῦν πᾶσι συμβουλεύω κοινῇ διανοηθῆναι, καὶ πράττειν τε καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ταύτας τὰς πράξεις πάντας· τὸν μὴ ἐθέλοντα δὲ, πολέμιον ἡγεῖσθαι κοινῇ. ἔστι δὲ ταῦτα οὐκ ἀδύνατα. ἃ γὰρ ἐν δυοῖν τε ὄντα ψυχαῖν τυγχάνει, καὶ λογισαμένοις εὑρεῖν βέλτιστα ἑτοίμως ἔχει, ταῦτα δὲ σχεδὸν ὃ κρινων ἀδύνατα, οὐκ εὖ Φρονεῖ. λέ-
c. γω δὲ τὰς δύο, τήν τε Ἱππαρίνου τοῦ Διονυσίου υἱέως, καὶ τὴν τοῦ ἐμοῦ υἱοῦ. τούτοιν γὰρ ξυνομολογησάντοιν, τοῖς γε ἄλλοις Συρακουσίοις οἶμαι καὶ πᾶσιν ὅσοίπερ τῆς πόλεως κήδονται ξυνδοκεῖν. ἀλλὰ θεοῖς τε πᾶσι τιμὰς μετ' εὐχῶν δόντες, τοῖς τε ἄλλοις ὅσοις μετὰ θεῶν πρέπει· πείθοντες καὶ προκαλούμενοι φίλους καὶ διαφόρους μαλακῶς τε καὶ πάντως, μὴ ἀποζῆτε πρὶν ἂν τὰ νῦν ὑφ' ἡμῶν λεχθέντα, οἷον ὀνείρατα θεία ἐπιφάντα ἐγρηγορόσιν, ἐναργῆ τε ἐξεργάσησθε
d. τελεσθέντα καὶ εὐτυχῆ.

colonos, in antiquas patriasque sedes restituissem. Haec igitur eadem in praesentia omnibus consulo communi consilio deliberare & agere, atque ad haec agenda omnes cohortari: quod si qui dissenserint, eos communi sententia hostes existimare. Neque vero haec talia sunt, ut fieri nequeant. quae enim in duorum animis consistunt, atque his, qui consultando perquirunt optima, mox facileque occurrunt, ea qui impossibilia iudicat, non recte sentit. Dico autem duos, Hipparini scilicet, Dionysii filii, atque insuper mei filii animos. arbitror enim, si hi consenserint, alios quoque Syracusanos, & omnes, quibus patria curae est, consensuros. Sed Diis omnibus honores cum precibus offerentes, & aliis praeterea, quibuscunque una cum Diis vovere decet, praeterea cohortantes invitantesque amicos & inimicos omnino atque benigne, nolite prius desistere, quam ea, quae a nobis dicta sunt, quasi divina somnia vigilantibus supervenientia, perspicua quidem atque felicia perfectissime impleatis.

Ἐνάτη.

## ΠΛΑΤΩΝ ΑΡΧΥΤΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΩ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

ΑΦΙΚΟΝΤΟ πρὸς ἡμᾶς οἱ περὶ Ἄρχιππον καὶ Φιλωνίδην, τήν τε ἐπιστολὴν φέροντες ἣν σὺ αὐτοῖς ἔδωκας, καὶ ἀπαγγέλλοντες παρὰ σοῦ. τὰ μὲν οὖν πρὸς τὴν πόλιν οὐ χαλεπῶς διεπράξαντο· (καὶ γὰρ οὐδὲ παντελῶς ἦν ἐργώδη) τὰ δὲ παρὰ σοῦ διῆλθον ἡμῖν, λέγοντες ὑποδυσφορεῖν σε ὅτι οὐ δύνασαι τῆς περὶ τὰ κοινὰ ἀσχολίας ἀπολυθῆναι. ὅτι μὲν οὖν ἥδιστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν, ἄλλως τε καὶ εἴτις ἔλοιτο τοιαῦτα πράττειν οἷα καὶ σύ, σχεδὸν παντὶ δῆλον. ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι, οἱ γεννήσαντες· τὸ δὲ, οἱ λοιποὶ φίλοι· πολλὰ δὲ καὶ τοῖς καιροῖς δίδοται τοῖς τὸν βίον e. p. 358 a.

## EPISTOLA IX.

## PLATO ARCHYTAE TARENTINO BENE AGERE.

VENERUNT ad nos Archippus & Philonides, ferentes epistolam, quam eis dederas, ac de rebus tuis quae oportuit nuntiantes. Publica quidem civitatis negotia absque difficultate peregerunt: neque enim admodum laboriosa erant. Te vero narraverunt permoleste ferre, quod a publicis civitatis occupationibus liberari non valeas. Quod vero dulcissimum vitae genus sit, agere sua, praesertim si quis talia elegerit facienda, qualia tu, omnibus ferme est manifestum. Sed illud quoque te considerare oportet, nullum nostrûm sibi soli natum esse: sed ortus nostri partem sibi patriam vindicare, partem parentes, partem amicos: multa insuper pro temporum diversitate nobis accidere, quibus vita nostra occupata

ἡμῶν καταλαμβάνουσι. καλούσης δὲ τῆς πατρίδος αὐτῆς
πρὸς τὰ κοινὰ, ἄτοπον ἴσως τὸ μὴ ὑπακούειν. ἅμα γὰρ ξυμ-
b. βαίνει καὶ χώραν καταλιμπάνειν φαύλοις ἀνδρώποις, οἳ οὐκ
ἀπὸ τοῦ βελτίσου πρὸς τὰ κοινὰ προσέρχονται. περὶ τούτων
μὲν οὖν ἱκανῶς. Ἐχεκράτους δὲ καὶ νῦν ἐπιμέλειαν ἔχομεν,
καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ἕξομεν, καὶ διά σε, καὶ διὰ τὸν πα-
τέρα αὐτοῦ Φρυνίωνα, καὶ δι' αὐτὸν τὸν νεανίσκον.

est. Vocante igitur te patria ipsa ad rempublicam gubernandam, absurdum forsan esset non parere: praesertim cum simul accidat, ut aditus pravis hominibus relinquatur, qui nulla ipsius, quod optimum est, ratione proficiscuntur ad publica. De his ergo iam satis. Echecratis autem curam habemus in praesentia, habebimusque in posterum, & tui gratia, & patris eius Phrynionis, & propter ipsum adolescentem.

---

Δεκάτη.

## ΠΛΑΤΩΝ ΑΡΙΣΤΟΔΩΡΩ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

c. Ἀκοτῶ Δίωνος ἐν τοῖς μάλιςα ἑταῖρον εἶναί τε σὲ καὶ
νῦν, καὶ γεγονέναι διὰ παντὸς τὸ σοφώτατον ἦθος τῶν εἰς
Φιλοσοφίαν παρεχόμενον. τὸ γὰρ βέβαιον καὶ πιςὸν καὶ ὑγιὲς,
τοῦτο ἐγώ φημι εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν· τὰς δὲ ἄλ-

## EPISTOLA X.

## PLATO ARISTODORO BENE AGERE.

Audio, te ante alios & nunc familiarem esse Dionis, & per omne tempus sapientiam morum ad philosophiam spectantium inprimis exercuisse. nam firmitatem, fidem, sinceritatem, veram esse philosophiam existimo: alias vero,

λας τε καὶ εἰς ἄλλα τεινούσας σοφίας τε καὶ δεινότητας, κομψότητας οἶμαι προσαγορεύων ὀρθῶς ὀνομάζειν. ἀλλ' ἔρρωσό τε, καὶ μένε ἐν τοῖς ἤθεσιν οἵσπερ καὶ μένεις.

& ad alia declinantes ſcientias & facultates, ſi quis ornamenta dixerit, recte, ut arbitror, appellabit. Sed vale iam, & in praeſentibus his perſevera moribus.

---

Ἐνδεκάτη.

## ΠΛΑΤΩΝ ΛΑΟΔΑΜΑΝΤΙ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Ἐπεξείλαμέν σοι καὶ πρότερον ὅτι πολὺ διαφέρει πρὸς ἅπαντα ἃ λέγεις αὐτὸν ἀφικέσθαι σὲ Ἀθήναζε· ἐπειδὴ δὲ σὺ φῂς ἀδύνατον εἶναι, μετὰ τοῦτο ἦν δεύτερον, εἰ δυνατὸν ἐμὲ ἀφικέσθαι, ἢ Σωκράτη, ὥσπερ ἐπέξειλας. νῦν δὲ Σωκράτης μέν ἐσι περὶ ἀσθένειαν τὴν τῆς στραγγουρίας· ἐμὲ δὲ ἀφικόμενον ἐνταῦθα ἄσχημον ἂν εἴη μὴ διαπράξασθαι ἐφ' ἅπερ σὺ παρακαλεῖς. ἐγὼ δὲ ταῦτα γενέσθαι ἂν οὐ πολλὴν ἐλπίδα ἔχω· (δι' ἃ δὲ, μακρᾶς ἑτέρας δέοιτ' ἂν ἐπιστολῆς, ἥτις πάντα διεξίοι) καὶ ἅμα οὐδὲ τῷ σώματι, διὰ τὴν ἡλι-

d.

e.

## EPISTOLA XI.

## PLATO LAODAMANTI BENE AGERE.

SCRIPSIMUS etiam prius ad te, referre multum ad ea, quae dicis, omnia, ut Athenas ipſe proficiſcaris. Quoniam vero ais, te venire non poſſe, ſecundo id loco foret, ſi vel ego, vel Socrates, ut per tuas literas ſignificaſti, iſtuc nos conferre poſſemus. Verum Socrates quidem hoc tempore morbo ſtranguriae impeditur. mihi vero iſtuc proficiſcenti dedecus foret, ſi illa, quorum gratia me vocas, nequaquam perficerentur: quae quidem perfici poſſe, haud admodum ſpero. ſi quis autem ea omnia referre aggrediatur, quorum de cauſa ita diffidam, prolixa opus erit epiſtola. Praeterea per aetatem non ſa-

κίαν, ἱκανῶς ἔχω πλανᾶσθαι καὶ κινδυνεύειν κατά τε γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, οἷα ἁπαντᾷ· καὶ νῦν πάντα κινδύνων ἐν ταῖς πορείαις ἐξὶ μεχά. συμβουλεῦσαι μέντοι ἔχω σοί τε καὶ
p. τοῖς οἰκιῳαῖς, ὃ εἰπόντος μὲν ἐμοῦ, φησὶν Ἡσίοδος, δόξαι
359 ἂν εἶναι φαῦλον, χαλεπὸν δὲ νοῆσαι. εἰ γὰρ οἴονται ὑπὸ νό-
a. μων θέσεως καὶ ὄντινων εὖ ποτε πολιτείαν ἂν κατασκευασθῆναι, ἄνευ τοῦ εἶναί τι κύριον ἐπιμελούμενον ἐν τῇ πόλει τῆς καθ' ἡμέραν διαίτης, ὅπως ἂν ᾖ σώφρων τε καὶ ἀνδρικὴ, δούλων τε καὶ ἐλευθέρων· οὐκ ὀρθῶς διανοοῦνται. τοῦτο δ' αὖ, εἰ μέν εἰσιν ἤδη ἄνδρες ἄξιοι τῆς ἀρχῆς ταύτης, γένοιτ' ἄν·
b. εἰ δ' ἐπὶ τὸ παιδεῦσαι δεῖ τινος, οὔτε ὁ παιδεύσων οὔτε οἱ παιδευθησόμενοι, ὡς ἐγὼ οἶμαι, εἰσὶν ὑμῖν. ἀλλὰ τὸ λοιπὸν τοῖς θεοῖς εὔχεσθε. καὶ γὰρ σχεδόν τι καὶ αἱ ἔμπροσθεν πόλεις οὕτω κατεσκευάσθησαν, καὶ ἔπειτα εὖ ᾤκησαν, ὑπὸ ξυμβάσεων πραγμάτων μεγάλων καὶ κατὰ πόλεμον καὶ κατὰ τὰς ἄλλας πράξεις γενομένων· ὅταν ἐν τοιούτοις καιροῖς ἀνὴρ καλός τε καὶ ἀγαθὸς ἐγγένηται μεγάλην δύναμιν ἔχων. τὸ δ'

tis corpore valeo ad iter conficiendum, periculaque mari terraque obeunda, qualia iter solet obiicere: praesertim vero hoc tempore omnia iter agentibus plena periculis sunt. Consulere tamen tibi & urbium conditoribus possum, quod nunc, me referente, inquit Hesiodus, Putare quidem fallax quiddam esse, difficileve intelligere. Nam si putant aliqui, legum quarumlibet positione civitatem bene quandoque constitui posse, nisi sit aliquis cum auctoritate praesidens civitati, quotidianae omnium vitae moderator, adeo ut sit temperata & fortis tam in servis, quam in liberis, non recte putant. Proinde, si sint iam apud vos viri hac potestate digni, id fieri posset. sin autem ad disciplinam opus sit aliquo, neque qui doceat, neque qui doceatur, ut opinor, apud vos sunt: reliquum est, Deos precari. nam fere quae ante hoc tempus fuerunt civitates, sic ab initio constitutae sunt, ac postea bene excultae, pro opportunitate magnarum rerum, tum bello, tum pace, quando in huiusmodi temporibus vir clarus & probus magnam adeptus fue-

ἔμπροσθεν αὐτὰ προθυμεῖσθαι μὲν χρὴ καὶ ἀνάγκη. διανοεῖ- c.
σθαι μέντοι αὐτὰ οἷα λέγω, καὶ μὴ ἀνοηταίνειν οἰομένους τὶ
ἑτοίμως διαπράξασθαι δεῖ. Εὐτύχει.

rit poteſtatem. Prius autem ipſa promtiſſime curare oportet, atque neceſſe eſt: conſiderare tamen ea, qualia dico; neque temere aggredi, quaſi leviter peragantur; cogitare vero, quid commode fieri poſſit. Vale felix.

---

Δωδεκάτη.

## ΠΛΑΤΩΝ ΑΡΧΥΤΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΩ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

ΤΑ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόντ' ὑπομνήματα θαυμαστῶς ὡς
ἄσμενοί τε ἐλάβομεν, καὶ τοῦ γράψαντος αὐτὰ ἠγάσθημεν
ὡς ἔνι μάλιστα. καὶ ἔδοξεν ἡμῖν εἶναι ὁ ἀνὴρ ἄξιος ἐκείνων d.
τῶν πάλαι προγόνων. λέγονται γὰρ δὴ οἱ ἄνδρες οὗτοι μύ-
ριοι εἶναι· οὗτοι δ' ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἐξαναστάντων
Τρώων, ἄνδρες ἀγαθοί, ὡς ὁ παραδεδομένος μῦθος δηλοῖ. τὰ
δὲ παρ' ἐμοὶ ὑπομνήματα περὶ ὧν ἐπέστειλας, ἱκανῶς μὲν οὔ-
πω ἔχει· ὡς δέ ποτε τυγχάνει ἔχοντα, ἀπέσταλκά σοι. περὶ

## EPISTOLA XII.

## PLATO ARCHYTAE TARENTINO BENE AGERE.

MIRUM eſt, quanta cum voluptate commentaria abs te miſſa accepimus, eorumque auctoris ingenio delectati ſumus. Viſus quidem nobis eſt vir ipſe dignus maioribus illis iam olim ſuis. ferunt enim virorum decem millia fuiſſe, qui ex omni Troianorum, qui ſub Laomedonte ſeceſſere, numero, ut fabula tradit, praeſtantiſſimi fuerunt. Commentaria vero, quae tu per literas a me petis, nondum abſoluta ſunt. qualiacun-

δὲ τῆς φυλακῆς ἀμφότεροι συμφωνοῦμεν· ὥστ' οὐδὲν δεῖ παρακελεύεσθαι.

que tamen ſunt, ad te miſi. De cuſtodia vero idem ſentimus ambo. quapropter nihil cohortatione opus eſſe videtur.

---

p. 360 a. *Quae ſequitur epiſtola, eſt decimatertia in praecedentibus editionibus: in quibus tamen, eam pro notha haberi, lector admonetur verbo νοθεύεται. An vero Diogenes Laërtius eam agnoverit, incertum eſt: quamvis & ipſe tredecim recenſeat, ex quibus ſint quatuor ad Dionyſium. Ne tamen lectori eam inter opuſcula notha quaerere moleſtum eſſet, viſum eſt hic collocare, adiecta etiam alius interpretis anonymi verſione: cum Ficinus quoque eam non verterit.*

Τρισκαιδεκάτη.

## ΠΛΑΤΩΝ ΔΙΟΝΤΣΙΩ ΤΥΡΑΝΝΩ ΣΥΡΑΚΟΥΣΩΝ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Ἀρχὴ σοι τῆς ἐπιστολῆς ἔσω, καὶ ἅμα ξύμβολον ὅτι παρ' ἐμοῦ ἐστι· τοὺς Λοκροὺς ποθ' ἑστιῶν νεανίσκους, πόρρω κατακείμενος ἀπ' ἐμοῦ, ἀνέστης παρ' ἐμέ· καὶ φιλοφρονούμενος εἶπες εὖ τι ῥῆμα ἔχον, ὡς ἐμοί τε ἐδόκει καὶ τῷ παρα-
b. κατακειμένῳ. ἦν δ' οὗτος τῶν καλῶν τις· ὃς τότε εἶπεν, Ἦ-

## EPISTOLA XIII.

## PLATO DIONYSIO SYRACUSARUM TYRANNO BENE AGERE.

Principium tibi epiſtolae, ſimulque nota, quod haec epiſtola mea ſit, haec eſto: Cum aliquando Locros iuvenes convivio excepiſſes, & procul a me diſcumberes, ſurrexiſti, ad meque acceſſiſti, & comiter humaniterque dixiſti lepidum quiddam, ut & mihi, & ei, qui proxime aſſidebat, viſum eſt. Erat autem ille ex numero urbanorum: qui tum, Maiorem

που πολλὰ, ὦ Διονύσιε, εἰς σοφίαν ὠφελῇ ὑπὸ Πλάτωνος. σὺ δ' εἶπες, Καὶ εἰς ἄλλα πολλά. ἐπεὶ καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς μεταπέμψεως, ὅτι μετεπεμψάμην αὐτὸν, δι' αὐτὸ τοῦτο εὐθὺς ὠφελήθην. τοῦτ' οὖν διασωστέον, ὅπως ἂν αὐξάνηται αἰεὶ ἡμῖν ἡ ἀπ' ἀλλήλων ὠφέλεια. καὶ ἐγὼ νῦν τοῦτ' αὐτὸ παρασκευάζων, τῶν τε Πυθαγορείων πέμπω σοὶ καὶ τῶν διαιρέσεων, καὶ ἄνδρα, ὥσπερ ἐδόκει ἡμῖν τότε, ᾧ γε σὺ καὶ Ἀρχύτης, εἴπερ c.
ἥκει παρά σε Ἀρχύτης, χρῆσθαι δύναισθ' ἄν. ἔστι δὲ ὄνομα μὲν Ἑλίκων· τὸ δὲ γένος, ἐκ Κυζίκου· μαθητὴς δὲ Εὐδόξου, καὶ περὶ πάντα τὰ ἐκείνου πάνυ χαρίεντως ἔχων. ἔτι δὲ καὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν τῳ ξυγγέγονε, καὶ Πολυξένῳ τῶν Βρύωνος τινὶ ἑταίρων. ὁ δὲ σπάνιον ἐπὶ τούτοις, οὔτε ἀχαρίς ἐστιν ἐντυχεῖν, οὔτε κακοήθει ἔοικεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλαφρὸς καὶ εὐήθης δόξειεν ἂν εἶναι. δεδιὼς δὲ λέγω ταῦτα, ὅτι ὑπὲρ ἀνθρώπου δόξαν ἀποφαίνομαι, οὐ φαύλου ζώου, ἀλλ' εὐμε- d.
ταβόλου, πλὴν πάνυ ὀλίγων τινῶν, καὶ εἰς ὀλίγα. ἐπεὶ καὶ περὶ τούτου φοβούμενος καὶ ἀπιστῶν, ἐσκόπουν αὐτός τε ἐν-

sane in modum, inquit, o Dionysi, a Platone ad consequendam sapientiam adiuvaris. cui tu, Multis etiam aliis in rebus, respondisti. Etenim ex quo eum arcessiri iussi, repente ob eam ipsam causam, quod eum arcessiveram, emolumentum percepi. Itaque considerandum est hoc, ut haec mutua utilitas perpetuo magis ac magis inter nos augescat. Nunc igitur hoc ipsum studens, mitto tibi ex Pythagoreis, & ex divisionibus, & virum praeterea, cuius opera, quemadmodum tum nobis visum est, & tu, & Archytas (si ipse ad te venit) uti possitis. Ei nomen est Helicon: patria Cyzicus, Eudoxi discipulus, cuius omni doctrina eleganter est institutus: & usus ei interfuit cum quodam Socratis discipulorum, & Polyxeno, Brysonis sodali: quodque praeterea rarum est, comis est & affabilis; neque malitiosus videtur, sed levis potius & candidus esse iudicaretur. Caute autem & timide loquor: quippe de homine sententiam exponens, non de perdito animali, sed quod mutari corrigique facile possit, nisi in quibusdam, iisque per-

τυγχάνων, καὶ ἐπυνθανόμην τῶν πολιτῶν αὐτοῦ, καὶ οὐδεὶς οὐδὲν φλαῦρον ἔλεγε τὸν ἄνδρα. σκόπει δὲ καὶ αὐτὸς, καὶ εὐλαβοῦ. μάλιστα μὲν οὖν, ἂν καὶ ὁπωστιοῦν σχολάζῃς, μάνθανε παρ' αὐτοῦ, καὶ τἆλλα φιλοσόφει· εἰ δὲ μὴ, ἐκδιδαξαί τινα ἵνα κατὰ σχολὴν μανθάνων, βελτίων γίγνῃ, καὶ εὐδοξῇς, ὅπως τὸ δι' ἐμὲ ὠφελεῖσθαί σε μὴ ἀνείῃ· καὶ ταῦτα μὲν
p. δὴ ταύτῃ. Περὶ δὲ ὧν ἐπέστελλές μοι ἀποπέμπειν σοὶ, τὸν μὲν
361 a. Ἀπόλλω ἐπριάμην τε, καὶ ἄγει σοὶ Λεπτίνης, νέου καὶ ἀγαθοῦ δημιουργοῦ· ὄνομα δ' ἔστιν αὐτῷ Λεωχάρης. ἕτερον δὲ παρ' αὐτῷ ἔργον ἦν, πάνυ κομψὸν, ὡς ἐδόκει· ἐπριάμην οὖν αὐτὸ, βουλόμενος σοῦ τῇ γυναικὶ δοῦναι, ὅτι μοῦ ἐπεμελεῖτο καὶ ὑγιαίνοντος καὶ ἀσθενοῦντος, ἀξίως ἐμοῦ τε καὶ σοῦ. δὸς οὖν αὐτῇ, ἂν μή τι σοὶ ἄλλο δόξῃ. πέμπω δὲ καὶ οἴνου γλυκέος δώδεκα σαμνία τοῖς παισὶ, καὶ μέλιτος δύο.
b. Ἰσχάδων δὲ ὕστερον ἤλθομεν τῆς ἀποθέσεως· τὰ δὲ μύρτα ἀποτεθέντα κατεσάπη· ἀλλ' αὖθις βέλτιον ἐπιμελησόμεθα.

paucis. Praeterea id veritus, ac diffidens, considerabam cum illo colloquens, ac de civibus ipsius percontabar, neque quisquam mihi quidquam de eo mali retulit. Considerato autem tu quoque, & cautionem adhibeto: accuratissimeque, quoties tibi otium erit, ex illo discito, aliisque in rebus philosophator: sin minus, doceto quempiam, ut per otium discens, melior & illustrior evadas, neque a me iuvari desinas. Atque haec quidem hactenus. Quod autem per literas a me, ut Apollinem tibi mitterem, petiisti, id feci: Leptines tibi eum deportandum suscepit. factus est ab erudito & praestanti artifice: cui nomen est Leochari. Erat apud eum opus aliud, sane egregium, ut videbatur. quare illud sum mercatus, ut uxori tuae dono darem: quoniam mei curam suscepit, & prospera & adversa valetudine utentis, quemadmodum utroque nostrûm dignum erat. Quare illi dabis: nisi quid aliud videtur. Mitto etiam pueris vini dulcis duodecim amphoras, mellis duas. Caricae iam reconditae fuerant, priusquam veniremus. Myrtorum baccae conditae putruerunt: sed posthac diligentius curabi-

περὶ δὲ φυτῶν Λεπτίνης σοὶ ἐρεῖ. ἀργύριον δ' εἰς ταῦτα ἐνεκά τε τούτων καὶ εἰς φορᾶν τινῶν εἰς τὴν πόλιν, ἔλαβον παρὰ Λεπτίνου, λέγων ἃ μοι ἐδόκει εὐσχημονέστατα ἡμῖν εἶναι καὶ ἀληθῆ λέγειν· ὅτι ἡμέτερον εἴη ὃ εἰς τὴν ναῦν ἀνηλώσαμεν τὴν Λευκαδίαν, σχεδὸν ἑκκαίδεκα μναῖ. τοῦτ' οὖν ἔλαβον· καὶ λαβὼν αὐτός τε ἐχρησάμην καὶ ὑμῖν ταῦτα c.
ἀπέπεμψα. τὰ δὴ μετὰ τοῦτο, περὶ χρημάτων ἄκουε ὡς σοι ἔχει, περί τε τὰ σὰ τὰ Ἀθήνῃσι καὶ περὶ τὰ ἐμά· ἐγὼ τοῖς σοῖς χρήμασιν, ὥσπερ τότε σοὶ ἔλεγον, χρήσομαι καθάπερ τοῖς τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων. χρῶμαι δὲ ὡς ἂν δύνωμαι ὀλιγίστοις, ὅσα ἀναγκαῖα ἢ δίκαια ἢ εὐσχήμονα ἐμοί τε δοκεῖ, καὶ παρ' οὗ ἂν λαμβάνω. ἐμοὶ δὴ τοιοῦτον νῦν ξυμβέβηκεν. εἰσί μοι ἀδελφιδῶν θυγατέρες τῶν ἀποθανουσῶν τότε ὅτ' ἐγὼ d.
οὐκ ἐστεφανούμην, σὺ δ' ἐκέλευες, τέτταρες· ἡ μὲν, νῦν ἐπίγαμος· ἡ δὲ, ὀκταέτις· ἡ δὲ, σμικρὸν πρὸς τρισὶν ἔτεσιν· ἡ δὲ, οὔπω ἐνιαυσία. ταύτας ἐκδοτέον ἐμοί ἐστι καὶ τοῖς ἐμοῖς ἐπιτηδείοις, οἷς ἂν ἐγὼ ἐπιβιῶ· οἷς δ' ἂν μὴ, χαιρόντων. καὶ

mus. De plantis Leptines tibi narrabit. Pecuniam autem ad istorum emtionem, & tributum quoddam civitati pendendum, a Leptine accepi: dicens, quae mihi & utrique nostrûm honestissima & dictu vera videbantur. Pecunia, quam in navem Leucadiam insumsimus, fere est minarum XVI. eam igitur accepi, atque ea in istis sum usus, quae ad vos misi. Iam de tuis pecuniis, quae sunt Athenis, itemque de meis quomodo se res habeat, audi: Ego tuis pecuniis, quemadmodum olim tibi dixi, utar, quomodo aliorum amicorum facultatibus. utor autem, quam pauciſſimis possum: in iis scilicet, quae necessaria, iusta & honesta videntur, & mihi, & ei, a quo accipio. cuiusmodi mihi quiddam hoc tempore accidit. Sunt mihi fratris filiarum, quae tum mortuae sunt, cum ego, te tamen iubente, non sum coronatus, filiae quatuor. prima est nubilis, altera annorum octo, tertia paulo amplius trium, quarta nondum est annicula. Iis autem, quibus ego nubentibus superstes ero, tum a me, tum a meis amicis dotes curandae sunt: quibus non ero, eae valeant. Si

ὧν ἂν γένωνται οἱ πατέρες αὐτῶν ἐμοῦ πλουσιώτεροι, οὐκ ἐκδοτέον· τὰ δὲ νῦν ἐγὼ αὐτῶν εὐπορώτερος. καὶ τὰς μητέρας δὲ αὐτῶν ἐγὼ ἐξέδωκα, καὶ μετ' ἄλλων καὶ μετὰ Δίωνος.
e. ἡ μὲν οὖν Σπευσίππῳ γαμεῖται, ἀδελφῆς οὖσα αὐτῷ ἀνεψιᾶτης· δεῖ δὴ ταύτῃ οὐδὲν πλέον ἢ τριάκοντα μνῶν. μέτριαι γὰρ αὗται ἡμῖν προῖκες. ἔτι δὲ ἐὰν ἡ μήτηρ τελευτήσῃ ἡ ἐμή, οὐδὲν αὖ πλείονος ἢ δέκα μνῶν δέοι ἂν εἰς τὴν οἰκοδομιαν τοῦ τάφου. καὶ περὶ ταῦτα, τὰ μὲν ἐμὰ ἀναγκαῖα σχεδόν τι ἐν τῷ νῦν ταῦτά ἐστιν· ἐὰν δέ τι ἄλλο γίγνηται ἴδιον ἢ δημόσιον ἀνάλωμα διὰ τὴν παρά σε ἄφιξιν, ὥσπερ τότε ἔλεγον δεῖ ποιεῖν, ἐμὲ μὲν διαμάχεσθαι ὅπως ὡς ὀλίγιστον γένη-
p. ται τὸ ἀνάλωμα· ὃ δ' ἂν μὴ δύνωμαι, σὴν εἶναι τὴν δαπάνην.
362 τὸ δὴ μετὰ ταῦτα λέγω περὶ τῶν σῶν αὖ χρημάτων τῶν
a. Ἀθήνῃσι τῆς ἀναλώσεως· ὅτι πρῶτον μὲν ἐάν τι δέῃ ἐμὲ ἀναλίσκειν εἰς χορηγίαν, ἢ τι τοιοῦτον, οὐκ ἔστι σοὶ ξένος οὐδεὶς ὅστις δώσει, ὡς ᾠόμεθα. ἐπεὶ καὶ ἄν τι σοὶ αὐτῷ διαφέρῃ μέγα, ὥστε ἀναλωθὲν μὲν ἤδη ὀνῆσαι, μὴ ἀναλωθὲν δὲ ἀλλ'

patres earum ditiores me essent, dos curanda non esset. nunc ipsis sum locupletior: & earum matres ego tum ab aliis, tum a Dione adiutus collocavi nuptum. Una igitur Speusippo traditur, eius ex sorore neptis. Opus est autem huic non amplius xxx minis. honestae siquidem & convenientes nobis sunt eiusmodi dotes. Deinde si mater mea moriatur, ad monumentum faciendum non opus fuerit amplius decem minis. Atque haec quidem mihi hoc tempore sunt necessaria. Quod si quis alius fiat sumtus aut privatim aut publice ob meam ad te profectionem, sicuti aliquando faciendum dicebam: meum erit contendere & pugnare, ut sumtus fiat perexiguus: quod demere non potero, tibi expensum feretur. Sed deinceps commemoremus de impensis Athenienſis tuae pecuniae. Primum, si quid mihi expendendum fuerit in choragium, aut tale quippiam, non est, nostra quidem sententia, hospes ullus, qui tibi eam reddat. Permagni autem tua refert, si quod impensum est, e re tua sit. quod autem non impensum, sed usque eo dilatum,

ἐγχρονισθὲν, ἕως ἄν τις παρὰ σοῦ ἔλθῃ, βλάψαι, πρὸς τῷ χαλεπῷ τὸ τοιοῦτον σοί ἐστι καὶ αἰσχρόν. ἐγὼ γὰρ δὴ ταῦτά γε ἐξήτασα, παρ' Ἀνδρομήδη τὸν Λιγινήτην πέμψας Ἔρα- b.
στον, παρ' οὗ ἐκέλευες τοῦ ἡμετέρου ξένου, εἴτι δεοίμην, λαμβάνειν, βουλόμενος καὶ ἄλλα μείζονα ἃ ἐπέστελλες πέμπειν. ὁ δὲ εἶπεν εἰκότα καὶ ἀνθρώπινα, ὅτι καὶ πρότερον ἀναλώσας τῷ πατρί σου, μόλις κομίσαιτο· καὶ νῦν σμικρὰ μὲν δοίη ἄν, πλείω δὲ οὔ. οὕτω δὴ παρὰ Λεπτίνου ἔλαβον· καὶ τοῦτό γε ἄξιον ἐπαινέσαι Λεπτίνην, οὐχ ὅτι ἔδωκεν, ἀλλ' ὅτι προθύμως, καὶ τὰ ἄλλα περί σε καὶ λέγων καὶ πράττων, ὅ, τι εἴδοτ' ἦν ἐπιτήδειος, φανερὸς ἦν. χρὴ γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα c.
καὶ τἀναντία τούτων ἐμὲ ἀπαγγέλλειν, ὁποῖός τις ἂν ἕκαστος ἐμοὶ φαίνηται περί σε. τὸ δ' οὖν περὶ τῶν χρημάτων ἐγώ σοι παῤῥησιάσομαι. δίκαιον γάρ· καὶ ἅμα ἐμπείρως ἔχων τῶν παρά σοι, λέγοιμ' ἄν. οἱ προσαγγέλλοντες ἑκάστοτέ σοι, ὅ, τι ἂν οἴωνται ἀνάλωμα εἰσαγγέλλειν οὐκ ἐθέλουσι προσαγγέλλειν, ὡς δὴ ἀπεχθησόμενοι. ἔθιζε οὖν αὐτοὺς καὶ ἀνάγκαζε

dum abs te aliquis venerit, tibi damnum afferat: cum, praeterquam quod difficile eſt, tibi etiam turpe ſit futurum. Ego enim haec tentavi apud Andromedem, eoque Aeginetam Eraſtum miſi, a quo iuſſeras, utpote ab hoſpite veſtro, ſi quid opus eſſet, ſumerem: cum maiora, de quibus ſcripſeras, cuperem mittere. Ille vero quod aequum, & minime ab homine alienum eſſet, reſpondit, ſe, quae antea patris nomine impendiſſet, aegre recepiſſe: ac nunc pauca quidem non recuſaturum, multa vero maxime. Quapropter a Leptine ſumſi: qui laude dignus eſt, non tantum quia dedit, ſed quia lubenter & promte dedit, ceteriſque in rebus, tum dictis, tum factis, tibi amicus ac benevolus apparet. Haec enim, atque his contraria, me tibi exponere oportet, quali quiſque eſſe in te animo videatur. Quare de pecuniis tibi libere id, quod res eſt, aperiam. aequum eſt enim: & ſimul domeſticos tuos expertus, de iis quoque commemorabo. Qui tibi aſſidue pollicentur, ſe de iis ſumtibus, quos faciendos arbitrantur, te admonituros, admonere tamen nolunt, ne

d. φράζειν καὶ ταῦτα καὶ τὰ ἄλλα. σὲ γὰρ δεῖ εἰδέναι τε τὰ πάντα κατὰ δύναμιν, καὶ κριτὴν εἶναι, καὶ μὴ φεύγειν τὸ εἰδέναι. πάντων γὰρ ἄριζον σοὶ ἔσαι πρὸς τὴν ἀρχήν. τὰ γὰρ ἀναλώματα ὀρθῶς ἀναλισκόμενα, καὶ ὀρθῶς ἀποδιδόμενα, πρός τε τἄλλα καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν, καὶ σὺ δὴ φὴς ἀγαθὸν εἶναι, καὶ φήσεις. μὴ οὖν σὲ διαβαλλόντων πρὸς τοὺς ἀνθρώπους οἱ κήδεσθαί σου φάσκοντες. τοῦτο γὰρ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε καλὸν πρὸς δόξαν σοὶ δοκεῖ ξυμβόλον εἶναι.

e. Τὰ μετὰ ταῦτα περὶ Δίωνος λέγοιμ' ἄν. τὰ μὲν οὖν ἄλλ' οὔπω ἔχω λέγειν, πρὶν ἂν παρὰ σοῦ ἔλθωσιν αἱ ἐπιζολαὶ, ὥσπερ ἔφης· περὶ μέντοι ἐκείνων ὧν οὐκ εἴας μεμνῆσθαι πρὸς αὐτὸν, οὔτε ἐμνήσθην, οὔτε διελέχθην. ἐξεπειρώμην δὲ εἴτε χαλεπῶς εἴτε ῥᾳδίως οἴσει γιγνομένων· καί μοι ἐδόκει οὐκ ἠρέμα ἂν ἄχθεσθαι εἰ γίγνοιτο. τὰ δὲ ἄλλα περί σε καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ μέτριος μοὶ δοκεῖ εἶναι Δίων. Κρατίνῳ, τῷ Τιμοθέου μὲν

p. ἀδελφῷ, ἐμῷ δ' ἑταίρῳ, θώρακα δωρησόμεθα ὁπλιτικὸν τῶν

363

a.

in offenſionem tuam incurrant. Itaque illos tu aſſuefacias oportet, & cogas, tum haec, tum alia, tibi exponere. Debes enim tu, quoad poteris, omnia noſſe, iudexque eorum eſſe, neque ullius rei notitiam fugere. Haec enim eſt ad principatum tuendum conſervandumque vel commodiſſima ratio. Siquidem ſi ſumtus recte facies, ſi nomina recte diſſolveris, cum ad alia omnia, tum ad opum poſſeſſionem conſervationemque, maximam iure dices eſſe opportunitatem. Providebis etiam, ne te apud homines illi calumnientur, qui ſe tui ſtudioſos eſſe iactant. Hoc enim ad tuam exiſtimationem minime conducere videtur. Age, de Dione commemoremus. cetera ſane nequeo adhuc exponere, niſi prius tuae, quas dicis, literae ad me allatae ſint. De iis autem, de quibus me apud illum mentionem facere nolebas, neque mentionem feci, neque commemoravi. Exploravi tamen, graviterne, an facile, ſi ea fierent, toleraret: ac mihi viſus eſt non leviter ſtomachaturus, ſi ea conſierent. Ceterum mihi Dio viſus eſt tum dictis, tum factis, aequo in te eſſe animo. Cratino, Timothei fratri, ſodali meo, thoracem dabimus mili-

μάλα καλῶν τῶν πεζῶν· καὶ ταῖς Κέβητος θυγατράσι, χιτώνια τρία ἐπτυπήχη, μὴ τῶν πολυτελῶν τῶν Ἀμοργίνων, ἀλλὰ τῶν Σικελικῶν τῶν λινῶν. ἐπιεικῶς δὲ γιγνώσκεις τοὔνομα Κέβητος. γεγραμμένος γάρ ἐστιν ἐν τοῖς Σωκρατείοις λόγοις μετὰ Σιμμίου Σωκράτει διαλεγόμενος, ἐν τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ, ἀνὴρ πᾶσιν ἡμῖν οἰκεῖός τε καὶ εὔνους. περὶ δὲ δὴ τοῦ ξυμβόλου τοῦ περὶ τὰς ἐπιστολὰς, ὅσας τε ἂν ἐπιστέλλω b. σπουδῇ καὶ ὅσας ἂν μὴ, οἶμαι μέν σε μεμνῆσθαι· ὅμως δ' ἐννόει, καὶ πάνυ πρόσεχε τὸν νοῦν. πολλοὶ γὰρ οἱ κελεύοντες γράφειν, οὓς οὐ ῥᾴδιον φανερῶς διωθεῖσθαι. τῆς μὲν γὰρ σπουδαίας ἐπιστολῆς θεὸς ἄρχει, θεοὶ δὲ τῆς ἧττον. Οἱ πρέσβεις καὶ ἐδέοντο ἐπιστέλλειν σοὶ, καὶ εἰκός. πάνυ γὰρ προθύμως σὲ πανταχοῦ καὶ ἐμὲ ἐγκωμιάζουσι· καὶ οὐχ ἥκιστα Φίλαγρος, ὃς τότε τὴν χεῖρα ἠσθένει· καὶ Φιλαίδης, παρὰ βασιλέως ἥκων τοῦ μεγάλου, ἔλεγε περὶ σοῦ. εἰ δὲ μὴ πάνυ μα- c. κρᾶς ἐπιστολῆς ἦν, ἔγραψα ἂν ἃ ἔλεγε· νῦν δὲ Λεπτίνου πυνθάνου. ἂν τὸν θώρακα ἢ ἄλλό τι ὧν ἐπιστέλλω πέμπῃς, ἂν

tarem ornatiſſimum, ex eo genere, quo pedites uti ſolent. Cebetis filiabus tres tunicas, non pretioſas, ut ſunt Amorgineae, ſed ut Siculae lineae. Cebetis autem nomen tibi maxime notum eſt. exſtat enim in Dialogis Socraticis, & in Dialogo de animo diſputat ſimul cum Simmia adverſus Socratem, vir omnibus nobis & familiaris, & benevolus. Notam autem epiſtolarum, quas aut ſerio aut non ſerio ſcribo, etſi opinor te meminiſſe, tamen attendito diligenter, animumque advertito. Complures enim iubent me ſcribere, quos non facile poſſum aperte repellere. Seriae igitur epiſtolae initium eſt DEUS: non ſeriae, DII. Legati quoque a me petebant, ut tibi ſcriberem: neque iniuria. Admodum enim libenter te ubique ac me dilaudant. in his non minimum Philager, qui per id tempus ex manus dolore laborabat: item Philaedes, a Dario rege magno veniens, de te verba faciebat: ac niſi valde prolixae & verboſae epiſtolae opus eſſet, quae ille dicebat, perſcriberem. Nunc ex Leptine percontare, an thoracem, aut aliud quidpiam eorum, de qui-

μὲν αὐτός τῳ βούλῃ, εἰ δὲ μὴ, Τηρίλλῳ δός. ἔστι δὲ τῶν αἰεὶ πλεόντων, ἡμέτερος ἐπιτήδειος, καὶ τὰ ἄλλα καὶ περὶ φιλοσοφίαν χαρίεις. Τίσωνος δ' ἐστὶ κηδεστής· ὃς τότε ὅθ' ἡμεῖς ἀπεπλέομεν, ἐπολιανόμει. Ἐρρῶσο καὶ φιλοσόφει, καὶ τοὺς ἄλλους προτρέπου τοὺς νεωτέρους, καὶ τοὺς συσφαιριστὰς ἀσπάζου ὑπὲρ ἐμοῦ. καὶ πρόσταττε τοῖς τε ἄλλοις καὶ Ἀριστοκρίτῳ, ἐάν τις παρ' ἐμοῦ λόγος ἢ ἐπιστολὴ παρά σε ἴῃ, ἐπιμελεῖσθαι ὅπως ὡς τάχιστα σὺ αἴσθῃ, καὶ ὑπομιμνήσκειν σε ἵνα ἐπιμελῇ τῶν ἐπισταλέντων. καὶ νῦν Λεπτίνῃ τῆς ἀποδόσεως τοῦ ἀργυρίου μὴ ἀμελήσῃς, ἀλλ' ὡς τάχιστα ἀπόδος· ἵνα καὶ οἱ ἄλλοι πρὸς τοῦτον ὁρῶντες, προθυμότεροι ὦσιν ἡμῖν ὑπηρετεῖν. Ἰατροκλῆς ὁ μετὰ Μυρωνίδου τότε ἐλεύθερος ἀφεθεὶς ὑπ' ἐμοῦ, πλεῖ νῦν μετὰ τῶν πεμπομένων παρ' ἐμοῦ. ἔμμισθον οὖν που αὐτὸν κατάστησον, ὡς ὄντα σοὶ εὔνουν· καὶ ἄν τι βούλῃ, αὐτῷ χρῷ. καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἢ αὐτὴν, ἢ εἰ ὑπόμνημα αὐτῆς σώζεται, καὶ αὐτὸς ἴσθι.

bus ſcribo, mittas: ſi tamen ei tu velis committere: ſin minus, Terillo committito. Ex iis, qui perpetuo navigant, nobis eſt amicus, & cum aliis in rebus, tum in philoſophia minime ineptus. Tiſoniſque gener eſt, eius, qui quo tempore navigabamus, urbem regebat. Vale, & philoſophare, alioſque adoleſcentes excita atque adhortare, meiſque verbis tuos in pilae ludo colluſores ſaluta. Iube vero cum aliis, tum Ariſtocrito, ſi quid a me aut verbis aut literis tibi nuntietur, det operam, ut quamprimum ad te perferatur: tibique in memoriam revocet ea, quae tibi ſcripta erunt, ut ea curae habeas. Nunc vero da operam, ut Leptini ſua pecunia primo quoque tempore perſolvatur: ut alii in eum reſpicientes, promtius & alacrius nobis inſerviant. Iatrocles a me una cum Myronida libertate donatus, navigat nunc cum iis, qui a me mittuntur. Huic dabis ſtipendium, utpote animum erga te benevolum gerenti, eiuſque opera, ubi voles, uteris. & epiſtolam, aut ipſam, aut ſi ipſius exemplar ſervatur, tute cognoſce.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ

# ΔΙΑΛΟΓΟΙ

## ΟΙ ΝΟΘΕΥΟΜΕΝΟΙ

# ΑΞΙΟΧΟΣ
## Η
## ΠΕΡΙ ΘΑΝΑΤΟΥ.

# AXIOCHUS
## SIVE
## DE MORTE
*Rudolpho Agricola interprete.*

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ
ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΚΛΕΙΝΙΑΣ, ΑΞΙΟΧΟΣ.

Ἐξιόντι μοι ἐς Κυνόσαργες, καὶ γενομένῳ μοι κατὰ τὸν Ἰλισσὸν, διῆξε φωνὴ βοῶντός του, Σώκρατες, Σώκρατες. ὡς δὲ περιεῤῥαφεὶς περιεσκόπουν ὁπόθεν εἴη, Κλεινίαν ὁρῶ τὸν Ἀξιόχου θέοντα ἐπὶ Καλλιρόην, μετὰ Δάμωνος τοῦ μουσικοῦ καὶ Χαρμίδου τοῦ Γλαύκωνος. ἦσαν δὲ αὐτῶν ὁ μὲν διδάσκαλος τῶν κατὰ μουσικήν· ὁ δ' ἐξ ἑταιρείας ἐρᾷης ἅμα καὶ ἐρώμενος. ἐδόκει οὖν μοι, ἀφεμένῳ τῆς εὐθὺ ὁδοῦ, ἀπαν- p. 364 a. b.

DIALOGI PERSONAE
SOCRATES, CLINIAS, AXIOCHUS.

Exeunti ad Cynosarges mihi, cum ad Ilissum venissem, vox cuiusdam allata est clamantis, Socrates, Socrates. utque conversus circumspectabam, unde ea redderetur, Axiochi filium video Cliniam, ad Callirhoën currentem cum Damone musico, Charmideque Glauconis filio. horum alter quidem musicam docebat: alter ex familiaritate amabat, simulque amabatur. Visum est ergo mihi, recta deflectenti occurrere

τᾶν αὐτοῖς, ὅπως ῥᾷσα ὁμοῦ γενοίμεθα. δεδακρυμένος δὲ ὁ Κλεινίας, Σώκρατες, ἔφη, νῦν ὁ καιρὸς ἐνδείξασθαι τὴν ἀεὶ θρυλλουμένην πρὸς σοῦ σοφίαν. ὁ γὰρ πατὴρ ἔκ τινος ὥρας αἰφνιδίου ἀδυνάτως ἔχει, καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου ἐσίν· ἀνιαρῶς τε φέρει τὴν τελευτήν· καίτοιγε τὸν πρόσθεν χρόνον διαχλευάζων τοὺς μορμολυττομένους τὸν θάνατον, καὶ
c. πράως ἐπιτωθάζων. ἀφικόμενος οὖν παρήγόρησον αὐτὸν, ὡς εἴωθας, ὅπως ἀσενακτὶ ἐς τὸ χρεὼν ἴῃ· καί μοι σὺν τοῖς λοιποῖς ἵνα καὶ τοῦτο εὐσεβηθῇ. Ἀλλ' οὐκ ἀτυχήσεις μου, ὦ Κλεινία, οὐδενὸς τῶν μετρίων· καὶ ταῦτα, ἐφ' ὅσια παρακαλῶν. ἐπειγώμεθα οὖν. εἰ γὰρ οὕτως ἔχει, ὠκύτητος δεῖ. ΚΛΕΙ. Ὀφθέντος σου μόνον, ὦ Σώκρατες, ῥαΐσει. καὶ γὰρ ἤδη πολλάκις αὐτῷ γέγονε συμπτώματος ἀνασφῆλαι. ΣΩ.
d. Ὡς δὲ θᾶττον τὴν παρὰ τὸ τεῖχος ἤειμεν, ταῖς Ἰτωνίαις
p. (πλησίον γὰρ ᾤκει τῶν πυλῶν, πρὸς τῇ Ἀμαζονίδι στήλῃ)
305 καταλαμβάνομεν αὐτὸν ἤδη μὲν συνειλεγμένον τὰς ἁφὰς,
a. καὶ τῷ σώματι ῥωμαλέον, ἀσθενῇ δὲ τὴν ψυχὴν, πάνυ ἐνδεᾶ

eis, ut quamprimum conveniremus. Perfusus autem lacrimis Clinias, Nunc tempus est, inquit, Socrates, ut vulgatam semper de te sapientiam ostendas. Pater enim ex aliquo iam tempore viribus de improviso destitutus est, & prope est exitum vitae, molesteque fert, adesse sibi finem: tametsi antehac contemneret mortem horrenda imagine exprimentes, comiterque derideret. Perge ergo, proque tua consuetudine illum confirma, ut volens eo, quo ducit necessitas, sequatur, utque ille mihi ad reliqua hoc ipso etiam pie colatur. *So.* Nullam me, Clinia, moderatam & honestam rem rogaveris frustra: quanto nunc magis, cum ad haec me voces pietatis officia. Acceleremus igitur. si enim ita se res habet, festinato opus est. *Cli.* Ubi modo te viderit, Socrates, rectius habebit. crebro enim iam evenit ei, ut exanimatus rursus reficeretur. *So.* Quo citius autem perveniremus, ea, quae circa murum est, ad Itonias portas, ivimus. in proximo namque habitabat portae, quae est apud Amazoniam columnam. Invenimus ergo eum assumtis rursum

παραμυθίας· πολλάκις ἀναφερόμενον, καὶ ξενάγμους ἔντα, σὺν δακρύοις καὶ κροτήσεσι χειρῶν. κατιδὼν δὲ αὐτὸν, Ἀξίοχε, τί ταῦτα; ἔφην· ποῦ τὰ πρόσθεν αὐχήματα, καὶ αἱ συνεχεῖς εὐλογίαι τῶν ἀρετῶν, καὶ τὸ ἄῤῥητον ἐν σοὶ θάρσος; ὡς γὰρ ἀγωνιστὴς δειλὸς, ἐν τοῖς γυμνασίοις γενναῖος φαινόμενος, ἀπολέλοιπας ἐν τοῖς ἄθλοις. οὐκ ἐπιλογιῇ τὴν φύσιν περιεσκεμμένως, ἀνὴρ τοσόσδε τῷ χρόνῳ, καὶ κατήκοος λόγων, καὶ, εἰ μηδὲν ἕτερον, Ἀθηναῖος, ὅτι τὸ κοινὸν δήπου τοῦτο, καὶ πρὸς ἅπαντας θρυλλούμενον, παρεπιδημία τις ἐστὶν ὁ βίος; καὶ ὅτι δεῖ ἐπιεικῶς διαγαγόντας, εὐθύμως μονονουχὶ παιανίζοντας εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι; τὸ δὲ οὕτω μαλακῶς καὶ δυσαποσπάσως ἔχειν, νηπίου δίκην, οὐ περιφρονοῦσαν ἡλικίαν ἔχει. ΑΞ. Ἀληθῆ ταῦτα, ὦ Σώκρατες· καὶ ὀρθῶς μοι φαίνῃ λέγων· ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως παρ' αὐτὸ μοὶ τὸ δεινὸν γενομένῳ οἱ μὲν καρτεροὶ καὶ περιττοὶ λόγοι ὑπεκπνέουσι λελῃθότως καὶ ἀτιμάζονται, ἀντίσχει δὲ δέος τι, ποικίλως b. c.

sensibus, & corpore robustum, defectum vero mente, prorsusque indigentem consolationis, revolventem crebro se, suspiriaque cum lacrimis atque manuum crepitu cientem. Aspiciens autem illum, Quid hoc, inquam, rei, Axioche? Ubi nobis illa pridem magnifica verba, continentesque laudes virtutum, & maius, quam ut dici posset, in te animi robur? sicut enim timidus athleta, cum in gymnasio insignem te praebueris, ad certamen ipsum defecisti. An non circumspecte considerabis naturam, vir tanta aetate, & rationi obsequens, utque nihil aliud, Athenienses? quod, commune videlicet hoc & ab omnibus iactatum, peregrinatio quaedam vita est, quodque oportet peragentes eam alacriter & tantum non paeana canentes, ad postremam accedere necessitatem. tam molliter vero habere se, tamque aegre, pueri more, divelli, nequaquam prudentiae prae se fert altioris aetatem. *Ax.* Recte quidem, Socrates, ista mihi dicere videris. verum nescio, quo pacto, ubi propius accessit periculum, fortia illa grandiaque verba occulte subtervolant atque negliguntur: oboritur autem me-

περιαμύττον τὸν νοῦν, εἰ ξερήσομαι τοῦδε τοῦ φωτὸς καὶ τῶν ἀγαθῶν, ἀεισθὴς δὲ καὶ ἄπυρος ὁποίποτε κείσομαι σηπόμενος, εἰς εὐλὰς καὶ κνώδαλα μεταβάλλων. ΣΩ. Συνάπτεις γὰρ,
d. ὦ Ἀξίοχε, παρὰ τὴν ἀνεπιστασίαν, ἀνεπιλογίστως τῇ ἀναισθησίᾳ αἴσθησιν· καὶ σεαυτῷ ὑπεναντία καὶ ποιεῖς καὶ λέγεις, οὐκ ἐπιλογιζόμενος ὅτι ἅμα μὲν ὀδύρῃ τὴν ἀναισθησίαν, ἅμα δὲ ἀλγεῖς ἐπὶ σήψεσι καὶ ξερήσει τῶν ἡδέων· ὥσπερ εἰς ἕτερον ζῆν ἀποθανούμενος, ἀλλ' οὐκ εἰς παντελῆ μεταβάλλων ἀναισθησίαν, καὶ τὴν αὐτὴν τῇ πρὸ τῆς γενέσεως. ὡς οὖν ἐπὶ τῆς Δράκοντος ἢ Κλεισθένους πολιτείας οὐδὲν περί σε κακὸν ἦν (ἀρχὴν γὰρ οὐκ ἦς, περὶ ὃν ἂν ἦν) οὕτως οὐδὲ μετὰ
e. τὴν τελευτὴν γενήσεται. σὺ γὰρ οὐκ ἔσῃ περὶ ὃν ἔσαι. πάντα τοιγαροῦν τὸν τοιόνδε φλύαρον ἀποσκέδασαι, τοῦτο ἐννοήσας, ὅτι τῆς συγκρίσεως ἅπαξ διαλυθείσης, καὶ τῆς ψυχῆς εἰς τὸν οἰκεῖον ἱδρυνθείσης τόπον, τὸ ὑπολειφθὲν σῶμα, γεῶδες ὂν καὶ ἄλογον, οὐκ ἔστιν ὁ ἄνθρωπος. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐσμὲν ψυχὴ,

tus quidam, mentem multipliciter discerpens, si hac luce, hisque privabor bonis, & expers mentis sensuumque iacebo ubicunque demum putrescens, & in pulverem vermesque conversus. *So.* Imperfecte coniungis, Axioche, propter imperitiam, cum sensuum orbitate sensum, tibique ipse contraria facis & dicis; neque cogitas, quod simul quidem desles id, quod sensibus carebis, simul ob putrefactionem doles amissionemque vitae oblectamentorum, veluti morte sis in aliam vitam transiturus, neque in omnimodam abiturus sensuum abolitionem, & eandem, in qua, priusquam nascereris, fuisti. Ut enim, cum Draco Clisthenesque gubernabant rempublicam, nihil te mali habebat (necdum enim coeperas esse, ut male tibi quid accidere posset) ita neque post mortem erit. nullus enim, ut male tibi esse quidquam possit, es futurus. Quin tu igitur hanc omnem discutis ineptiam, illud cogitans, quod, soluta simul hac compage, animoque rursus in proprium restituto locum, relictum istud corpus terrenum atque rationis expers, amplius nequaquam est homo. nos etenim anima sumus, animal immor-

ζῶον ἀθάνατον, ἐν θνητῷ καθειργμένον φρουρίῳ· τὸ δὲ σκῆ- P.
νος πρὸς κακοῦ περιήρμοσεν ἡ φύσις· ᾧ τὰ μὲν ἡδονται, ἀμυ- 366
χιαῖα καὶ πτηνὰ, καὶ εἰς πλείους ὀδύνας ἀνακεκραμένα· τὰ a.
δὲ ἀλγεινὰ, ἀκραιφνῆ καὶ πολυχρόνια, καὶ τῶν ἡδόντων
ἄμοιρα. νόσους δὲ καὶ φλεγμονὰς τῶν αἰσθητηρίων, ἔτι δὲ
τὰς ἐντὸς κακότητας· οἷς ἀναγκαίως, ἅτε παρεσπαρμένη
τοῖς πόροις, ἡ ψυχὴ συναλγοῦσα τὸν οὐράνιον ποθεῖ καὶ σύμ-
φυλον αἰθέρα, καὶ διψᾷ, τῆς ἐκεῖσε διαίτης καὶ χορείας
ὀρεγομένη. ὥστε ἡ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγὴ, κακοῦ τινος ἐστὶν εἰς b.
ἀγαθὸν μεταβολή. ΑΞ. Κακὸν οὖν, ὦ Σώκρατες, ἡγούμενος τὸ ζῆν, πῶς ἐν αὐτῷ μένεις; καὶ ταῦτα, φρονιστὴς ὤν, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς τοὺς πολλοὺς τῷ νῷ διαφέρων; ΣΩ. Ἀξίοχε, σὺ δὲ οὐκ ἔτυμά μοι μαρτυρεῖς· οἴει δὲ, καθάπερ Ἀθηναίων ἡ πληθὺς, ἐπειδὴ ζητητικός εἰμι τῶν πραγμάτων, ἐπιστήμονά του εἶναί με. ἐγὼ δὲ εὐξαίμην ἂν τὰ κοινὰ ταῦτα εἰδέναι· τοσοῦτον ἀποδέω τῶν περιττῶν. καὶ ταῦτα δὲ ἃ λέγω, Προδίκου ἐστὶ τοῦ σοφοῦ ἀπηχήματα· τὰ μὲν, διμοίρου ἐωνη- c.

tale, mortali incluſum munimento. Hoc autem tabernaculum non ſine malo nobis circumdedit natura, cuius laeta quidem abſtruſa ſunt & volucria, pluribuſque doloribus admixta: triſtia vero, improviſa, diuturna, prorſuſque vacua gaudiorum: valetudines nempe, ſentientium membrorum ulcera, morbi interni. quibus neceſſario (quoniam per corporis meatus ſparſa eſt) condolens anima, coeleſtem & cognatum deſiderat aethera, ſititque cupide ſupernae illius conſuetudinem gaudiaque vitae. Diſceſſus itaque e vita, mali cuiuſdam eſt in bonum commutatio. *Ax.* Cum malum ergo, Socrates, vitam putes, quid ita vivere perſeveras, cum rerum ſis indigator, & nobis, id eſt, multitudini, intelligentia praeſtes? *So.* Nequaquam verum de me, Axioche, teſtimonium dicis. arbitraris enim, quemadmodum vulgus Athenienſium, quandoquidem res inquiro, alicuius quoque me ſcientiam habere. Abeſt autem tantum, ut reconditiora ſciam, ut voto optaverim, etiam vulgata me iſta noviſſe. Sunt autem iſta, quae dico, Prodici ſapientis tradita,

μένα· τὰ δὲ, δυοῖν δραχμαῖν· τὰ δὲ, τετραδράχμου. προῖκα γὰρ ἀνὴρ οὗτος οὐδένα διδάσκει· διὰ παντὸς δὲ ἔθος ἐστὶν αὐτῷ φωνεῖν τὸ Ἐπιχάρμειον, Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι, καὶ λάβε τι. Καὶ πρώην γοῦν παρὰ Καλλίᾳ τῷ Ἱππονίκου ποιούμενος ἐπίδειξιν, τοσάδε τοῦ ζῆν κατεῖπεν, ὥστε ἔγωγε μὲν παρὰ ἀκαρῆ διέγραψα τὸν βίον· καὶ ἐξ ἐκείνου θανατᾷ μου ἡ ψυχὴ, Ἀξίοχε. ΑΞ. Τίνα δὲ ἦν τὰ λεχθέντα; ΣΩ.
d. Φράσαιμι ἄν σοι ταῦτα ἃ μνημονεύσω. ἔφη γάρ· Τί μέρος τῆς ἡλικίας οὐ τῶν ἀνιαρῶν; οὐ κατὰ μὲν τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νήπιον κλαίει, τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρχόμενον; οὐ λείπεται γοῦν οὐδεμιᾶς ἀλγηδόνος, ἀλλ' ἢ δι' ἔνδειαν, ἢ περιψυγμὸν, ἢ θάλπος, ἢ πληγὴν, ὀδυνᾶται· λαλῆσαι μὲν οὔπω δυνάμενον ἃ πάσχει, κλαυθμυριζόμενον δέ· καὶ ταύτην τῆς δυσαρεσήσεως μίαν ἔχον φωνήν. ὁπόταν δὲ εἰς τὴν ἑπταετίαν ἀφίκηται, πολλοὺς πόνους διαντλῆσαν, καὶ γυμναςαὶ καὶ
e. παιδοτρίβαι τυραννοῦντες· αὐξομένου δὲ, κριτικοὶ, γεωμέτραι, τακτικοί· πολὺ πλῆθος δεσποτῶν. ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους

alia quidem duobus obolis, alia duabus drachmis, alia quatuor redemta. gratis enim hic vir neminem docet, eſtque mos ei ſemper Epicharmi illud in ore habere, *Manus manum fricat: da aliquid, & aliquid cape.* Nuper ergo cum apud Calliam, Hipponici filium, declamaret, tantis differuit contra vitam, ut ego ad ea, quae nullius ſunt momenti, aſſumſerim vitam. ex eoque iam in mortem mihi animus, Axioche, propendit. *Ax.* Quae dixit autem? *So.* Dicam equidem tibi ea, quorum mihi veniet in mentem. Quae enim pars, inquit, aetatis, calamitatibus vacat? nonne ſtatim a principio plorat, ut primum natus eſt, infans, vitamque a lacrimis auſpicatur? quae tandem non premit eum moleſtia? ſemper enim vel penuria, vel frigore, vel calore, vel verberibus urgetur. Antea quoque, quam loqui poſſit, quanta patitur? flens ſcilicet, hancque ſolam habens anxietatis ſuae querelam. Ubi ſeptimum dehinc expleverit annum, multoſque labores exhauſerit, iam cuſtodes, gymnaſtae, magiſtri ludi: iam adoleſcenti critici, geometrae,

ἐγγραφῇ, καὶ φόβος χείρων εἴη, τὸ Λύκειον καὶ Ἀκαδημία,
καὶ γυμνασιαρχία, καὶ ῥάβδοι, καὶ κακῶν ἀμετρίαι· καὶ p.
πᾶς ὁ τοῦ μειρακίσκου χρόνος ἐστὶν ὑπὸ σωφρονισὰς καὶ τὴν 367
ἐπὶ τοὺς νέους αἵρεσιν τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. ἐπειδὰν a.
δὲ ἀπολυθῇ τούτων, φροντίδες ἄντικρυς ὑπέδυσαν, καὶ διαλογισμοί τινα τὴν τοῦ βίου ὁδὸν ἐνςήσονται· καὶ τοῖς ὕςερον χαλεποῖς ἐφάνη τὰ πρῶτα παιδικὰ, καὶ νηπίων ὡς ἀληθῶς φόβητρα· ςρατεῖαί τε γὰρ, καὶ τραύματα, καὶ συνεχεῖς ἀγῶνες. εἶτα λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας, εἰς ὃ πᾶν συῤῥεῖ τὸ τῆς b.
Φύσεως ἐπίκηρον καὶ δυσαλθές. κἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν, ὡς ὀβολοςάτις ἡ φύσις ἐπιςᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν, τοῦ δὲ ἀκοήν· πολλάκις δὲ ἄμφω. κἂν ἐπιμείνῃ τὶς, παρέλυσεν, ἐλωβήσατο, παρήρθρησεν. ἄλλοι πολὺ γήρως ἀκμάζουσι· καὶ τῶν δὶς παῖδες οἱ γέροντες γίγνονται. καὶ τοῦτο καὶ οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρωπείων ἐπιςήμονες, οὓς ἂν περὶ πλείςου ποιῶνται, θᾶττον ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν. Ἀγαμήδης c.

rei militaris praeceptores, ingens plane dominorum multitudo. Poſt iſta, ubi in ephebos inſcriptus eſt, peior iam metus, Lyceum, Academia, gymnaſiarchia, virgae, nullaque prorſus malorum menſura. Omne adeo adoleſcentis ſub moderatoribus eſt tempus, qui ex Areopagi delecti conſilio praeſunt iuventuti. Deinde cum fuerit iſtis exſolutus, iam curae palam emergunt, reputatioque, quod vivendi potiſſimum inſtituat iter: praeque ſequentibus incommodis priora illa puerilia videntur, & infantium revera territamenta: expeditiones enim & vulnera, perpetuique certaminum labores. Hinc iam fallens ſubrepit ſenectus, in quam confluit, quidquid eſt infirmum fragileque naturae. Quod niſi ocius qui vitam, velut aes alienum, reddiderit: adſtans ſupra caput natura, tanquam foenerator, repoſcit uſuram, ab alio quidem viſum, auditum ab alio, perſaepe utrumque. at ſi quis diutius cunctetur, debilitat eum, excruciat, & artuum morbo afficit. Alii itaque multa ſenectute repueraſcunt, animoque bis pueri fiunt ſenes. Dii ergo propter hoc ipſum (ut quibus notiſſimae ſint res humanae) quos plu-

γοῦν καὶ Τροφώνιος, οἱ δειμάμενοι τὸ Πυθοῖ τοῦ θεοῦ τέμενος, εὐξάμενοι τὸ κράτιστον αὐτοῖς γενέσθαι, κοιμηθέντες οὐκέτ' ἀνέστησαν. οἵτε τῆς Ἀργείας ἱερείας υἱεῖς, ὁμοίως εὐξαμένης αὐτοῖς τῆς μητρὸς γενέσθαι τι τῆς εὐσεβείας παρὰ τῆς Ἥρας γέρας, ἐπειδὴ τοῦ ζεύγους ὑστερήσαντος ὑποδύντες αὐτοὶ διήνεγκαν αὐτὴν εἰς τὸν νεών, μετὰ τὴν εὐχὴν νυκτὶ μετήλ-
d. λαξαν. μακρὸν ἂν εἴη διεξιέναι τὰ τῶν ποιητῶν, οἳ ποιήμασι θειοτέροις τὰ περὶ τὸν βίον θεσπιῳδοῦσιν, ὡς κατοδύρονται τὸ ζῆν· ἑνὸς δὲ μόνου μνησθήσομαι τοῦ ἀξιολογωτάτου, λέγοντος, Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι, Ζώειν ἀχνυμένοις. καὶ, Οὐ μὲν γάρ τί που ἐστὶν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς Πάν-
e. των ὅσσά τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει. τὸν δ' Ἀμφιάραον
p. τί φησι; Τὸν περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ Ἀπόλλων
368 Παντοίῃ φιλότητι· οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν. ὁ δὲ κελεύων,
a. Τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακὰ, τί σοι φαίνεται; ἀλλὰ παύομαι, μήποτε παρὰ τὴν ὑπόσχεσιν μηκύνω, καὶ

rimi faciunt, eos citius auferunt e vita. Agamedes itaque & Trophonius, cum Pythii Apollinis aedificaſſent templum, orantes dari ſibi, quod optimum eſſet, cum obdormiviſſent, nunquam deinde ſurrexerunt. Sic etiam Iunonis Argivae ſacerdotes, precante matre eorum, ut gratiam eis aliquam Iuno pietatis illorum referret. cum enim cunctarentur iumenta, ſuccedentes ipſi vehiculo, matrem ad templum uſque pertraxerant. poſt preces ergo nocte deceſſerunt. Longum foret autem poëtarum dicta recenſere, qui divinioribus poëmatis ea, quae ad vitam pertinent noſtram, velut ex oraculo decantant, quemadmodum deplorent illam: uniuſque ſolum, memoratu digniſſimi, ſat habeo meminiſſe: qui inquit, *Quam ſuperi miſerum ſtamen mortalibus aevi Nevere, ut vivi deflenda per omnia durent!* Iterumque: *Et cunctis hominum generi ſors peſſima vitae Stat, quaecunque ſupra terram ſpirantque meantque.* De Amphiarao vero quid dicit? *Iuppiter hunc totis animis, hunc magnus Apollo Diligit, & iuſti metas non attigit aevi.* De illo quoque, qui ita iubet, *Naſcens fleat, qui tanta vitae intrat mala*, quid

ἑτέρων μιμνησκόμενος. ποίαν δέ τις ἑλόμενος ἐπιτήδευσιν ἢ τέχνην, οὐ μέμψεται, καὶ τοῖς παροῦσι χαλεπανεῖ; τοὺς χειρωνακτικοὺς ἐπέλθωμεν, καὶ βαναύσους, πονουμένους ἐκ b.
νυκτὸς εἰς νύκτα, καὶ μόλις ποριζομένους τὰ ἐπιτήδεια· κατοδυρομένων τε αὐτῶν, καὶ πᾶσαν ἀγρυπνίαν ἀναπιμπλάντων ἁλοφυρμοῦ καὶ δακρύων. ἀλλὰ τὸν πλωτικὸν καταλεξώμεθα, περαιούμενον διὰ τοσῶνδε κινδύνων· καὶ μήτε, ὡς ἀπεφήνατο Βίας, ἐν τοῖς τεθνηκόσιν ὄντα, μήτε ἐν τοῖς βιοῦσιν. ὁ γὰρ ἐπίγειος ἄνθρωπος, ὡς ἀμφίβιος, αὑτὸν εἰς τὸ πέλαγος ἔρριψεν, ἐπὶ τῇ τύχῃ γενόμενος πᾶς. ἀλλ' ἡ γεωργία γλυκύ. c.
δῆλον. ἀλλ' οὐχ ὅλον, ὥς φασιν, ἕλκος; αἰεὶ λύπης πρόφασιν εὑρισκόμενον; κλαῖον νυνὶ μὲν αὐχμὸν, νυνὶ δὲ ἐπομβρίας, νυνὶ δὲ ἐπίκαυσιν, νυνὶ δὲ ἐρυσίβην, νυνὶ δὲ θάλπος ἄκαιρον, ἢ κρύος; ἀλλ' ἡ πολυτίμητος πολιτεία (πολλὰ γὰρ ὑπερβαίνω) διὰ πόσων ἐλαύνεται δεινῶν; τὴν μὲν χαρὰν ἔχουσα φλεγμονῆς δίκην παλλομένην καὶ σφυγματώδη· τὴν

tibi videtur? Sed finem facio, ne commemorando alios, rem, contra quam inſtitui, longius ducam. Quod autem vitae quiſquam inſtitutum, quamve artem deliget, ut non queratur de ea, atque praeſentibus offendatur? Opifices, mercenariaſque recenſeamus artes, ex nocte in noctem uſque laborantes, & vix tolerantes vitae neceſſarios ſumtus, complorantes ſe ipſos, omnemque vigiliam ſuam moerore lacrimiſque complentes. At nautam dicamus, per tanta penetrantem pericula, quique, quemadmodum Bias ait, neque inter mortuos eſt, neque inter vivos. terreſtris enim homo, velut ambigui generis, ipſe in mare ſeſe proiecit, totuſque arbitrii factus eſt fortunae. Verum dulcis eſt agricultura. Eſt ſane. nonne tota tamen eſt, quod aiunt, ulcus, ſemper paratam doloris habens cauſam, nunc quidem ſiccitatem, nunc pluvias, nunc uredinem, nunc rubiginem, nunc vel aeſtum intempeſtivum, vel frigus conquerens? Illa quoque honorata inprimis reipublicae cura, (multa enim praetereo) per quantas rapitur anxietates? quae gaudia quidem habet furunculi in modum, trepida ſemper, atque

d. δὲ ἀπότευξιν, ἀλγεινὴν καὶ θανάτων μυρίων χείρω. τίς γὰρ ἂν εὐδαιμονήσειε πρὸς ὄχλου ζῶν, εἰ ποππυσθείη καὶ κροτηθείη δήμου παίγνιον ἐμβαλλόμενον, συριττόμενον, ζημιούμενον, θνῄσκον, ἐλεούμενον· ἐπείτοιγε, Ἀξίοχε πολιτικὲ, ποῦ τέθνηκε Μιλτιάδης; ποῦ δὲ Θεμιστοκλῆς; ποῦ δ' Ἐφιάλτης; ποῦ δ' οἱ πρώην βασιλεῖς καὶ στρατηγοί; ὅτ' ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπηρόμην τὴν γνώμην (οὐ γὰρ ἐφαίνετό μοι σεμνὸν δήμῳ μαινο-
e. μένῳ συνεξάρχειν) οἱ δὲ περὶ Θηραμένην καὶ Καλλίξενον, τῇ ὑστεραίᾳ προέδρους ἐγκαθέτους ὑφέντες κατεχειροτόνησαν τῶν ἀνδρῶν ἄκριτον θάνατον. καίτοιγε σὺ μόνος αὐτοῖς ἤμυνες καὶ
p. Ἐρυπτόλεμος, τρισμυρίων ἐκκλησιαζόντων. ΑΞ. Ἔστι ταῦ-
369 τα, ὦ Σώκρατες· καὶ ἔγωγε ἐξ ἐκείνου ἅλις ἔσχον τοῦ βή-
a. ματος, καὶ χαλεπώτερον οὐδὲν ἐφάνη μοι πολιτείας. δῆλον δὲ τοῖς ἐν τῷ ἔργῳ γενομένοις. σὺ μὲν γὰρ οὕτω λαλεῖς, ὡς ἐξ ἀπόπτου θεώμενος· ἡμεῖς δ' ἴσμεν ἀκριβέστερον, οἱ διὰ πείρας ἰόντες. δῆμος γὰρ, ὦ φίλε Σώκρατες, ἀχάριστον, ἀψίκο-

stimulis repleta, repulsas vero acerbas, & millies morte peiores. Quis enim beatus esse possit, vulgi vivens arbitrio? tametsi faveatur ei plaudaturque, populi scilicet ludicrum iactatus, exsibilatus, damnatus, mortuus, & tum miserandus visus. Ubi namque, Axioche, tu, qui in republica versaris, ubi Miltiades, ubi Themistocles, ubi Ephialtes abiit, ubi item, qui nuper reges & duces fuerunt? quando ego quidem non sum rogatus sententiam: neque enim honestum mihi videbatur, ut insanienti populo dominationis particeps fierem. Theramenes autem & Callixenus deinde, constitutos praeficientes magistratus, ut indemnati necarentur homines effecerunt: tuque cum Eryptolemo resistebas illis solus, triginta millibus in concionem coactis. *Ax.* Sunt ista, Socrates, ut dicis. itaque ex eo suggesti me satietas cepit, neque mihi quidquam acerbius republica visum est. Perspicuum id quidem illis, qui in ipso sunt negotio versati. tu namque dicis haec, veluti qui de sublimi spectaveris: nos vero, qui fecimus periculum, quanto exactius scimus! Populus enim, carissime Socrates, ingratus est, morc-

ρον, ὠμὸν, βάσκανον, ἀπαίδευτον· ὡς ἂν συγκεκραμένον ἐκ
σύγκλυδος ὄχλου, καὶ βιαίων ὀλυάρων. ὁ δὲ τούτῳ προσεται- b.
ριζόμενος, ἀθλιώτερος μακρῷ. ΣΩ. Ὁπότε οὖν, ὦ Ἀξίοχε,
τὴν ἐλευθεριωτάτην ἐπιστήμην τίθεσαι τῶν λοιπῶν ἀπευκταιο-
τάτην, τί τὰς λοιπὰς ἐπιτηδεύσεις ἐννοήσομεν; οὐ φευκτάς;
ἤκουσα δέ ποτε καὶ τοῦ Προδίκου λέγοντος, ὅτι ὁ θάνατος
οὔτε περὶ τοὺς ζῶντας ἐστὶν, οὔτε περὶ τοὺς μετηλλαχότας.
ΑΞ. Πῶς φῂς, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ὅτι περὶ μὲν τοὺς ζῶν-
τας οὐκ ἔστιν, οἱ δὲ ἀποθανόντες οὐκ εἰσίν. ὥστε οὔτε περί σε c.
τῶν ἐστιν, (οὐ γὰρ τέθνηκας) οὔτε, εἴτι πάθοις, ἔσαι περί σε. σὺ
γὰρ οὐκ ἔσῃ. μάταιος οὖν ἡ λύπη, περὶ τοῦ μήτε ὄντος μήτε
ἐσομένου περὶ Ἀξίοχον, Ἀξίοχον ὀδύρεσθαι· καὶ ὅμοιον ὡς
εἰ περὶ τῆς Σκύλλης ἢ τοῦ Κενταύρου τὶς ὀδύροιτο, τῶν μήτε
ὄντων νῦν περί σε, μήτε ὕστερον περὶ τὴν τελευτὴν ἐσομένων.
τὸ γὰρ φοβερὸν τοῖς οὖσίν ἐστι· τοῖς δ' οὐκ οὖσι πῶς ἂν εἴη;
ΑΞ. Σὺ μὲν ἐκ τῆς ἐπιπολαζούσης ταυτῶν λεσχηνείας τὰ d.

sus, crudelis, invidus, imperitus: ut qui ſit ex colluvie turbae, & ſtultis inſolentibus collectus. huic autem qui aſſentatur, multo ipſe miſerior eſt. *So.* Quando igitur, Axioche, hanc, quae liberalis maxime omnium eſt artium, omnium maxime abominandam putas, quid reliqua vitae genera? an non putabimus, prorſus eſſe fugienda? Audivi etiam Prodicum quandoque dicentem, quod nihil quidquam neque ad viventes mors, neque ad defunctos pertineret. *Ax.* Quomodo dicis iſta, Socrates? *So.* Quoniam neque circa viventes eſt: hi vero, qui obierunt, non ſunt amplius. itaque neque apud te eſt; nondum enim obiiſti: neque ſi quid tibi accidat, eſt circa te futura; non enim eris. Stultus eſt igitur dolor, de Axiocho, qualis neque eſt, neque futurus ſit, Axiochum mente torqueri: ſitque ſimile, veluti ſi Scyllam, aut ſi quis Centaurum reformidet, quae neque iam imminent tibi, neque ſint unquam ad exitium tuum affutura. exſiſtentium enim rerum eſt metus: quae non ſunt autem, nemo eſt qui pertimeſcat. *Ax.* Tu quidem docta haec verba ex ea, quae nunc pullulat, gar-

σοφὰ ταῦτα εἴρηκας (ἐκεῖθεν γάρ ἐστιν ἥτε ἡ φλυαρολογία, πρὸς τὰ μειράκια διακεκοσμημένη) ἐμὲ δὲ ἡ ξέρησις τῶν ἀγαθῶν τοῦ ζῆν λυπεῖ, κἂν πιθανωτέρους τούτων λόγους ἄρτι κροτήσῃς, ὦ Σώκρατες. οὐκ ἐπαΐει γὰρ ὁ νοῦς, ἀποπλανώμενος εἰς εὐεπείας λόγων, οὐδὲ ἅπτεται ταῦτα τῆς ὁμοχρόας· ἀλλ' εἰς μὲν πομπὴν καὶ ῥημάτων ἀγλαϊσμὸν ἀνύττει, τῆς
e. δὲ ἀληθείας ἀποδεῖ. τὰ δὲ παθήματα σοφισμάτων οὐκ ἀνέχεται, μόνοις δὲ ἀρκεῖται τοῖς δυναμένοις καθικέσθαι τῆς ψυχῆς. ΣΩ. Συνάπτεις γάρ, ὦ Ἀξίοχε, ἀνεπιλογίστως, τῇ ξερήσει τῶν ἀγαθῶν ἀντεισάγων κακῶν αἴσθησιν, ἐκλαθόμενος
p. ὅτι τέθνηκας. λυπεῖ γὰρ τὸ ξερόμενον τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀντι-
370 πάθεια τῶν κακῶν. ὁ δ' οὐκ ὢν, οὐδὲ τῆς ξερήσεως ἀντιλαμ-
d. βάνεται. πῶς οὖν ἐπὶ τῷ μὴ παρέξοντι γνῶσιν τῶν λυπησόντων γένοιτ' ἂν ἡ λύπη; ἀρχὴν γάρ, ὦ Ἀξίοχε, μὴ συνυποθέμενος ἄλλως γέ πως μίαν αἴσθησιν, κατὰ τὸ ἀνεπιξήμον, οὐκ ἂν ποτε πτυρείης τὸν θάνατον. νῦν δὲ περιτρέπεις σεαυτὸν, δειματούμενος ξερήσεσθαι τῆς ψυχῆς, καταλήψεσθαι δὲ

rulitate protuliſti. illinc enim hae ſunt verborum ineptiae, illiciendae iuventuti apparatae. Me vero amiſſio bonorum, quae ſunt in vita, triſtem reddit: etſi, Socrates, probabiliorem etiam hac, quam modo dixiſti, crepueris orationem. non enim errabunda iam mens ducitur apte cohaerentibus verbis: neque contingunt mentem iſta; ſed in oſtentationem ſplendoremque orationis parata, multum abſunt a veritate. At animi aegritudo captioſis nequaquam ſiſtitur verbis: ſed illis adquieſcit ſolum, quae valeant ad mentem uſque penetrare. *So.* Coniungis imprudenter, Axioche, & bonorum privationi malorum ſubſtituis ſenſum, oblitus, quod tunc mortuus ſis futurus. eum namque, qui bona amittit, contraria laedunt, quae patitur, mala: at qui non eſt, nihil in eius, quo privatur, locum recipit. Quomodo ergo eſſe poſſet ullus in eo dolor, quod nullam laedentium notitiam exhibebit? Quod ſi non ab initio, Axioche, per imprudentiam unum aliquem ſenſum cum morte componeres, nequaquam metueres eam. nunc ipſe te ſubvertis, timens amiſ-

οἴει τὴν οὐκ ἐσομένην αἴσθησιν αἰσθήσει· πρὸς τῷ πολλοὺς καὶ καλοὺς εἶναι λόγους περὶ τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς. οὐ γὰρ b.
δὴ θνητή γε φύσις τόσον διήρατο μεγεθουργίας, ὥστε καταφρονῆσαι μὲν ὑπερβαλλόντων θηρίων βίας, διαπεραιώσασθαι δὲ πελάγη, δείμασθαι δὲ ἄξη, καταξήσασθαι δὲ πολιτείας· ἀναβλέψαι δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδεῖν περιφορὰς ἄστρων, καὶ δρόμους ἡλίου τε καὶ σελήνης, ἀνατολάς τε καὶ δύσεις, ἐκλείψεις τε καὶ ταχείας ἀποκαταστάσεις· ἰσημερίας τε καὶ τροπὰς διττὰς, καὶ πλειάδων χειμῶνος καὶ θέρους, ἀνέμους c.
τε καὶ καταφορὰς ὄμβρων, καὶ πρηστήρων ἐξαισίους συρμούς· καὶ τὰ τοῦ κόσμου παθήματα παραπήξασθαι εἰς τὸν αἰῶνα· εἰ μή τι θεῖον ὄντως ἐνῆν πνεῦμα τῇ ψυχῇ, δι' οὗ τὴν τῶν τηλικῶνδε περίνοιαν καὶ γνῶσιν ἔσχεν. ὥστε οὐκ εἰς θάνατον ἀλλ' εἰς ἀθανασίαν μεταβάλλεις, ὦ Ἀξίοχε· οὐδὲ ἀφαίρεσιν ἔξεις τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' εἰλικρινεστέραν τὴν ἀπόλαυσιν· οὐδὲ μεμιγμένας θνητῷ σώματι τὰς ἡδονὰς, ἀλλ' ἀκράτους d.

sum iri animam, aliamque animam illius amissioni circumdas. & turbaris, quod sis sine sensu futurus: hocque ipsum non sentire, alio te sensu comprehensurum putas. Ad haec multae sunt perpulchraeque de animi immortalitate rationes. neque enim mortalis natura in tam varias res attollere sese posset, ut contemneret ingentium ferarum vires, maria transmitteret, conderet urbes, respublicas constitueret, respiceret etiam in coelum, & astrorum videret revolutiones, cursusque solis & lunae, ortus item & occasus, defectus, celeritatem, distantias, aequinoctiaque, & duplices conversiones, Pleiadum etiam & hiemis atque aestatis ventos, imbriumque casus & horrendos turbinum raptus, ut comprehensos quoque mundi labores seculis traderet: nisi divinus quidam mentibus nostris spiritus inesset, quo complexum notitiamque tantarum attingerent rerum. Transis itaque non in mortem, Axioche, sed in immortalitatem: non in amissionem bonorum, sed in sinceriorem eorum perceptionem: neque ad voluptates mortali confusas corpori, sed ab omnibus prorsus molestiis purgatas. Illuc enim

ἁπασῶν ἀλγηδόνων. κεῖσε γὰρ ἀφίξῃ, μονωθεὶς ἐκ τῆσδε τῆς εἱρκτῆς, ἔνθα ἄπονα πάντα καὶ ἀξένακτα καὶ ἀγήρατα, γαληνὸς δέ τις καὶ κακῶν ἄγονος βίος, ἀσαλεύτῳ ἡσυχίᾳ εὐδιαζόμενος, καὶ περιαθρῶν τὴν φύσιν· καὶ φιλοσοφῶν οὐ πρὸς ὄχλον καὶ θέατρον, ἀλλὰ πρὸς ἀμφιβαλῆ τὴν ἀλήθειαν. ΑΞ. Εἰς τοὐναντίον με τῷ λόγῳ περιέσακας· οὐκέτι γάρ
e. μοι θανάτου δέος ἔνεστιν, ἀλλ' ἤδη καὶ πόθος· ἵνα τι κἀγὼ, μιμησάμενος τοὺς ῥήτορας, περιττὸν εἶπω· καὶ πάλαι μετεωρολογῶ, καὶ διειμι τὸν ἀΐδιον καὶ θεῖον δρόμον· ἔκ τε τῆς ἀσθενείας ἐμαυτὸν συνείλεγμαι, καὶ γέγονα καινός. ΣΩ. Εἰ
p. δὲ καὶ ἕτερον βούλει λόγον, ὃν ἐμοὶ ἤγγειλε Γωβρύης, ἀνὴρ
371 μάγος· ἔφη, κατὰ τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν, τὸν πάππον αὐ-
a. τοῦ καὶ ὁμώνυμον, πεμφθέντα εἰς Δῆλον, ὅπως τηρήσειε τὴν νῆσον ἐν ᾗ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο, ἐκ τινῶν χαλκέων δέλτων, ἃς ἐξ Ὑπερβορέων ἐκόμισαν Ὦπίς τε καὶ Ἑκάεργος, ἐκμεμαθηκέναι, κατὰ τὴν τοῦ σώματος λύσιν τὴν ψυχὴν εἰς τὸν ἀδηλον χωρεῖν τόπον, κατὰ τὴν ὑπόγειον κίνησιν· ἐν ᾗ βασί-

ex hoc ſolutus carcere proficiſceris, ubi requieta laetaque omnia, & nulla fatiſcentia ſenecta: tranquillamque illic perages vitam, ab omnibus liberam incommodis, & ſerena placidam quiete, rerum contemplans naturam, atque philoſophiae non ad turbam, neque in ſpeciem, ſed ad puram germanamque deditus veritatem. *Ax.* In contrarium me, Socrates, hac oratione diſtuliſti. non enim metus iam me, ſed deſiderium tenet mortis: utque ego, rhetores imitatus, grandius aliquid dicam, iamdudum ſuperna mente concipio, & immenſum illum divinumque recenſeo curſum: collegique ex infirmitate me, ſumque iterum quaſi novus effectus. *So.* Si vis autem aliam etiam rationem, cape, quam retulit mihi Gobryas Magus. Is dicebat, ſecundum Xerxis in Graeciam tranſitum, avum ſuum ſibi cognominem miſſum eſſe in Delum, quo eam tueretur inſulam, in qua bina ſunt numina prognata. Ibi illum ex aeneis quibuſdam tabulis, quas attuliſſent ab Hyperboreis Opis & Hecaërgus, didiciſſe, animam, poſteaquam a corpore ſit exſoluta, in ignotum

λεια Πλούτωνος οὐχ ἥττω τῆς τοῦ Διὸς αὐλῆς, ἅτε τῆς μὲν γῆς ἐχούσης τὰ μέσα τοῦ κόσμου, τοῦ δὲ πόλου ὄντος σφαι- b.
ροειδοῦς· οὗ τὸ μὲν ἕτερον ἡμισφαίριον θεοὶ ἔλαχον οἱ οὐράνιοι, τὸ δὲ ἕτερον οἱ ὑπένερθεν· οἱ μὲν, ἀδελφοὶ ὄντες· οἱ δὲ, ἀδελφῶν παῖδες. τὰ δὲ πρόπυλα τῆς εἰς Πλούτωνος ὁδοῦ, σιδηροῖς κλειθροις καὶ κλεισὶν ὠχύρωται. ταῦτα δὲ ἀνοίξαντα ποταμὸς Ἀχέρων ἐκδέχεται· μεθ' ὃν, Κωκυτός· οὓς χρὴ πορθμεύσαντα, ἀχθῆναι ἐπὶ Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυν, ὃ κληῖζεται πεδίον ἀληθείας. ἐνταυθοῖ καθέζονται δικασταὶ, ἀνακρί- c.
νοντες τῶν ἀφικνουμένων ἕκαστον, τίνα βίον βεβίωκε, καὶ τίσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐνῳκίσθη τῷ σώματι. ψεύσασθαι μὲν οὖν ἀμήχανον. ὅσοις μὲν οὖν ἐν τῷ ζῆν δαίμων ἀγαθὸς ἐπέπνευσεν, εἰς τὸν τῶν εὐσεβῶν χῶρον οἰκίζονται· ἔνθα ἄφθονοι μὲν ὧραι παγκάρπου γονῆς βρύουσι, πηγαὶ δὲ ὑδάτων καθαρῶν ῥέουσι, παντοῖοι δὲ λειμῶνες, ἄνθεσι ποικίλοις ἐαριζόμενοι· διατριβαὶ δὲ φιλοσόφων, καὶ θέατρα ποιητῶν, καὶ κύκλιοι d.
χοροὶ, καὶ μουσικὰ ἀκούσματα· συμπόσιά τε εὐμελῆ, καὶ εἰ-

quendam locum ſubterraneo diſcedere receſſu, in quo Plutonis ſit regia, nihilo minor, quam aula Iovis. terra etenim mundi medium tenente, ambitum eius eſſe globoſum: cuius alterum quidem ſemiorbem Dii ſuperi acceperint, inferi alterum: atque hi quidem fratres illorum, hi vero filii fratrum. Veſtibula autem, qua aditus ad Plutonis eſt regnum, ferreis eſſe clauſtris atque clavibus obfirmata. Aperientem illa fluvius excipit Acheron: poſt quem Cocytus eſt. eos ubi quis traiecerit, ad Minoëm & Rhadamanthum eſt accedere neceſſe. vocant hunc campum veritatis: inque eo iudices ſedent, recognoſcentes eorum, qui advenerint, uniuſcuiuſque vitam, & qua quiſque ratione corpus inhabitans aetatem peregerit. nec mentiendi illic ulla facultas. Quibuſcunque autem in vita melior aſpiraverit daemon, ii ſedes incolunt piorum: ubi omnes horae ſcatent omnigena fructuum ubertate, fontes puris labuntur aquis, variis prata omnimoda floribus vernant, conventus ſunt philoſophorum, theatra poëtarum, exſultantium coronae,

λαπίναι αὐτοχορήγητοι, καὶ ἀκήρατος ἀλυπία, καὶ ἡδεῖα δίαιτα. οὔτε γὰρ χεῖμα σφοδρὸν οὔτε θάλπος ἐγγίνεται, ἀλλ' εὔκρατος ἀὴρ κεῖται, ἁπαλαῖς ἡλίου ἀκτῖσιν ἀνακιρνάμενος. ἐνταῦθα τοῖς μεμυημένοις ἑσί τις προεδρία· καὶ τὰς ὁσίας ἀγιστείας κἀκεῖσε συντελοῦσι. πῶς οὖν οὐ σοὶ πρώτῳ μέτεστι τῆς τιμῆς, ὄντι γενήτῃ τῶν θεῶν; καὶ τοὺς περὶ Ἡρακλέα τε καὶ
e. Διόνυσον, κατιόντας εἰς ᾅδου, πρότερον λόγος ἐνθάδε μυηθῆναι, καὶ τὸ θάρσος τῆς ἐκεῖσε πορείας παρὰ τῆς Ἐλευσινίας ἐναύσασθαι. ὅσοις δὲ τὸ ζῆν διὰ κακουργημάτων ἠλάθη, ἄγονται πρὸς Ἐρινύων ἐπ' ἔρεβος καὶ χάος διὰ ταρτάρου· ἔνθα χῶρος ἀσεβῶν, καὶ Δαναΐδων ὑδρεῖαι ἀτελεῖς, καὶ Ταντάλου δίψος, καὶ Τιτυοῦ σπλάγχνα, καὶ Σισύφου πέτρος
P. ἀνήνυτος· οὗ τὰ τέρματα αὖθις ἄρχεται πόνων. ἔνθα θηρσὶ
372 περιλιχμώμενοι, καὶ λαμπάσιν ἐπιμόνως πυρούμενοι Ποινῶν,
a. καὶ πᾶσαν αἰκίαν αἰκιζόμενοι, ἀϊδίοις τιμωρίαις τρύχονται. ταῦτα μὲν ἐγὼ ἤκουσα παρὰ Γωβρύου· σὺ δ' ἂν ἐπικρίνειας, Ἄξιοχε. ἐγὼ γὰρ λόγῳ ἀνθελκόμενος, τοῦτο μόνον ἐμπέδως

musicique concentus: ad haec instructa diligenter convivia, & ipsa sese suppeditans affluentia victus, immortalis hilaritas, ratioque vitae iucundissima. non enim frigus illis, non aestus est gravis, sed temperatus aër funditus mitibus solis radiis illustratus. Hic etiam initiatis est dignatio quaedam, & religiosa ibidem quoque peragunt sacra. Quomodo ergo non hic tibi honor habebitur, cognato Deorum? Herculem namque Liberumque patrem, descendentes ad inferos, priscus est sermo, hic initiatos fuisse, & fiduciam, quo illuc irent, ab Eleusinia conceptam esse. At illi, quibus per scelera vita fuerit peracta, per Tartarum a Furiis ad Erebum Chaosque rapiuntur, ubi impiorum est locus, inexplebilesque Danai filiarum urnae, ubi Tantali sitis, praecordia Tityi, Sisyphi inexplicitum saxum, cuius finis ab alio incipit rursus labore. ibi circumlambentibus eos feris, indesinenter lampadibus adusti, & omnium poenarum afflicti cruciatu, tormentis laniantur immensis. Ista quidem ex Gobrya ego audivi: tuum vero de eis erit, Axioche, iudicium.

οἶδα, ὅτι ψυχὴ ἅπασα ἀθάνατος· ἡ δὲ ἐκ τοῦδε τοῦ χωρίου μεταχθεῖσα, καὶ ἄλυπος. ὥστε ἢ κάτω ἢ ἄνω εὐδαιμονεῖν σε δεῖ, Ἀξιοχε, βεβιωκότα εὐσεβῶς. ΑΞ. Αἰσχύνομαι σοὶ b. τὶ εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες. τοσοῦτον γὰρ ἀποδέω τοῦ δεδοικέναι τὸν θάνατον, ὥστε ἤδη καὶ ἔρωτα αὐτοῦ ἔχειν. οὕτω με καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὡς καὶ ὁ οὐράνιος, πέπεικε· καὶ ἤδη περιφρονῶ τοῦ ζῆν, ἅτε εἰς ἀμείνω οἶκον μεταχησόμενος. νυνὶ δὲ ἡρέμα κατ' ἐμαυτὸν ἀναριθμήσομαι τὰ λεχθέντα. ἐκ μεσημβρίας δὲ παρέσῃ μοι, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ποιήσω, ὡς λέγεις. κἀγὼ δὲ ἐπάνειμι ἐς Κυνόσαργες, ἐς περίπατον, ὁπόθεν δεῦρο μετε- c. κλήθην.

Illud namque, ratione adductus, ſolum ſcio conſtanter, quod omnis immortalis eſt anima, quaecunque ex hoc loco transfertur, & prorſus expers doloris. Sive ſurſum ergo, Axioche, ſive deorſum, beatus ſis oportet, qui probe pieque vixiſti. *Ax.* Pudet me, Socrates, dicere tibi quiddam. Tantum abeſt, ut timeam mortem, ut nunc eius etiam tenear amore: uſque adeo & haec mihi, & illa perſuaſit quaſi coeleſtis oratio. Contemno etiam vitam, ut qui ſim in melius domicilium tranſiturus: nuncque paulatim ea, quae dicta ſunt, ipſe mecum recenſebo. tu vero meridie fac adſis mihi, Socrates. *So.* Faciam, ut dixiſti. At inde ad Cynoſarges, unde huc vocatus ſum, redeo ad deambulationem.

# ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΥ

ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΝΟΘΕΥΟΜΕΝΟΣ.

## DE IUSTO

DIALOGUS QUI NOTHUS HABETUR.

*Sebaſtiano Corrado interprete.*

Ἔχεις ἡμῖν εἰπεῖν ὅ, τι ἐϛὶ τὸ δίκαιον; ἢ οὐκ ἄξιον σοὶ δοκεῖ εἶναι, λόγον περὶ αὐτοῦ ποιεῖσθαι; Ἔμοιγε καὶ μάλα. Τί οὖν ἐϛι; Τί γὰρ ἄλλό γε ἢ τὰ νομιζόμενα δίκαια; Μή μοι οὕτως· ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ σύ μ' ἔροιο τί ἐϛιν ὀφθαλμὸς, εἰ-
d. ποιμ' ἄν σοι ὅτι ᾧ ὁρῶμεν· ἐὰν δὲ καὶ δεῖξαί με κελεύῃς, δείξω σοι. καὶ ἐάν με ἔρῃ, ὅτῳ ψυχὴ ὄνομα, ἐρῶ σοι ᾧ γινώσκομεν· ἐὰν δὲ ἔρῃ αὖ τί ἐϛι φωνὴ, ἀποκρινοῦμαί σοι ᾧ διαλεγόμεθα· καὶ σὺ οὕτω φράσον, ὅτι δικαιόν ἐϛιν, ᾧ τί χρώ-

POTES nobis dicere, quid ſit iuſtum? an id tibi indignum videtur eſſe, de quo verba facias? Mihi vero dignum videtur, & quidem valde. Quid eſt igitur? Quid aliud eſſe dicam, niſi illa omnia, quae iuſta cenſentur. Nolim ita mihi reſpondeas: ſed, quemadmodum, ſi tu me roges, quid ſit oculus, dicam tibi, id eſſe, quo videmus: & ſi me praeterea iubeas oſtendere, oſtendam. & ſi me interroges, cuinam rei animus ſit nomen: ei, tibi dicam, qua cognoſcimus. rurſus autem ſi quaeras, quid ſit vox: id tibi eſſe reſpondeam, quo differimus. tu quoque ſic velim dicas, iuſtum id eſſe,

μεθα, ὥσπερ ἃ νῦν δὴ ἠρόμην. Οὐ πάνυ ἔχω σοὶ οὕτως ἀποκρίνασθαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐχ οὕτως ἔχεις, ἴσως τῇδέ πῃ ῥᾷον αὐτὸ εὕροιμεν ἄν. Φέρε, τὰ μείζω καὶ τὰ ἐλάττω τίνι σκοποῦντες διαγιγνώσκομεν; ἆρ' οὐ μέτρῳ; Ναί. Μετὰ δὲ τοῦ μέτρου, τίνι τέχνῃ; ἆρ' οὐ μετρητικῇ; Ναί. Τί δὲ τὰ κοῦφα καὶ βαρέα, ἆρ' οὐ ςαθμῷ; Ναί. Μετὰ δὲ τοῦ ςαθμοῦ, τίνι τέχνῃ; οὐ τῇ ςατικῇ; Πάνυ γε. Τί δὲ δή; τὰ δίκαια καὶ τἄδικα τίνι σκοποῦντες διαγιγνώσκομεν ὀργάνῳ; καὶ μετὰ τοῦ ὀργάνου, τίνι τέχνῃ πρόσθεν; ἆρα οὐδ' οὕτω πως σοὶ κατφανές ἐςιν; Οὔ. Ἀλλὰ πάλιν ὧδε· ὅταν ἀμφισβητῶμεν περὶ τῶν μειζόνων καὶ τῶν ἐλαττόνων, τίνες ἡμᾶς διακρίνουσιν; οὐχ οἱ μετρηταί; Ναί. Ὅταν δὲ περὶ τῶν πολλῶν καὶ ὀλίγων, τίνες οἱ διακρίνοντες; οὐχ οἱ ἀριθμηταί; Ἀλλὰ τί; Ὅταν δὲ περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων ἀμφισβητῶμεν ἀλλήλοις, ἐπὶ τίνας ἐρχόμεθα, καὶ τίνες ἡμᾶς οἱ διακρίνοντες εἰσὶν ἑκάςοτε, εἰπέ. ἆρά γε δικαςὰς λέγεις, ὦ Σώκρατες; Εὖ γ' εὑρες.

p. 373 a.

b.

quo utamur ad aliquid agendum, ut dictum eſt de iis, quae nunc ego quaerebam. Haud equidem ita facile tibi poſſum reſpondere. Quandoquidem igitur non ita facile potes reſpondere, id ipſum forte facilius hac ratione invenire poterimus. Age, maiora & minora quonam potiſſimum conſiderantes diſcernimus? nonne menſura? Sane. Praeter menſuram autem, qua deinde arte? nonne metiendi? Ita ſane. Quid levia & gravia? nonne ſtatera? Etiam. Poſt ſtateram qua dehinc arte? nonne appendendi? Maxime. Quid, iuſta & iniuſta intelligis, quo tandem inſtrumento, quaque praeterea arte ſecernamus? an neque adhuc id eſt tibi manifeſtum? Non hercle. Ac rurſus hoc modo: quando de maioribus & minoribus ambigimus, quinam ea de re inter nos diiudicant? nonne metiendi artis periti? Ita. Quando de multis & paucis contendimus, quinam iudicant? nonne ratiocinatores? Verum. Quando vero de iuſtis & iniuſtis inter nos litigamus, dic, quaeſo, ad quos accedamus, qui, qua de re lis eſt, ſententiam ferant? Num iudices dicis, o Socrates? Inveniſti recte. Age iam, illud quoque

ἴθι δὴ καὶ τόδε πειράθητι εἰπεῖν, τί ποιοῦντες διακρίνουσιν οἱ μετρηταὶ περὶ τῶν μεγάλων καὶ σμικρῶν. ἆρ' οὐ μετροῦντες; Ναί. Τί δὲ περὶ τῶν βαρέων καὶ κούφων; οὐχ ἱσάντες; Ναί.
c. Τί δὲ δὴ περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων ἄρα; ἀπόκριναι. Οὐκ ἔχω. Λέγοντες, φάθι. Ναί. Λέγοντες ἄρα ἡμᾶς διακρίνουσιν, ὅταν περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων κρίνωσιν οἱ δικασταί. Ναί. Μετροῦντες δέ γε περὶ τῶν σμικρῶν καὶ μεγάλων, οἱ μετρητικοί. μέτρον γὰρ ἦν ᾧ ταῦτ' ἐκρίνετο. Οὕτως. Ἱσάντες δ' αὖ, περὶ τῶν βαρέων καὶ κούφων, οἱ ζατικοί. ζαθμὸς γὰρ ἦν ᾧ ταῦτ' ἐκρίνετο. Ἦν γάρ. Ἀριθμοῦντες δ' αὖ περὶ τῶν
d. πολλῶν καὶ ὀλίγων, οἱ ἀριθμητικοί. ἀριθμὸς γὰρ ἦν ᾧ ταῦτ' ἐκρίνετο. Οὕτω. Λέγοντες δέ γε (ὡς ἄρτι ὡμολογήσαμεν) περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων κρίνουσιν ἡμᾶς οἱ δικασταί. λόγος γὰρ ἦν ᾧ ταῦτ' ἐκρίνετο. Εὖ λέγεις, ὦ Σώκρατες. Ἀληθῆ μὲν οὖν καὶ λόγος ἐστὶν; ὡς ἔοικεν, ᾧ τὰ δίκαια καὶ ἄδικα κρίνεται. Φαίνεται γοῦν. Τί ποτε ὄντα τὰ δίκαια καὶ τἄδι-

dicas: Artis metiendi periti quid faciunt, cum magna parvaque diſcernunt? nonne metiuntur? Quippe. Quid, qui de gravibus & levibus iudicant, nonne appendunt? Appendunt. Quid iam de his dices, qui de iuſtis & iniuſtis pronuntiant? reſponde. Haud equidem poſſum. Nonne ratiocinari eos recte dicas? Opinor. Iudices igitur, qui inter nos ſententiam ferunt, ratiocinantur utique, quando de iuſtis & iniuſtis iudicant. Aſſentior. Parva vero & magna metiuntur, qui metiendi artem exercent. diximus enim, id eſſe menſuram, quo talia iudicantur. Diximus. Sed gravia rurſus & levia appendunt, qui ſtudium ſuum in appendendi arte poſuerunt. nam ſtatera nobis id ipſum fuit, quo ſolent iſta diſcerni. Fuit profecto. Verum multa & pauca numerant, qui numerandi ſtudio tenentur. id enim numerum eſſe poſuimus, quo res huiuſmodi diſtinguuntur. Poſuimus. Iudices autem, ut modo conſenſimus, ratiocinantur, quando de iuſtis & iniuſtis inter nos iudicant. etenim ratio id eſt, quo res iſtae ſecernuntur. Bene dicis, o Socrates. Et vera quidem. ratio igitur id eſſe prorſus videtur,

κα; ὥσπερ ἂν ἡμᾶς εἴτις ἤρετο, ἐπειδὴ μέτρον καὶ μετρητικὴ καὶ μετρητικὸς τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον διακρίνει, τί ὂν τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον, εἴποιμεν ἂν αὐτῷ, ὅτι τὸ μὲν μεῖζον, e.
ὑπερέχον· τὸ δὲ ἔλαττον, ὑπερεχόμενον. ἐπειδὴ δὲ τὸ βαρὺ καὶ τὸ κοῦφον ζυγὸς καὶ ζυγικὴ καὶ ζυγικὸς διακρίνει, τί ὂν τό, τε βαρὺ καὶ κοῦφον· εἴποιμεν ἂν αὐτῷ, ὅτι τὸ μὲν κάτω ῥέπον ἐν τοῖς ζυγοῖς, βαρύ· τὸ δὲ ἄνω, κοῦφον· οὕτω δὴ καὶ εἰ ἔροιτο ἡμᾶς, ἐπειδὴ δὲ τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον λόγος τε καὶ δικαστικὴ καὶ δικαστής ἐστιν ἡμῖν ὁ διακρίνων, τί ποτε ὂν τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον; τί ἔξομεν αὐτῷ ἀποκρίνεσθαι; ἢ οὐδέπω ἔχομεν εἰπεῖν; Οὐκ ἔχομεν. Πότερον δὲ ἑκόντας οἴει ἔχειν p.
τοῦτο τὸ ἄδικον τοὺς ἀνθρώπους, ἢ ἄκοντας; ὧδε δὲ λέγω· 374
ἑκόντας οἴει ἀδικεῖν καὶ ἀδίκους εἶναι, ἢ ἄκοντας; Ἑκόντας, ὦ Σώκρατες, ἔγωγε. πονηροὶ γάρ εἰσιν. ἑκόντας ἄρα σὺ οἴει πονηροὺς εἶναι καὶ ἀδίκους ἀνθρώπους; Ἔγωγε. σὺ δ' οὔ;

quo iusta & iniusta iudicantur. Videtur. Iam vero iusta & iniusta definienda sunt: ut, si quis ita nos interrogaret, Quando mensura, arsque metiendi, & vir illius artis peritus, maius ipsum & minus diiudicant, quid est tandem maius & minus? diceremus profecto, id esse maius, quod superet; minus vero, quod superetur. item, si quaereret, Quando grave & leve, statera, arsque appendendi, & vir eius artis studiosus, discernunt, quid est grave & leve? responderemus, grave esse, quod in libra positum propendeat; leve autem, quod sursum feratur. sic iam, si quis nos roget, Quandoquidem iustum & iniustum, ratioque, & ars iudiciaria, atque iudex iudicant, quid est iustum & iniustum? aliquidne, quod illi respondeamus, an adhuc nihil habebimus? Nihil. Utrum existimas, homines iniustitia praeditos esse voluntarios, an invitos? sic autem dico, Utrum credis, homines iniuste agere, & iniustos esse voluntarios, an invitos? Voluntarios, o Socrates. sunt enim improbi. Improbos igitur tu & iniustos homines voluntarios esse arbitraris? Arbitror equidem. tu vero non arbitraris? Non equidem, si modo quid oportet poëtae crede-

Οὔκ· εἰγέ τι δεῖ τῷ ποιητῇ πείθεσθαι. Ποίῳ ποιητῇ; Ὅστις εἶπεν, Οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς, οὐδ' ἄκων μάκαρ. Ἀλλά τοι, ὦ Σώκρατες, εὖ ἡ παλαιὰ παροιμία ἔχει, ὅτι πολλὰ ψεύδονται
b. ἀοιδοί. Θαυμάζοιμ' ἂν εἰ τοῦτό γε ἐψεύσατο οὗτος ἀοιδός. ἐπεὶ εἴ σοι σχολή ἐσιν, ἐπισκεψώμεθα αὐτὸν, εἴτε ψευδῆ εἴτε ἀληθῆ λέγει. Ἀλλὰ σχολή. Φέρε δὴ, πότερον ἡγῇ δίκαιον εἶναι ψεύδεσθαι, ἢ ἀληθῆ λέγειν; Ἀληθῆ, ἔγωγε. Ψεύδεσθαι ἄρα ἄδικον. Ναί. Πότερον δὲ καὶ ἐξαπατᾶν ἡγῇ δίκαιον, ἢ μὴ ἐξαπατᾶν; Μὴ ἐξαπατᾶν δήπου. Ἐξαπατᾶν ἄρα ἄδικον. Ναί. Τί δέ; βλάπτειν δίκαιον, ἢ ὠφελεῖν; Ὠφελεῖν.
c. Βλάπτειν ἄρα ἄδικον. Ναί. Ἔσιν ἄρα ἀληθῆ μὲν λέγειν, καὶ μὴ ἐξαπατᾶν, καὶ ὠφελεῖν, δίκαιον· ψεύδεσθαι δὲ καὶ βλάπτειν καὶ ἐξαπατᾶν, ἄδικον. Ναὶ μὰ Δία σφόδρα γε. Ἦ καὶ τοὺς πολεμίους; Οὐδαμῶς. Ἀλλὰ βλάπτειν δίκαιον τοὺς πολεμίους, ὠφελεῖν δὲ ἄδικον; Ναί. Οὐκοῦν καὶ ἐξαπατῶντας δίκαιον βλάπτειν τοὺς πολεμίους; Πῶς γὰρ οὔ; Τί δέ; ψεύδεσθαι, ἵνα ἐξαπατῶμεν καὶ βλάπτωμεν αὐτοὺς, οὐ δίκαιον;
d. Ναί. Τί δέ; τοὺς φίλους οὐκ ὠφελεῖν φῂς δίκαιον εἶναι; Ἐγω-

re. Cui poëtae? Qui dixit, Nullus malus lubens, nec invitus bonus. Atqui, o Socrates, recte habet proverbium vetus, poëtas in multis mentiri. Mirum sane, si ea in re poëta hic mentitus sit. quare, si tibi est otium, videamus, falsane, an vera dixerit. Est otium. Age iam, utrum ducis iustum esse, mentiri, an vera dicere? Vera dicere. Mentiri igitur iniustum. Iniustum. Utrum decipere putas iustum, an non decipere? Non decipere utique. Decipere an iniustum? Iniustum. Quid vero? nocere iustum, an prodesse? Prodesse. Nocere nonne iniustum? Iniustum. Vera utique dicere, & non decipere, & prodesse, iustum: mentiri vero, & decipere, & nocere, iniustum. Ita est mehercule. Eademne de hostibus sentis? Nequaquam. Sed nocere hostibus, iustum esse: prodesse vero, iniustum. Ita sentio. Estne igitur iustum, nos vel decipientes hostibus nocere? Quidni? Quid autem? mentiri, ut hostes decipiamus offendamusque, nonne iustum? Iustum. Quid? non

γε. Πότερον μὴ ἐξαπατῶντας, ἢ ἐξαπατῶντας ἐπ' ὠφελείᾳ τῇ ἐκείνων; Καὶ ἐξαπατῶντας νὴ Δία. Ἀλλ' ἐξαπατῶντας μὲν δίκαιον ἄρα ὠφελεῖν, οὐ μέντοι ψευδομένους γε. ἢ καὶ ψευδομένους; Καὶ ψευδομένους δίκαιον. Ἔστιν ἄρα, ὡς ἔοικε, ψεύδεσθαί τε καὶ ἀληθῆ λέγειν, δίκαιον καὶ ἄδικον. Ναί. Καὶ μὴ ἐξαπατᾷν καὶ ἐξαπατᾷν, δίκαιον καὶ ἄδικον. Ναί. Ταῦτα δὴ, ὡς ἔοικε, πάντα τὰ τοιαῦτα ὄντα, καὶ δίκαια καὶ ἄδικά ἐστιν. Ἔμοιγε φαίνεται. Ἄκουε δή· ὀφθαλμὸν ἐγὼ ἔχω δεξιὸν καὶ ἀριστερὸν ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι; Ναί. Μυκτῆρα δεξιὸν καὶ ἀριστερόν; Πάνυ γε. Καὶ χεῖρα δεξιὰν καὶ ἀριστεράν; Ναί. Οὐκοῦν, ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ ὀνομάζων, τὰ μὲν, δεξιὰ φὴς εἶναι, τὰ δὲ ἀριστερὰ, τῶν ἐμῶν, εἴ σε ἐγὼ ἐροίμην ὁπότερα, ἆρ' ἂν ἔχοις εἰπεῖν ὅτι τὰ μὲν πρὸς τοῦ δεξιά ἐστι, τὰ δὲ πρὸς τοῦ, ἀριστερά; Ναί. Ἴθι δὴ καὶ ἐκεῖ. ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ ὀνομάζων, τὰ μὲν, δίκαια φὴς εἶναι, τὰ δὲ, ἄδικα, ἔχεις εἰπεῖν ὁπότερα τὰ δίκαια, καὶ ὁπότερα τὰ ἄδικα; Ἐμοὶ μὲν τοίνυν δοκεῖ, ἐν μὲν τῷ δέοντι καὶ τῷ καιρῷ ἕκαστα τούτων

e.

p. 375 a.

iustum ducis esse, nos amicis prodesse? Duco equidem. Utrum non decipientes, an propter aliquam illorum utilitatem decipientes? Atque etiam decipientes. Sed decipientes quidem iustum est prodesse, non mentientes tamen: an & mentientes? Et mentientes. Mentiri igitur, & vera dicere, nonne utrumque videtur esse & iustum, & iniustum? Videtur. Et decipere, iustum & iniustum? Illud quoque. Haec omnia, cum sint huiusmodi, nonne iusta sunt, & iniusta? Sunt, ut apparet. Audi reliqua: oculumne ego habeo dextrum & sinistrum, quemadmodum & alii homines? Habes. Et narem dextram, & sinistram? Prorsus. Et manum dextram, & sinistram? Sane. Postquam igitur haec tu eadem nominans, quaedam ex meis dextera, & quaedam sinistra esse dicis: si te rogem, utra ea sint; possisne dicere, haec quidem in hac parte, dextera esse, illa vero in illa, sinistra? Possim. Iam & illuc eas. postquam haec eadem nominans, aliqua iusta, & aliqua iniusta esse diceres, possis dicere, utra iusta, & utra sint iniusta? Horum singula quaeque con-

γιγνόμενα, δίκαια εἶναι· ἐν δὲ τῷ μὴ δέοντι, ἄδικα. Καλῶς γέ σοι δοκοῦν. Ὁ μὲν ἄρα ἐν τῷ δέοντι ἕκαστα τούτων ποιῶν, δίκαια ποιεῖ· ὁ δὲ μὴ ἐν τῷ δέοντι, ἄδικα. Ναί. Οὐκοῦν ὁ μὲν τὰ δίκαια ποιῶν, δίκαιος; ὁ δὲ τἄδικα, ἄδικος; Ἔστι ταῦτα. Τίς οὖν ὁ ἐν τῷ δέοντι καιρῷ οἷόστε τέμνειν καὶ καίειν καὶ
b. ἰσχναίνειν; Ὁ ἰατρός. Ὅτι ἐπίσταται; ἢ δι' ἄλλό τι; Ὅτι ἐπίσταται. Τίς δ' ἐν τῷ δέοντι σκάπτειν καὶ ἀροῦν καὶ φυτεύειν οἷόστε; Ὁ γεωργός. Ὅτι ἐπίσταται; ἢ ὅτι οὔ; Ὅτι ἐπίσταται. Οὐκοῦν καὶ τἆλλα οὕτως; ὁ μὲν ἐπιστάμενος, οἷόστε τὰ δέοντα ποιεῖν ἐστι, καὶ ἐν τῷ δέοντι καὶ ἐν τῷ καιρῷ; ὁ δὲ μὴ ἐπιστάμενος, οὔ; Οὕτω. Καὶ ψεύδεσθαι ἄρα καὶ ἐξαπατᾶν, καὶ ὠφελεῖν, ὁ μὲν ἐπιστάμενος, οἷόστε ποιεῖν ἕκαστα τούτων ἐν τῷ
c. δέοντι καὶ τῷ καιρῷ· ὁ δὲ μὴ ἐπιστάμενος, οὔ. Ἀληθῆ λέγεις. Ὁ δέ γε ταῦτα ποιῶν ἐν τῷ δέοντι, δίκαιος. Ναί. Δι' ἐπιστήμην δέ γε ταῦτα ποιεῖ. Πῶς δ' οὔ; Δι' ἐπιστήμην ἄρα δίκαιος, ὁ δίκαιος. Ναί. Οὐκοῦν ὁ ἄδικος, διὰ τὸ ἐναντίον ἄδικός ἐστι τῷ δικαίῳ; Φαίνεται. Ὁ δὲ δίκαιος, διὰ σοφίαν δίκαιος. Ναί. Δι' ἀμαθίαν ἄρα ὁ ἄδικος, ἄδικος. Ἔοικε. Κινδυνεύει ἄρα ὃ

venienter & in tempore facta, mihi iusta videntur esse: contra vero, iniusta. Recte videntur. Horum igitur singula quaeque qui facit opportune, iusta facit: qui contra, iniusta. Ita res habet. Ergo, qui iusta facit, iustus est: qui iniusta, iniustus. Nemo negat. Quis igitur potest opportuno tempore secare, urere, & extenuare? Medicus. Quod scit, an propter aliud? Quod scit. Quis vero opportune fodere, arare, & serere potest? Agricola. Quod scit, an quod nescit? Quod scit. In aliis quoque rebus eodem modo, qui scit, potest opportuna, & quando oportet, & suo tempore facere: qui nescit, contra? Potest. Ergo mentiri, & decipere, & prodesse qui scit, potest horum singula quaeque, & quando oportet, & suo tempore facere: qui vero nescit, non potest. Vera dicis. Qui facit haec opportune, nonne iustus vocatur? Vocatur. Facit vero per scientiam. Facit. Iustus igitur, per scientiam est iustus. Est. Iniustus, per contrarium est iniustus. Patet. Iustus, per sapientiam iustus.

μὲν οἱ πρόγονοι ἡμῖν κατέλιπον σοφίαν, δικαιοσύνη εἶναι· ὃ δὲ ἀμαθίαν, τοῦτο δὲ ἀδικία. Ἔοικεν. Ἑκόντες δὲ ἀμαθεῖς d.
εἰσιν οἱ ἄνθρωποι, ἢ ἄκοντες; Ἄκοντες. Ἄκοντες ἄρα, καὶ
ἄδικοι. Φαίνεται. Οἱ δὲ ἄδικοι, πονηροί. Ναί. Ἄκοντες ἄρα
πονηροὶ καὶ ἄδικοι. Παντάπασι μὲν οὖν. Διὰ δὲ τὸ ἄδικοι
εἶναι ἀδικοῦσι. Ναί. Διὰ τὸ ἀκούσιον ἄρα. Πάνυ γε. Οὐ μὲν
δὴ διὰ τὸ ἀκούσιόν γε τὸ ἑκούσιον γίγνεται. Οὐ γὰρ οὖν. Διὰ
δὲ τὸ ἄδικον εἶναι τὸ ἀδικεῖν γίγνεται. Ναί. Τὸ δὲ ἄδικον,
ἀκούσιον. Ἀκούσιον. Ἄκοντες ἄρα ἀδικοῦσι, καὶ ἄδικοι εἰσὶ
καὶ πονηροί. Ἄκοντες, ὥς γε φαίνεται. Οὐκ ἄρα ἐψεύσατο
τοῦτό γε ἀοιδός. Οὐκ ἔοικεν.

Nimirum. Et iniuſtus, per inſcientiam iniuſtus. Sequitur. Videtur ex his id ipſum, quod maiores nobis ſub ſapientiae nomine reliquerunt, iuſtitia: id vero, quod inſcientia dicitur, iniuſtitia vocari merito poſſe. Videtur. Sed homines inſcii ſunt ſponte, an invite? Invite. Invite igitur & iniuſti? Apparet. Iniuſti autem, ſunt improbi. Sunt. Nonne invite ſunt improbi & iniuſti? Prorſus. Per iniuſtitiam vero iniuſte agunt. Nempe. Per id, quod inviti faciunt. Per id ipſum. Per ipſum quidem, quod inviti faciunt, fieri id non poteſt, quod voluntarium dicitur. Non certe. Verum per iniuſtitiam naſcitur id, quod iniuſte agere vocavimus. Naſcitur. Iniuſtitiam vero id eſſe diximus, quod inviti faciunt. Diximus. Inviti igitur iniuſte agunt, & iniuſti ſunt, & improbi. Inviti, ut apparet. Non ergo ea in re mentitus eſt poëta. Non videtur.

# ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ
## ΕΙ ΔΙΔΑΚΤΟΝ
## ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΝΟΘΕΥΟΜΕΝΟΣ.

# DE VIRTUTE
## AN DOCERI POSSIT
## DIALOGUS QUI NOTHUS HABETUR.

*Sebastiano Corrado interprete.*

p. 376 a. ΑΡΑ διδακτόν ἐστιν ἡ ἀρετή; ἢ οὐ διδακτὸν, ἀλλὰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ γίγνονται ἄνδρες, ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ; Οὐκ ἔχω εἰπεῖν ἐν τῷ παρόντι, ὦ Σώκρατες. Ἀλλὰ ὧδε σκεψώμεθα b. αὐτό. Φέρε, εἴτις βούλοιτο ταύτην τὴν ἀρετὴν γενέσθαι ἀγαθὸς ἢ ἀγαθοί εἰσιν οἱ σοφοὶ μάγειροι, πόθεν ἂν γένοιτο; Δηλονότι εἰ παρὰ τῶν ἀγαθῶν μαγείρων μάθοι. Τί δέ; εἰ βούλοιτο ἀγαθὸς γίγνεσθαι ἰατρὸς, παρὰ τίνα ἂν ἐλθὼν γένοιτο ἀγαθὸς ἰατρός; Δῆλον δὴ ὅτι παρὰ τῶν ἀγαθῶν τινα ἰα-

VIRTUS tradine doctrina poteſt? an ea potius eſt, quae non poſſit acquiri? ſed viri natura, vel alio quodam modo, boni fiunt? Non habeo, Socrates, quod tibi nunc reſpondeam. At hoc ipſum ita conſideremus. Age, ſi quis vellet ea facultate bonus fieri, qua boni ſunt coqui, qui ſciti inprimis habentur, unde fieret? Inde videlicet, ſi de bonis coquis diſceret. Quid, ſi vellet bonus fieri medicus, ad quem profectus, bonus fieret medicus? Ad eorum aliquem, qui boni ſunt me-

τρῶν. Εἰ δὲ ταύτην τὴν ἀρετὴν ἀγαθὸς βούλοιτο γενέσθαι ἥπερ οἱ σοφοὶ τέκτονες; Παρὰ τῶν τεκτόνων. Εἰ δὲ ταύτην c. τὴν ἀρετὴν βουληθείη ἀγαθὸς γενέσθαι, ἥπερ οἱ ἄνδρες οἱ ἀγαθοί τε καὶ σοφοὶ, ποῖ χρὴ ἐλθόντα μαθεῖν; Οἶμαι μὲν καὶ ταύτην, εἴπερ μαθητός ἐστι, παρὰ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀγαθῶν. πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; Φέρε δὴ, τίνες ἡμῖν ἄνδρες ἀγαθοὶ γεγόνασιν; ἵνα σκεψώμεθα εἰ οὗτοι εἰσὶν οἱ τοὺς ἀγαθοὺς ποιοῦντες· Θουκυδίδης καὶ Θεμιστοκλῆς καὶ Ἀριστείδης καὶ Περικλῆς. Τούτων οὖν ἑκάστου ἔχομεν διδάσκαλον εἰπεῖν; Οὐκ d. ἔχομεν· οὐ γὰρ λέγεται. Τί δέ; μαθητὴν, ἢ τῶν ξένων τινὰ ἢ τῶν πολιτῶν, ἢ ἄλλον, ἐλεύθερον ἢ δοῦλον, ὅστις αἰτίαν ἔχει διὰ τὴν τούτων ὁμιλίαν σοφός τε καὶ ἀγαθὸς γεγονέναι; Οὐδὲ τοῦτο λέγεται. Ἀλλ' ἆρα μὴ ἐφθόνουν μεταδιδόναι τῆς ἀρετῆς τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις; Τάχα. Ἆρα ἵνα μὴ ἀντίτεχνοι αὐτοῖς γίγνοιντο, ὥσπερ οἱ μάγειροί τε καὶ ἰατροὶ καὶ τέκτονες φρονοῦσιν; οὐ γὰρ λυσιτελεῖ αὐτοῖς πολλοὺς ἀντι- e.

dici. Si vero cuperet arte bonus esse illa, qua boni sunt fabri? Ad fabrorum aliquem. Sed si peroptaret ea virtute bonus evadere, qua viri sunt & boni, & sapientes, quo profectum illum oporteret discere? Arbitror, ad eorum aliquem, qui boni sint viri, si modo is, qui discere cupiat, ad eam virtutem perdiscendam sit idoneus. nam quo alio proficisci posset? Age, quinam viri boni in urbe nostra fuerunt? ut expendamus, an viri huiusmodi bonos item alios faciant? Thucydides, Themistocles, Aristides, & Pericles. Uniuscuiusque horum magistrum possumus referre? Non possumus. non enim id dicitur. Quid? discipulum possumus vel peregrinum, vel civem, vel liberum vel servum nominare, qui possit affirmare, se per eorum consuetudinem bonumque & sapientem factum? Neque hoc dicitur. Numquid invidi erant ita, ut nollent virtutem ceteris impertire? Fortasse. Ob idne, quod vererentur, ne sibi alii fierent aemuli, quemadmodum coqui, & medici, & fabri faciunt? namque ii neque utile sibi existimant esse, si multi sibi in arte adversarii fiant: neque com-

τέχνους γίγνεσθαι, οὐδὲ οἰκεῖν ἐν πολλοῖς αὐτοῖς ὁμοίοις. ἆρ' οὖν οὕτω καὶ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς οὐ λυσιτελεῖ ἐν ὁμοίοις αὐτοῖς οἰκεῖν; Ἴσως. Εἰσὶ δὲ οἱ αὐτοὶ οὐχὶ ἀγαθοί τε καὶ δίκαιοι; Ναί. Ἔξιν οὖν ὅτῳ λυσιτελεῖ μὴ ἐν ἀγαθοῖς οἰκεῖν ἀνδράσιν, ἀλλ' ἐν κακοῖς; Οὐκ ἔχω εἰπεῖν. Ἆρ' οὖν οὐδὲ τοῦτ' ἔχεις εἰπεῖν, πότερον ἔργον ἐστὶ, τῶν μὲν ἀγαθῶν, βλάπτειν, τῶν δὲ κακῶν, ὠφελεῖν; ἢ τοὐναντίον; Τοὐναντίον. Οἱ μὲν
p. ἀγαθοὶ ἄρα ὠφελοῦσιν, οἱ δὲ κακοὶ βλάπτουσι; Ναί. Ἔξιν
377 a. οὖν ὅστις βούλεται βλάπτεσθαι μᾶλλον ἢ ὠφελεῖσθαι; Οὐ πάνυ. Οὐδεὶς ἄρα βούλεται ἐν πονηροῖς οἰκεῖν μᾶλλον ἢ ἐν χρηστοῖς. Οὕτως. Οὐδεὶς ἄρα φθονεῖ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἄλλῳ, ὥστε ἀγαθὸν καὶ ὅμοιον ἑαυτῷ ποιῆσαι. Οὔκουν φαίνεταί γε δὴ ἐκ τοῦ λόγου. Ἀκήκοας οὖν ὅτι Θεμιστοκλεῖ Κλεόφαντος υἱὸς ἐγένετο; Ἀκήκοα. Οὐκοῦν δηλονότι οὐδὲ τῷ υἱεῖ
b. ἐφθόνει ὡς βελτίστῳ γενέσθαι ὁ Θεμιστοκλῆς· ὅσγε ἄλλῳ οὐδενὶ, εἴπερ ἦν ἀγαθός· ἦν δὲ, ὡς φαμέν. Ναί. Οἶσθα οὖν, ὅτι Θεμιστοκλῆς τὸν υἱὸν ἱππέα μὲν ἐδιδάξατο σοφὸν εἶναι καὶ

modum, si ipsi inter multos sui similes habitent. Eodemne igitur modo & viris bonis incommodum est, cum sui similibus habitare? Fieri potest. Nonne sunt iidem boni & iusti? Sunt. Estne aliquis, cui possit utile esse, non cum bonis, sed cum improbis versari? Non possum dicere. An igitur neque hoc potes dicere, utrum sit bonorum quidem nocere, sed improborum prodesse; an contra? Contra. Asserisne, bonos iuvare, improbos vero laedere? Assero. Estne igitur aliquis, qui laedi malit, quam iuvari? Nullus certe. Nullus ergo mavult inter nocentes, quam inter utiles, vivere. Res est, ut dicis. Nullus ergo e viris bonis moleste fert, alium bonum & sui similem fieri. Nullus, ut ex hac ratione apparet. Audisti, Themistocli, Cleophantum filium fuisse? Audivi. Themistocles certe, qui bonitatem nemini invidebat, si modo bonus erat, ut vere fuit, & a nobis dicitur, nunquam filium quam optimum fieri per invidiam prohibuisset. Nunquam. Propterea filium equitandi artem ita doceri voluit, ut in ea peritus, & bonus esset.

ἀγαθόν. ἐπέβαινε γοῦν ἐπὶ τὸν ἵππον ὀρθὸς ἐξηκὼς, καὶ ἠκόντιζεν ἀπὸ τῶν ἵππων ὀρθὸς, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ θαυμάσια εἰργάζετο· καὶ ἄλλα πολλὰ ἐδίδαξε, καὶ ἐποίησε σοφὸν, ὅσα διδασκάλων ἀγαθῶν εἶχετο. ἦ ταῦτα οὐκ ἀκήκοας τῶν πρεσβυτέρων; Ἀκήκοα. Οὐκ ἄρα τὴν φύσιν γέ τις τοῦ υἱοῦ c.
αὐτοῦ αἰτιάσαιτ' ἂν κακὴν εἶναι. Οὐκ ἂν οὖν δικαίως γε, ἐξ ὧν σὺ λέγεις. Τὸ δὲ, ὡς Κλεόφαντος, ὁ Θεμιστοκλέους υἱὸς, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ σοφὸς ἐγένετο, ἅπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἦν σοφὸς, ἦλθε τοῦτο ἤκουσας ἢ νεωτέρου ἢ πρεσβυτέρου; Οὐκ ἤκουσα. Ἆρ' οὖν ταῦτα μὲν οἰόμεθα βούλεσθαι αὐτὸν τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν παιδεῦσαι· ἦν δὲ αὐτὸς σοφίαν ἦν σοφὸς, μηδὲν βελτίω αὐτὸν ποιῆσαι τῶν γειτόνων μηδενὸς, εἴπερ διδακτὸν ἦν ἡ ἀρετή; Οὔκουν εἰκός γε. Οὗτος μὲν δή σοι τοιοῦτος διδάσ- d.
καλος ἀρετῆς, ὃν ὑπεῖπες. ἄλλον δὲ δὴ σκεψώμεθα Ἀριστείδην, ὃς ἔθρεψε μὲν τὸν Λυσίμαχον, ἐπαίδευσε δὲ κάλλιστα Ἀθηναίων, ὅσα διδασκάλων εἶχετο· ἄνδρα δὲ οὐδενὸς βελτίω

nam rectus in equum ascendebat, ex equisque rectus iaculabatur, atque alia multa & mira faciebat. multis etiam praeterea rebus illum instituendum curavit, & edocendum, quaecunque a bonis praeceptoribus traduntur. haec nonne de natu maioribus audisti? Et quidem saepe. Nemo igitur huius filii naturam, ut malam accusare potest. Nemo quidem iuste, ut ex his, quae tu dicis, manifestum est. Cleophantum vero ipsum, Themistoclis filium, in his, in quibus pater sapiens erat, audistine unquam ex aliquo vel iuvene, vel sene, virum & bonum, & sapientem fuisse? Nunquam. An igitur censendum est, Themistoclem his quidem, quae diximus, filium suum instituisse, sed sapientia, qua sapiens erat ipse, nihilo meliorem quovis vicino fieri voluisse, si virtus acquiri potuisset? Haud simile vero. Huiusmodi quidem magister virtutis fuit is, quem tu supposuisti. sed de Aristide videamus. hic Lysimachum educavit quidem, deditque operam, ut omnium Atheniensium pulcherrime his omnibus, quae sunt in magistrorum facultate, erudiretur: sed virum tamen nemine meliorem fecit.

ἐποίησε. τοῦτον γὰρ καὶ σὺ καὶ ἐγὼ εἴδομεν, καὶ συνεγενόμεθα. Ναί. Οἶσθα οὖν ὅτι Περικλῆς αὖ ἔθρεψε Πάραλον καὶ Ξάνθιππον· ὧν καὶ σὺ μοὶ δοκεῖς τοῦ ἑτέρου ἐρασθῆναι. τούτους μέντοι, ὡς καὶ σὺ οἶσθα, ἱππέας μὲν ἐδίδαξεν οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων· καὶ μουσικὴν, καὶ τὴν ἄλλην ἀγωνίαν, καὶ τἄλλα ἐπαίδευσεν, ὅσα τέχνῃ διδάσκονται, οὐδενὸς χείρους· ἀγαθοὺς δὲ ἄρα ἄνδρας οὐκ ἐβούλετο ποιῆσαι; Ἀλλ' ἴσως ἂν ἐγένοντο, ὦ Σώκρατες, εἰ μὴ νέοι ὄντες ἐτελεύτησαν. Σὺ μὲν εἰκότως βοηθεῖς τοῖς παιδικοῖς· Περικλῆς δὲ ἐκείνους, εἴπερ διδακτὸν ἦν ἡ ἀρετὴ, καὶ οἵόστ' ἦν ἀγαθοὺς ποιῆσαι, πολὺ πρότερον ἂν τὴν αὑτοῦ ἀρετὴν σοφοὺς ἐποίησεν, ἢ μουσικὴν καὶ ἀγωνίαν. ἀλλὰ μὴ οὐκ ᾖ διδακτόν. ἐπεὶ Θουκυδίδης αὖ δύο υἱεῖς ἔθρεψε, Μελησίαν καὶ Στέφανον· ὑπὲρ ὧν σὺ οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ἅπερ ὑπὲρ τῶν Περικλέους υἱῶν. τούτων γὰρ δὴ καὶ σὺ οἶσθα τόν γ' ἕτερον μέχρι γήρως βιοῦντα, τὸν δ' ἕτερον, πόρρω πάνυ. καὶ μὴν καὶ τούτων ὁ πατὴρ ἐπαίδευσε

e.

p. 378 a.

hunc enim ego & tu non ſolum vidimus, ſed etiam convenimus. Verum. Iam vero noſti, Paralum & Xanthippum, quorum tu mihi alterum videris amaviſſe, ſic a Pericle altos & inſtitutos fuiſſe, ut Athenienſium nemini in arte equitandi cederent: in muſica praeterea, aliiſque certandi generibus, atque adeo aliis omnibus, quae traduntur arte, ut illi non minus, quam ceteri, eſſent eruditi, ipſum vehementer elaboraſſe: viros autem bonos an fieri noluit pater? Fortaſſe facti fuiſſent, o Socrates, niſi mortem iuvenes obiiſſent. Tu iure quidem tuis amoribus ſuccurris: ſed Pericles tamen, ſi virtus parabilis fuiſſet, ipſeque bonos potuiſſet facere, multo potius illos in ſua ipſius virtute ſapientes, quam in muſica & certandi ſtudio feciſſet. ſed ea comparari non poteſt. Nam & Thucydides duos aluit filios, Meleſiam & Stephanum, pro quibus tu non ea poſſes dicere, quae pro Periclis filiis modo dixiſti. horum enim & tu alterum noſti uſque ad ſenectutem, alterum vero etiam ultra perveniſſe. Atque hos quidem pater cum doceri voluit, ut bene alia ſcirent, tum vero inprimis,

τά τε ἄλλα εὖ, καὶ ἐπάλαισαν κάλλιστα Ἀθηναίων. τὸν μὲν γὰρ Ξανθίᾳ ἔδωκε, τὸν δὲ Εὐδώρῳ· οὗτοι δέ που ἐδόκουν κάλλιστα τῶν τότε παλαίειν. Ναί. Οὐκοῦν δηλονότι οὗτος οὐκ ἄν ποτε οἷ μὲν ἔδει δαπανώμενον διδάσκειν, ταῦτα μὲν ἐδίδαξε τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτοῦ; οἷ δ' οὐδὲν ἔδει ἀναλώσαντα, ἀγαθοὺς ἄνδρας ποιῆσαι, τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ἐδίδαξεν, εἰ διδακτὸν ἦν; Εἰκός γε. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως ὁ Θουκυδίδης φαῦλος ἦν, καὶ οὐχὶ ἦσαν αὐτῷ πλεῖστοι φίλοι Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων. καὶ οἰκίας ἦν μεγάλης, καὶ ἐδύνατο μέγα ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν. ὥστ' εἴπερ ἦν τοῦτο διδακτὸν, ἐξεῦρεν ἂν ὅστις αὐτῷ ἔμελλε τοὺς υἱεῖς ἀγαθοὺς ποιήσειν, ἢ τῶν ἐπιχωρίων ἢ τῶν ξένων, εἰ αὐτὸς μὴ ἐσχόλαζε, διὰ τὴν τῆς πόλεως ἐπιμέλειαν. ἀλλὰ γάρ, ὦ ἑταῖρε, μὴ οὐκ ἦ διδακτὸν ἡ ἀρετή. Οὐκ, ἴσως. Ἀλλὰ δὴ, εἰ μὴ διδακτόν ἐστιν, ἆρα φύσει φύονται οἱ ἀγαθοί; καὶ τοῦτο τῇδέ πη σκοποῦντες, ἴσως ἂν εὕροιμεν. φέρε γάρ· εἰσὶν ἡμῖν φύσεις ἵππων

ut Athenienſium omnium pulcherrime luctarentur. illos enim, alterum quidem Xanthiae, alterum vero Eudoro, erudiendos tradidit. ipſi porro magiſtri tunc omnibus in arte luctandi excellere videbantur. Notum eſt. Videlicet igitur ille unquam, ubi multum oportebat in eos impendere, qui docerent, haec filios doceri voluiſſet: ubi vero nihil impenſae erat faciendum in eum, qui viros faceret bonos, hoc illos non docuiſſet, ſi quidem tradi potuiſſet? Non mirum dicis. At enim Thucydides fortaſſe ignobilis erat, nec multos vel ex civibus, vel ex ſociis amicos habebat? Quin erat & ampla ex familia, & plurimum cum apud cives, tum apud Graecos alios poterat. Quare, ſi hoc ipſum potuiſſet acquiri, inveniſſet ille profecto aliquem, vel ex civibus, vel ex peregrinis, qui filios feciſſet bonos, ſi per reipublicae adminiſtrationem ipſi non licuiſſet. Sed enim virtus, amice, acquiri non poteſt. Ita eſt fortaſſe. At enim ſi virtus acquiri non poteſt, an boni natura naſcuntur homines? atque hoc ipſum hac ratione contemplantes, fortaſſe inveniemus. Dic enim: Suntne nobis notae bonorum equorum na-

ἀγαθῶν; Εἰσίν. Οὐκοῦν εἰσὶ τινὲς ἄνθρωποι τέχνην ἔχοντες,
d. ἥ τὰς τῶν ἵππων τῶν ἀγαθῶν φύσεις γινώσκουσι, καὶ κατὰ τὸ σῶμα πρὸς δρόμον, καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν, οἵτινές τε θυμοειδεῖς καὶ ἄθυμοι; Ναί. Τίς οὖν αὕτη ἡ τέχνη; ἔστι τί ὄνομα αὐτῇ; Ἱππική. Οὐκοῦν καὶ περὶ τοὺς κύνας ὡσαύτως ἐστί τις τέχνη, ἥ τὰς ἀγαθὰς καὶ τὰς κακὰς φύσεις τῶν κυνῶν διακρίνουσιν; Ἔστι. Τίς αὕτη; Ἡ κυνηγετική. Ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον εἰσιν ἡμῖν δοκιμασταί, οἵ-
e. τινες ὁρῶντες κρίνουσι τό, τε βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον; Εἰσί. Τίνας οὖν τούτους καλεῖς; Ἀργυρογνώμονας. Καὶ μὴν οἱ παιδοτρίβαι γιγνώσκουσι, σκοπούμενοι τὰς φύσεις τὰς τῶν σωμάτων τῶν ἀνθρώπων, ὁποῖαί τε χρηταὶ, καὶ ὁποῖαι μὴ, πρὸς ἑκάστους τῶν πόνων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ νέων ὅσα μέλλει τῶν σωμάτων ἄξια λόγου ἔσεσθαι· καὶ ἐν οἷς ἐστιν ἐλπὶς πολλὴ τὰ ἔργα, ὅσα σώματος ἔχεται, εὖ ἀπεργάσασθαι. Ἔστι ταῦτα. Πότερον οὖν σπουδαιότερόν ἐστι ταῖς πόλεσιν ἵπποι καὶ κύνες ἀγαθοὶ, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα, ἢ ἄνδρες ἀγα-

turae? Sunt. Suntne igitur homines, qui teneant artem, qua bonorum equorum naturas cognoscant, atque adeo intelligant, qui sint equi & corpore ad cursum, & animo fortes, quique contra ignavi? Sunt. Quae igitur ars illa? quod est illi nomen? Equestris. Est & circa canes ars eodem modo, qua naturas canum bonas & malas discernant? Est. Quae sit illa? Canina. Sed de auro atque argento an idem dicendum, quod sint probatores, qui, quod melius, quodque deterius sit, spectatione iudicent? Dicendum. Quosnam igitur illos vocas? Argentarios. Hi vero magistri, qui corporibus exercendis praesunt, nonne cum corporum naturas contemplantur, cognoscunt, quae sint ad ferendos labores aptae, & quae contra ineptae: animadvertuntque & senum & iuvenum corpora, quae laude digna sint futura, atque in quibus spes sit, futurum, ut opera omnia, quae corporis sint, optime faciant? Sunt haec. Utrum igitur rebuspublicis maiori curae sunt equi & canes boni, aliaque huiusmodi, an viri boni? Viri boni. Nonne igi-

θοί; Ἄνδρες ἀγαθοί. Τί οὖν; οἴει ἂν, εἴπερ ἦσαν φύσεις ἀγα- p.
θαὶ πρὸς ἀρετὴν ἀνθρώπων, οὐκ ἂν πάντα μεμηχανῆσθαι 379
τοὺς ἀνθρώπους ὥστε διαγινώσκειν αὐτάς; Εἰκός γε. Ἔχεις a.
οὖν τινα εἰπεῖν τέχνην, ἥτις ἐστὶν ἐπὶ ταῖς φύσεσι ταῖς τῶν
ἀνδρῶν τῶν ἀγαθῶν ἀποδεδειγμένη, ὥστε δύνασθαι αὐτὰς
κρίνειν; Οὐκ ἔχω. Καὶ μὲν δὴ πλείστου ἂν ἦν ἀξία, καὶ οἱ
ἔχοντες αὐτήν. οὗτοι γὰρ ἂν ἡμῖν ἀπέφαινον τῶν νέων τοὺς
μέλλοντας ἀγαθοὺς ἔσεσθαι, ἔτι παῖδας ὄντας· οὓς ἂν ἡμεῖς
παραλαβόντες ἐφυλάττομεν ἐν ἀκροπόλει δημοσίᾳ, ὥσπερ τὸ b.
ἀργύριον, καὶ μᾶλλόν τι, ἵνα μή τι φλαῦρον ἡμῖν πάθοιεν,
μήτε ἐν μάχῃ, μήτε ἐν ἄλλῳ μηδενὶ κινδύνῳ· ἀλλ' ἀπέκειν-
το τῇ πόλει σωτῆρές τε καὶ εὐεργέται, ἐπειδή γε εἰς τὴν ἡλι-
κίαν ἀφίκοιντο. ἀλλὰ κινδυνεύει οὔτε φύσει οὔτε μαθήσει ἡ
ἀρετὴ τοῖς ἀνθρώποις παραγίγνεσθαι. Πῶς οὖν ἂν, ὦ Σώκρα-
τες, σοὶ δοκοῦσι γίγνεσθαι, εἰ μήτε φύσει μήτε μαθήσει γί-
γνονται; τίν' ἄλλον τρόπον γίγνοιντ' ἂν οἱ ἀγαθοί; Οἶμαι c.
μὲν οὐκ ἂν ῥᾳδίως αὐτὸ δηλωθῆναι· τοπάζω μὲν δὴ θεῖόν τι

tur, an hominum naturae ad virtutem essent bonae, homines ipsos, ut eas cognoscerent, omnia putas excogitasse? Puto, & consentaneum est. Habesne igitur artem aliquam dicere, quae sit in virorum bonorum naturis, ostendens, quo pacto ipsas iudicare possimus? Non habeo. Et tamen ars illa plurimi facta fuisset, & qui illam calluissent. nobis enim iuvenes ipsos, qui futuri fuissent boni, vel pueros adhuc indicassent: quos in arce nos non aliter, atque argentum, & multo etiam diligentius, custodiendos curassemus, ut nihil mali neque in pugna, neque in alio quovis periculo, paterentur: sed reipublicae deponerentur, servatores, & benefici tunc futuri, cum ad aetatem perveniissent. Sed virtus neque natura, neque disciplina videtur hominibus adesse. Quo igitur pacto, o Socrates, boni tibi fieri videntur? si enim neque natura, neque disciplina fiunt, quonam tandem alio modo fiant boni? Reor equidem, hoc ipsum non ita facile posse declarari: siquidem suspicor, huiusce rei possessionem quiddam maxime divinum esse, &

μάλιστα εἶναι τὸ κτῆμα, καὶ γίγνεσθαι τοὺς ἀγαθοὺς ὥσπερ
οἱ θεῖοι τῶν μάντεων καὶ χρησμολόγοι. οὔτοι γὰρ οὔτε φύσει
τοιοῦτοι γίγνονται, οὔτε τέχνῃ, ἀλλ' ἐπιπνοίᾳ ἐκ τῶν θεῶν
γιγνόμενοι, τοιοῦτοι εἰσίν. οὕτω δὲ καὶ οἱ ἄνδρες οἱ ἀγαθοὶ λέ-
γουσι ταῖς πόλεσιν ἑκάστοτε τὰ ἀποβησόμενα καὶ τὰ μέλλον-
d. τα ἔσεσθαι, ἐκ θεοῦ ἐπιπνοίας πολὺ μᾶλλον καὶ ἐναργέστερον
ἢ οἱ χρησμῳδοί. λέγουσι γάρ που καὶ αἱ γυναῖκες, ὅτι Θεῖος
ἀνὴρ οὗτός ἐστι· καὶ Λακεδαιμόνιοι, ὅταν τινὰ μεγαλοπρεπῶς
ἐπαινῶσι, θεῖον ἄνδρα φασὶν εἶναι. πολλαχοῦ δὲ καὶ Ὅμηρος
τῷ αὐτῷ τούτῳ καταχρῆται, καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί. καὶ ὅταν
βούληται θεὸς εὖ πρᾶξαι πόλιν, ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐνεποίησεν·
ὅταν δὲ μέλλῃ κακῶς πράξειν πόλις, ἐξεῖλε τοὺς ἄνδρας τοὺς
ἀγαθοὺς ἐκ ταύτης τῆς πόλεως ὁ θεός. οὕτως ἔοικεν οὔτε δι-
δακτὸν εἶναι, οὔτε φύσει ἀρετὴ, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγί-
γνεσθαι κτωμένοις.

bonos fieri ſimiliter, atque divini vates, & fatidici fiunt. Illi enim neque natura neque arte tales fiunt, ſed ſpiritu, quo divinitus afflantur. Sic & viri boni, rebuſpublicis eventura futuraque, ex afflatu quodam divino multo clarius & manifeſtius, quam fatidici, ſaepe praedicunt. Hinc & feminae virum huiuſmodi divinum eſſe dicunt. quin & Lacedaemonii, quando aliquem magnifice laudare volunt, virum illum divinum appellant: quod ipſum & Homerus, & reliqui poëtae frequenter uſurpant. Quando igitur Deus alicui reipublicae maxime vult prodeſſe, viros ei bonos ingenerat: quando vero obeſſe, eoſdem, ſi qui ſunt, ex ea tollit. Sic videtur virtus neque diſciplina, neque natura comparari: ſed his divina ſorte, qui illa praediti ſunt, ineſſe.

# ΔΗΜΟΔΟΚΟΣ
## Η
## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΕΣΘΑΙ
## ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΝΟΘΕΥΟΜΕΝΟΣ.

# DEMODOCUS
## SIVE
## DE CONSILIO DANDO
## DIALOGUS QUI NOTHUS HABETUR.

*Sebaſtiano Corrado interprete.*

Σὺ μὲν δὴ κελεύεις με, ὦ Δημόδοκε, ξυμβουλεύειν ὑμῖν περὶ ὧν ξυνέρχεσθε βουλευσόμενοι· ἐμοὶ δὲ σκοπεῖσθαι ἐπέρχεται τί ποτε δύναται ἡ ξύνοδος ὑμῶν, καὶ ἡ τῶν οἰομένων ξυμβουλεύειν ὑμῖν προθυμία, καὶ ἡ ψῆφος ἣν φέρειν ἕκαστος ὑμῶν διανοεῖται. τοῦτο μὲν γὰρ, εἰ μὴ ἔστιν ὀρθῶς καὶ ἐμπείρως ξυμβουλεύειν περὶ ὧν ἂν ξυνέρχησθε βουλευσόμενοι, πῶς p. 380 a.

Tu me quidem iubes, o Demodoce, conſilii aliquid vobis hiſce de rebus afferre, de quibus conſulturi conveniſtis: ſed mihi in mentem venit conſiderare, quid concilium veſtrum, eorumque, qui ſe vobis conſilium poſſe dare putant, ſtudium, atque ſuffragium, quod unuſquiſque veſtrûm ferre cogitat, poſſint efficere. Hoc enim quo pacto non ſit ridiculum, vos, ſi recte & perite hiſce de rebus, de quibus conſulturi conve-

b. οὐ γελοῖόν ἐϛι ξυνέρχεϲθαι βουλευϲομένους περὶ ὧν ξυμβουλεύειν οὐκ ἔϛιν ὀρθῶϛ; τοῦτο δὲ, εἰ μέν ἐϛιν ὀρθῶϛ ξυμβουλεύειν καὶ ἐμπειρως περὶ τῶν τοιούτων, ἐπιϛήμη δ' ἀφ' ἧϛ ἐϛὶν ὀρθῶϛ ξυμβουλεύειν περὶ τούτων μηδεμία ἐϛὶ, πῶϛ οὐκ ἄτοπον; εἰ δέ τις ἐπιϛήμη ἀφ' ἧϛ ἐϛὶ τὰ τοιαῦτα ὀρθῶϛ ξυμβουλεύειν, οὐκ ἀνάγκη καὶ ἐπιϛαμένουϛ εἶναι τινὰϛ ξυμβουλεύειν ὀρθῶϛ περὶ τῶν τοιούτων; ὄντων δὲ τινῶν ἐπιϛαμένων ξυμβουλεύειν περὶ ὧν ξυνέρχεϲθε βουλευϲόμενοι, οὐκ ἀνάγκη
c. ἐϛὶ καὶ ὑμᾶϛ ἤτοι ἐπίϛαϲθαι περὶ τούτων ξυμβουλεύειν, ἢ μὴ ἐπίϛαϲθαι; ἢ τοὺϛ μὲν ἐπίϛαϲθαι ὑμῶν, τοὺϛ δὲ μὴ ἐπίϛαϲθαι; Εἰ μὲν οὖν ἐπίϛαϲθε πάντεϛ, τί δεῖ ἔτι ὑμᾶϛ ϲυνέρχεϲθαι βουλευϲομένουϛ; ξυμβουλεύειν γὰρ ἱκανὸϛ ἕκαϛοϛ ὑμῶν. εἰ δ' αὖ πάντεϛ μὴ ἐπίϛαϲθε, πῶϛ ἂν δύνηϲθε βουλεύεϲθαι; ἢ τί ὑμῖν προὔργου τῆϛ ξυνόδου ταύτηϛ εἴη ἄν, μὴ δυναμένων γε βουλεύεϲθαι; εἰ δὲ οἱ μὲν ἐπίϛανται, οἱ δὲ οὐκ ἐπι-
d. ϛάμενοι εἰϛὶν ὑμῶν, οὗτοι δὲ ξυμβουλῆϛ δέονται, εἰ ἄρα δυ-

niſtis, dare conſilium non licet, conſulturos de rebus conveniſſe, de quibus dare conſilium recte non liceat? Illud vero etiam qui non ſit abſurdum, conveniſſe vos conſulturos, ſi recte quidem & perite huiuſcemodi de rebus dare conſilium liceat, ſed nulla ſit ſcientia, ex qua recte quiſquam de his dare conſilium poſſit? Quod ſi aliqua ſcientia ſit, qua liceat in his recte conſilium dare, an non neceſſe eſt, & aliquos eſſe, qui ſciant his de rebus recte conſilium dare? Cum vero ſint aliqui, qui ſciant de his conſilium dare, de quibus vos conſulitis, nonne neceſſe eſt, vos etiam vel ſcire de his conſilium dare, vel neſcire? vel partim quidem ex vobis ſcire, partim vero neſcire? Si omnes igitur ſcitis, quid oportet vos amplius ad conſulendum convenire? unuſquiſque enim veſtrûm ad dandum conſilium eſt idoneus. Sin omnes contra neſcitis, quomodo conſultare poteſtis? vel quid utilitatis hoc conſilium afferre poteſt vobis, qui ne deliberare quidem poſſitis? Sed ſi ex vobis partim quidem ſciunt, partim vero neſciunt, iique conſilio egent, & ſi fieri utique poteſt, ut vir unus prudens det

ναιόν ἐσι ξυμβουλεύειν ἔμφρονα ἄνδρα τοῖς ἀπείροις, ἱκανὸς δήπου ἐσι καὶ εἷς ξυμβουλεῦσαι τοῖς ἐπιζαμένοις ὑμῖν. ἢ οὐ ταυτὰ οἱ ἐπιζάμενοι ξυμβουλεύουσι πάντες; ὥστ' ἀκούσαντας ὑμᾶς τούτου ἀπαλλάττεσθαι προσήκει. νῦν δ' οὐ ποιεῖτε τοῦτο, ἀλλὰ βούλεσθε πολλῶν ξυμβουλευόντων ἀκούειν. οὐ γὰρ ὑπολαμβάνετε εἰδέναι τοὺς ἐπιχειροῦντας ὑμῖν ξυμβουλεύειν, περὶ ὧν ξυμβουλεύουσιν. εἰ γὰρ ὑπελαμβάνετε εἰδέναι τοὺς ξυμβουλεύοντας ὑμῖν, ἑνὸς μόνου ἀκούσασιν ἐξῆρκει ἂν ὑμῖν. τὸ οὖν ξυνέρχεσθαι ἀκουσομένους μὴ εἰδότων, ὡς προὔργου τὶ ποιοῦντας, πῶς οὐκ ἄτοπόν ἐσι; καὶ περὶ μὲν τῆς ξυνόδου ὑμῶν ἀπορῶ ταύτῃ. περὶ δὲ τῆς τῶν οἰομένων ὑμῖν ξυμβουλεύειν προθυμίας, ἐκεῖνο ἄπορον. εἰ μὲν γὰρ μὴ ταυτὰ ξυμβουλεύουσι περὶ τῶν αὐτῶν ξυμβουλεύοντες, πῶς ἂν πάντες καλῶς ξυμβουλεύοιεν, μὴ ξυμβουλεύοντες ἃ ξυμβουλεύει ὁ ὀρθῶς ξυμβουλεύων; ἢ πῶς οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη ἡ προθυμία τῶν προθυμουμένων ξυμβουλεύειν περὶ ὧν ἀπείρως ἔχουσιν; οὐ γὰρ δὴ ἔμπειροι ὄντες προαιρήσονται ξυμβου- p. 381 a. b.

imperitis consilium: poterit & unus vobis, qui nescitis, consilium dare. An non idem, qui sciunt, dant consilium omnes? quare vos, hoc audito, decet hinc abire. Nunc tamen hoc non facitis, sed vultis multos ex his, qui consilium dent, audire. Non enim creditis, eos, qui ad dandum consilium vobis aggrediuntur, ea nosse, de quibus dant consilium. si enim credidissetis, eos, qui dant consilium, nosse, unum vobis audire satis fuisset. Vos igitur, ut eos, qui nesciunt, audiatis, convenire, tanquam aliquid, quod operae pretium sit, facturi sitis, qui fieri potest, ut non sit absurdum? Atque de vestro quidem consilio sic dubito: de illorum vero, qui vobis consilium dare posse putant, studio, illud mihi dubium est. Nam si, qui iisdem de rebus dant consilium, non eadem respondeant, quo pacto pulchre omnes dare consilium possint, cum non respondeant eadem, quae respondet is, qui recte dat consilium? Vel quomodo ineptum non sit eorum studium, qui inducunt animum, his de rebus consilium dare, quarum sunt imperiti? Nam periti

λεύειν μὴ ὀρθῶς. εἰ δ' αὖ ταυτὰ ξυμβουλεύουσι, τί δεῖ πάντας αὐτοὺς ξυμβουλεύειν; εἷς γὰρ αὐτῶν τὰ αὐτὰ ξυμβουλεύων, ἱκανὸς ἔσαι. τὸ οὖν τοιαῦτα προθυμεῖσθαι ἃ οὐδὲν προὔργου ἂν γένοιτο, πῶς οὐ γελοῖον; οὔτε οὖν ἡ τῶν ἀπείρων προθυμία οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη, τοιαύτη γε οὖσα, οὔτε οἱ
c. ἔμφρονες ἂν τοιαῦτα προθυμηθεῖεν· εἰδότες ὅτι καὶ εἷς τις αὐτῶν τὸ αὐτὸ πράξει, ξυμβουλεύων γε ὡς προσήκει. ὥστε πῶς οὐ γελοία ἐστὶν ἡ προθυμία τῶν οἰομένων ὑμῖν ξυμβουλεύειν, οὐ δύναμαι εὑρεῖν. τὸ δὲ περὶ τῆς ψήφου ἧς φέρειν διανοεῖσθε, τί δύναται, ἀπορῶ μάλιστα. πότερον γὰρ τοὺς εἰδότας ξυμβουλεύειν κρίνετε; ἀλλ' οὐ πλείονες ἑνὸς ξυμβουλεύσουσιν, οὐδὲ ἄλλως καὶ ἄλλως περὶ τοῦ αὐτοῦ. ὥστε περὶ τούτων τὴν
d. ψῆφον φέρειν ὑμᾶς οὐ δεήσει. ἀλλὰ τοὺς ἀπείρους καὶ ὡς μὴ δεῖ ξυμβουλεύοντας κρίνετε; ἢ τοῖς τοιούτοις ὡς μαινομένοις οὐκ ἐπιτρέπειν ξυμβουλεύειν προσήκει; εἰ δὲ μήτε τοὺς ἐμπείρους μήτε τοὺς ἀπείρους κρινεῖτε, τίνας κρινεῖτε; ἀρχὴν δὲ

nunquam ſibi ita conſtituent, ut conſilium non recte dare velint. ſin eadem contra reſpondeant, quid ipſos omnes oportet conſilium dare? Unus enim ipſorum, qui eadem reſpondeat, ſufficere poterit. Quis igitur eos non rideat, qui cupiant ea facere, quae nihil utilitatis afferant? Neque igitur imperitorum ſtudium poſſit non eſſe ineptum, cum ſit huiuſmodi: neque prudentes unquam talia facienda ſuſcipiant, cum ſciant, vel unum quemvis ipſorum, qui conſilium det, ut par eſt, id ipſum poſſe praeſtare. Quare ego nullam rationem excogitare poſſum, qua ſtudium eorum, qui ſe vobis conſilium dare poſſe putant, non ridiculum eſſe videatur. Quod vero ad ſuffragium, quod ferre cogitatis, pertinet, id quidnam poſſit, vehementer animi pendeo. Nam utrum eos, qui ſciunt, ut conſilium dent, decernetis? At non plus uno, neque aliter atque aliter eadem de re conſilium dabunt. quam ob rem de his vos ſuffragium ferre non oportebit. An imperitos, & eos, qui non, ut oportet, conſilium dant, ad dandum conſilium conſtituetis? at hi non magis, quam furioſi, conſulendi ſunt. Sed ſi neque de peri-

τί δεῖ πάντως ἄλλους ξυμβουλεύειν ὑμῖν, εἴπερ κρίνειν τὰ τοιαῦτα ἱκανοί ἐστε; εἰ δ' οὖν μὴ ἔστε ἱκανοί, τί καὶ δύνανται ὑμῖν αἱ ψῆφοι; ἢ πῶς οὐ γελοῖόν ἐστι, ξυνέρχεσθαι μὲν ὑμᾶς ξυμβουλευσομένους, ὡς δεομένους ξυμβουλίας, καὶ οὐχ ἱκανοὺς ὄντας αὐτούς; ξυνελθόντας δὲ, οἴεσθαι δεῖν ψηφίζεσθαι ὡς κρίνειν ἱκανοὺς ὄντας; οὐ γὰρ δὴ καθ' ἕνα μὲν ὄντες οὐκ οἴδατε, ξυνελθόντες δὲ, ὁρόνιμοι γίγνεσθε· οὐδ' αὖ ἰδίᾳ μὲν ἀπορεῖτε, ἐλθόντες δὲ εἰς τὸ αὐτὸ, οὐκέτι ἀπορεῖτε, ἀλλ' ἱκανοὶ γίγνεσθε ξυνορᾶν ποῖα πρακτέα ἐστὶν ὑμῖν. καὶ ταῦτα, παρ' οὐδενὸς μαθόντες, οὐδ' αὐτοὶ εὑρόντες, ὅ ἐστι δεινότατον ἁπάντων. οὐ γὰρ δὴ, μὴ δυνάμενοί γε ξυνορᾶν ἃ πρακτέον ἐστὶ, κρίνειν ἱκανοὶ ἔσεσθε τὸν ὀρθῶς ξυμβουλεύοντα περὶ τούτων ὑμῖν. οὐδ' αὖ τοῦτό γε ἐρεῖ εἷς ὧν ὁ συμβουλεύων ὑμῖν, οὕτως ὑμᾶς διδάξειν ἃ πρακτέον ὑμῖν ἐστι, καὶ κρινεῖν τοὺς κακῶς καὶ μὴ ξυμβουλεύοντας ὑμῖν, οὕτως ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ e. p. 382 a.

tis, neque de imperitis ſententiam feretis, quoſnam ab initio ad dandum conſilium idoneos eſſe iudicabitis? Qui vero prorſus convenit, alios vobis conſilium dare, ſi quidem vos haec poteſtis iudicare? Quod ſi non poteſtis iudicare, quid vobis ſuffragia poſſunt prodeſſe? vel quo pacto ridiculum non ſit, vos, veluti conſilio egentes, nec ad id puniendum idoneos, conveniſſe: poſtquam vero conveneritis, exiſtimare ſententiam vobis eſſe ferendam, tanquam iudicare poſſitis? Non enim dicendum eſt, vos quidem ſingulos rudes fuiſſe; ſed poſtquam unum in locum conveniſtis, prudentes factos eſſe: neque praeterea vos privatim quidem dubitaſſe, verum ſimulatque huc veniſtis, non amplius dubitare, ſed idoneos eſſe factos ad ea perſpicienda, quae vobis facienda ſunt: cum de nullo haec didiceritis, neque vos ipſi inveneritis, quod eſt longe omnium difficillimum. Vos enim, niſi cognoſcere poſſitis, quae vobis facienda ſint, nunquam de eo, qui vobis conſilium det, an id recte faciat, iudicare poteritis. neque praeterea unus aliquis, qui vobis det conſilium, dicet, ſe vos, quae vobis facienda ſint, ita doctum, ut & qui male, & qui be-

καὶ ὄντας τοσούτους. τοῦτο δὲ ἐκείνου οὐδὲν ἧττον ἂν φανείη
δεινὸν ὄν. εἰ δὲ μήθ' ἡ ξύνοδος μήθ' ὁ συμβουλεύων ὑμῖν ἱκα-
νοὺς κρίνειν ποιεῖ ὑμᾶς, τίς χρεία τῶν ψήφων ἐσὶν ὑμῖν; ἢ
b. πῶς οὐκ ἐναντιοῦται ἡ ξύνοδος ὑμῶν ταῖς ψήφοις, καὶ αἱ ψῆ-
φοι τῇ τῶν ξυμβουλευόντων ὑμῖν προθυμίᾳ; ἡ μὲν γὰρ ξύν-
οδος ἐσὶν ὑμῶν, ὡς οὐχ ἱκανῶν ἀλλὰ ξυμβούλων δεομένων·
αἱ δὲ ψῆφοι φέρονται, ὡς οὐ ξυμβούλων δεομένων, ἀλλὰ καὶ
κρίνειν καὶ ξυμβουλεύειν δυναμένων. καὶ ἡ μὲν προθυμία τῶν
ξυμβουλευόντων ὑμῖν, ὡς εἰδότων ἐσίν· αἱ δὲ παρ' ὑμῶν ψῆ-
φοι, ὡς οὐκ εἰδότων τῶν ξυμβουλευόντων φέρονται. καὶ εἴτις
ὑμᾶς ἔροιτο τοὺς ψηφισαμένους, καὶ τὸν ξυμβουλεύσαντα
c. ὑμῖν, περὶ ὧν ἂν ψηφίσησθε, πότερον ἴσε ὅτι ἕξαι οὗ ἕνεκα
πράττειν διανοεῖσθε ἃ ἐψηφίσασθε· οὐκ οἶομαι ἂν φῆσαι
ὑμᾶς. τί δ', εἰ γένοιτο οὗ ἕνεκα πράττειν ἂν διανοεῖσθε, ἴσε
ὅτι ξυνοίσει τοῦτο ὑμῖν; οὐδὲ τοῦτο ἂν φῆσαι οἶομαι ὑμᾶς,

ne vobis consilium dent, iudicare possitis: atque id ipsum tam brevi, & tam multos: cum praesertim hoc illo nihilo minus difficile esse videatur. Quod si nec concilium, nec qui vobis consilium dat, vos ad iudicandum idoneos efficiunt, quid vobis opus est suffragiis? vel qui potius concilium vestrum suffragiis, & suffragia studio eorum, qui vobis consilium dant, non maxime repugnant? Nam concilium vestrum habetur perinde, quasi vos ad aliquid statuendum non sitis idonei, sed aliorum consilio egeatis: suffragia vero perinde feruntur, ac si vos non modo non egeatis consilio, sed etiam iudicare, & dare aliis consilium possitis. Deinde studium eorum, qui consilium dant, adest quidem, tanquam id facere sciant: sed a vobis suffragia feruntur, tanquam nesciant. Verum si quis vos, qui suffragia fertis, & eum, qui vobis hisce de rebus, quas suffragio decernitis, consilium dederit, ita roget: An scitis id futurum, cuius causa facere ea cogitatis, quae decrevistis? non credo vos dicturos. Quid autem, si fieret illud, cuius causa facere haec cogitatis, nostis, hoc utile vobis fore? Neque vos hoc dicturos, neque eum, qui vobis dat consilium,

οὐδὲ τὸν ξυμβουλεύοντα ὑμῖν. τῶν ἀνθρώπων δὲ τίνα ὑπολαμβάνετε εἰδέναι τι τούτων; εἴ τις προσέροιτο ὑμᾶς, οὐδὲ τοῦτο ξυγχωρεῖν ἂν οἶμαι ὑμᾶς. ὅταν οὖν περί τε ὧν ξυμβουλεύετε, ᾖ τοιαῦτα οἷα ὑμῖν μὴ δῆλα εἶναι, οἵ τε ψηφιζόμενοι καὶ οἱ ξυμβουλεύοντες, ἄπειροι ὦσιν, εἰκότως καὶ ὑμεῖς φήσετε ξυμπίπτειν ἀπιστεῖν, καὶ μεταμέλεσθαι πολλάκις αὐτοῖς καὶ περὶ ὧν ἂν ξυμβουλεύσωνται καὶ περὶ ὧν ἂν ψηφίσωνται. τοῖς ἀγαθοῖς δὲ τοιαῦτα συμβαίνειν οὐ προσήκει. ἴσασι γὰρ καὶ περὶ ὧν ξυμβουλεύουσιν, ὁποῖά τ' ἐστί, καὶ τοῖς πεισθεῖσιν αὐτοῖς ὅτι βεβαίως ὑπάρχει ὧν ἕνεκα ξυμβουλεύουσι· καὶ ὅτι οὔτε αὐτοῖς οὔτε τοῖς πεισθεῖσιν αὐτοῖς πώποτε μεταμελήσει. περὶ τοιούτων οὖν ἔγωγε τοὺς νοῦν ἔχοντας ξυμβουλεύειν ἀξιοῦν ὑπελάμβανον, ἀλλ' οὐ περὶ ὧν σὺ κελεύεις με ξυμβουλεύειν. ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς ἐκείνων ξυμβουλίας τὸ τέλος εὐτυχία, ἀπὸ δὲ τῆς τούτων φλυαρίας ἀτυχία ἐστί. παρεγενόμην δ' ἀνθρώπῳ τινὶ νουθετοῦντι ἑαυτοῦ

d.

e.

puto. Si quis praeterea de vobis ita quaerat: An esse quenquam omnium mortalium existimatis, qui horum aliquod unum sciat? neque vos hoc concessuros arbitror. Cum igitur illa, quae in consultationem veniunt, sint eiusmodi, ut manifesta vobis esse non possint: cumque ii, qui suffragia ferunt, atque, ii, qui consilium dant, sint imperiti: iure dicetis evenire, ut & nos non credamus, & ipsos saepe earum rerum poeniteat, de quibus consulant, & de quibus suffragium ferant: quae praestantissimis viris accidere consentaneum non est. Illi enim sciunt, qualia sint illa, de quibus consilium dant: nec ignorant quidem, ea, quorum causa consilium dant, his, qui ab ipsis persuasi sint, certa esse, futurumque, ut neque ipsos, neque eos, qui persuasi sint, unquam poeniteat. His igitur ego de rebus existimabam dignum, eos, qui prudentes sint, consilium dare, non autem de his, de quibus tu me dare consilium iubes. Ex illorum enim consultatione felicitas, ex horum vero nugis infelicitas nascitur. Interfui forte, cum homo quidam amicum reprehenderet suum, propterea quod cuidam ac-

ἑταῖρον, διότι ἐπίςευε τῷ κατηγοροῦντι, οὐκ ἀκούσας τοῦ ἀπολογουμένου, ἀλλὰ μόνον τοῦ κατηγοροῦντος. ἔλεγεν οὖν ὡς δεινὸν πρᾶγμα ποιεῖ, καταγινώσκων τοῦ ἀνθρώπου, οὔτε
p. αὐτὸς παραγενόμενος, οὔτε τῶν φίλων ἀκούσας παραγενο-
383 μένων, οἷς εἰκὸς ἦν αὐτὸν λέγουσιν πιςεύειν· οὐδ' αὖ ἀμφο-
a. τέρων ἀκούσας, οὕτω προπετῶς ἐπίςευσε τῷ κατηγοροῦντι. δίκαιον δὲ εἶναι καὶ τοῦ ἀπολογουμένου ἀκοῦσαι, πρὸ τοῦ ἐπαινεῖν ἢ μέμφεσθαι, ὥσπερ καὶ τοῦ κατηγοροῦντος. πῶς γὰρ ἄν τις ἢ δίκην καλῶς δικάσαι, ἢ ἀνθρώπους κατὰ τρόπον κρῖναι δύναιτο, μὴ ἀμφοτέρων τῶν ἀντιδίκων ἀκούσας;
b. τοὺς γὰρ λόγους παραβαλλομένους, ὥσπερ τὴν πορφύραν καὶ τὸ χρυσίον, ἄμεινον κρίνεσθαι. ἢ τίνος ἕνεκεν ἢ χρόνον ἀμφοτέροις δίδοσθαι τοῖς ἀντιδίκοις, ἢ ὀμνύειν τοὺς δικαςὰς ἀκροάσεσθαι ὁμοίως ἀμφοτέρων, εἰ μὴ ὑπελάμβανεν ὁ νομοθέτης τὰς δίκας δικαιότερον ἂν καὶ βέλτιον κρίνεσθαι ὑπὸ τῶν δικαςῶν; σὺ δὲ μοὶ δοκεῖς οὐδὲ τοῦτο τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενον ἀκηκοέναι. τὸ ποῖον; ἔφη. Μηδὲ δίκην δικάσῃς, πρὶν

cusatori credebat, cum defensorem nondum, sed accusatorem ipsum dumtaxat audisset. Dicebat itaque, rem illum indignam facere, qui condemnaret hominem, cuius neque ipse res praesens vidisset, neque ex amicis, qui vidissent, quibusque par esset de illo referentibus credere, audisset, cum, ne audita quidem utriusque causa, accusatori ita temere crederet: iustumque esse, ab illo non minus defensorem, quam accusatorem, audiri prius, quam absolveret, vel condemnaret. Nam qui possit aliquis vel causam bene, vel homines probe iudicare, nisi prius utrumque litigatorem audiverit? Collatas enim rationes & causas, veluti purpuram & aurum, longe potius est iudicari. Cur enim legislator iussisset, vel tempus adversariorum utrique dari, vel iudices iurare, se aequaliter utramque partem audituros, nisi iustius meliusque a iudicibus causas hoc modo iudicari posse existimasset? Tu vero mihi videris ne illud quidem, quod a multis dicitur, audisse. Quidnam? inquit. *Nunquam decernas, audis nisi tu prius ambos.* Hoc sane quidem

ἀμφεῖν μῦθον ἀκούσῃς. καίτοι οὐκ ἂν οὕτω τοῦτο περιεφέρε- c.
το, εἰ μὴ καλῶς ἐλέγετο, καὶ ὡς προσήκει. ξυμβουλεύω οὖν
σοι, ἔφη, τοῦ λοιποῦ μὴ προπετῶς οὕτως τοὺς ἀνθρώπους μή-
τε μέμφεσθαι μήτ' ἐπαινεῖν. ὁ οὖν ἕτερος ἄτοπον ἔφη αὐτῷ
καταφαίνεσθαι, εἰ ἕνα μὲν γνῶναι λέγοντα πότερον ἀληθεύει
ἢ ψεύδεται, οὐ δυνατὸν, δύο δὲ λέγοντας γνῶναι δυνατὸν
ἔσται καὶ παρὰ μὲν τοῦ ἀληθῆ λέγοντος μαθεῖν οὐ δυνατὸν,
ὑπὸ τούτου δ' αὐτοῦ καὶ ἄλλου ψευδομένου διδαχθῆναι οἵόντε· d.
καὶ εἰ ὁ μὲν εἷς ὀρθῶς καὶ ἀληθῆ λέγων, ἐμφανίσαι ἃ λέγει
οὐ δυνήσεται, δύο δὲ, ὧν ὁ ἕτερος ψεύσεται καὶ οὐκ ὀρθῶς ἐρεῖ,
δυνήσονται ἐμφανίσαι τοῦτο ὃ ὁ λέγων ὀρθῶς ἐμφανίσαι οὐχ
οἷόστ' ἦν. ἀπορῶ δ', ἔφη, κἀκεῖνο, πῶς ποτε ἐμφαίνουσι. πό-
τερον γὰρ σιωπῶντες, ἢ λέγοντες; εἰ μὲν γὰρ σιωπῶντες ἐμ-
φανιοῦσιν, οὐδετέρου ἂν δέοι, μήτοιγε ἀμφοτέρων, ἀκούειν·
εἰ δὲ λέγοντες ἀμφότεροι ἐμφανιοῦσιν, ἀμφότεροι δὲ κατ' οὐ- e.
δένα τρόπον λέγουσιν (ἐν μέρει γὰρ λέγειν ἑκάτερον ἀξιοῦσι)
πῶς ἀμφοτέρους ἐμφανίσαι ἅμα οἵόντε; εἰ γὰρ ἐμφαίνουσιν

haud ita vulgatum fuiſſet, niſi bene, atque, ut convenit, homines dictum exiſtimaſſent. Do tibi igitur, inquit, id conſilii, ut tu nunquam poſthac tam temere homines neque condemnes, neque abſolvas. Alter igitur, abſurdum ſibi videri, reſpondit, ſi quidem, uno loquente, cognoſci non poſſet, utrum vera, an falſa diceret, duobus vero, poſſet: atque ſi ab eo quidem, qui vera dicat, diſcere homines non poſſent, ab eodem vero, atque altero ſimul, qui mentiatur, doceri poſſent: item ſi unus quidem, qui recte veraque dicat, oſtendere, quae dicat, non poſſet, duo vero, quorum alter mentiatur, & nihil recte dicat, id poſſent indicare, quod, qui recte dicat, non poſſet. Hic, inquit, haereo. atque illud praeterea quo tandem pacto declarabunt? utrum tacentes, an loquentes? Nam ſi tacentes oſtendent, neque alterum, neque utrumque opus erit audire. ſin ambo loquentes oſtendent, amboque confuſe (volunt enim utrumque ſeparatim dicere) loquentur, quonam modo fieri poterit, ut ambo ſimul rem manifeſtent? Nam ſi demonſtra-

ἅμα ἀμφότεροι, καὶ ἐροῦσι τότε ἅμα. τοῦτο δ' οὐκ ἐῶσιν. ὥστε λοιπὸν, εἴπερ λέγοντες ἐμφαίνουσιν, ἑκάτερος εἰπὼν ἐμφανιεῖ· καὶ ὁπότε ἐρεῖ ἑκάτερος, τότε καὶ ἐμφανιεῖ ἑκάτερος αὐτῶν. ὥστ' ἐρεῖ ὁ μὲν, πρότερος, ὁ δ', ὕστερος· καὶ ἐμφανιεῖ ὁ μὲν, πρότερος, ὁ δ', ὕστερος. καίτοι εἴπερ ταυτὸ ἐν μέρει ἐμφανιοῦσιν ἑκάτεροι, τί δεῖ ἔτι τοῦ ὑστέρου ἀκούειν; ὑπὸ γὰρ
p. τοῦ πρότερον εἰπόντος, ἤδη φανερὸν ἔσαι. ἐκεῖνο δ', ἔφη, εἴ-
384 περ ἀμφότεροι ἐμφανιοῦσι, πῶς οὐ καὶ ὁ ἕτερος αὐτῶν ἐμφα-
a. νιεῖ; ὧν γὰρ ὁ ἕτερος οὐκ ἐμφανιεῖ, οὗτοι ἀμφότεροι πῶς ἂν ἐμφανίσαι δύναιντο; εἰ δ' ἑκάτερος ἐμφανιεῖ, δῆλον ὅτι ἐρεῖ πρότερος, καὶ ἐμφανιεῖ πρότερος· ὥστ' ἐκείνου μόνου ἀκούσαντα, γνῶναι πῶς ἔχει οὐχ οἷόντε. ἐγὼ γοῦν ἀκούων αὐτῶν, ἠπόρουν, καὶ κρίνειν οὐχ οἷόσ' ἦν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ἔφασαν οἱ παρόντες τὸν πρῶτον λέγειν ἀληθῆ. εἰ οὖν τι ἔχεις
b. ξυμβαλέσθαι μοὶ περὶ τούτων, πότερόν ἐστιν ἑνὸς λέγοντος γνῶναι τί λέγει, ἢ προσδεῖται τοῦ ἀντεροῦντος, εἰ μέλλει τὶς

bunt ambo ſimul, dicentque tunc ſimul, nunquam hoc fieri ſinent. Quare eſt reliquum, (ſi quidem loquentes oſtendent) ut dicens uterque demonſtret: & quando dicet uterque, tunc & uterque commonſtrabit. Quamobrem dicet hic quidem prius, ſed ille poſterius: oſtendet hic quidem prius, ille vero poſterius. Proinde, ſi viciſſim uterque idem demonſtrabit, quid oportebit praeterea ſecundum audire? ab eo enim, qui prius dixerit, iam res declarata fuerit. Accedit & illud, inquit: ſi monſtrabunt ambo, quo pacto non & eorum alter monſtrabit? Ambo enim quemadmodum monſtrabunt, quorum alter monſtrare non poſſit? Sin uterque indicabit, manifeſtum eſt, eum, qui prius dicet, & prius indicaturum. Quapropter, qui illum ſolum audiet, qui fieri poterit, ut rem non cognoſcat? Hos igitur ego audiens, addubitabam, nec, quid iudicarem, habebam. Alii quidem, qui praeſentes erant, affirmabant, priorem vera dicere. Quaero igitur, ſi quid habes, quod hiſce de rebus in medium proferas, utrum liceat, uno dicente, id cognoſcere, quod dicat: an opus ſit altero, qui reſpondeat, ſi ſu-

γνώσεσθαι πότερον ὀρθῶς λέγει· ἢ οὐκ ἀναγκαῖον ἐστιν ἀμφοτέρων ἀκούειν. ἢ πῶς νομίζεις; πρώην τις ἐνεκάλει ἀνθρώπων τινὶ ὅτι αὐτῷ ἀργύριον χρῆσαι οὐκ ἠθέλησεν, οὐδὲ πιστεῦσαι. κἀκεῖνος μὲν ᾧ ἐνεκάλει, ἀπελογεῖτο· ἄλλος δέ τις τῶν παρόντων ἠρώτησε τὸν ἐγκαλοῦντα, πότερον ὁ μὲν μὴ πιστεύσας αὐτῷ, μηδὲ χρήσας, ἥμαρτε· σὺ δ', ἔφη, οὐ πείσας σοὶ χρῆσαι, οὐχ ἡμάρτηκας; ὁ δὲ, Τί γὰρ ἥμαρτον; εἶπε. Πότερος δ', ἔφη, σοὶ δοκεῖ ἁμαρτάνειν; ὁ ἀποτυχὼν ὧν ἠθελεν, ἢ ὁ μή; Ὁ ἀποτυχὼν, εἶπεν. Οὐκοῦν, εἶπε, σὺ μὲν ἀπέτυχες, χρήσασθαι ἐθέλων; ὁ δὲ, σοὶ μὴ προέσθαι, οὐκ ἀπέτυχε τούτου; Ναί, εἶπεν· ἀλλ' ἐγὼ τί ἥμαρτον, εἰ μὴ ἐκεῖνος μοὶ ἔδωκεν; Ὅτι εἰ μὲν ἐδέου αὐτοῦ, ἔφη, ὧν οὐκ ἐχρῆν, πῶς οὐκ οἴει ἁμαρτάνειν; ἐκεῖνος δὲ ὁ μὴ προέμενος, ὀρθῶς ἔπραξεν. εἰ δὲ ὧν χρῆν ἐδέου αὐτοῦ, ἀποτυχὼν τούτου, πῶς οὐχ ἥμαρτες ἐξ ἀνάγκης; Ἴσως, εἶπεν. ἀλλ' ἐκεῖνος πῶς οὐχ c. d.

turum omnino sit, ut quis nosse possit, an recte dicat: an potius necessarium non sit ambos audire? vel tu quid censes? Paulo ante quidam alterum accusabat, quod argentum sibi neque commodare, neque credere voluisset. Atque ille quidem, qui accusabatur, se defendebat: alius vero quidam ex his, qui praesentes erant, accusatorem ita rogavit: Utrum hic quidem, qui tibi non credidit, nec commodavit, erravit: tu vero, qui non persuasisti, ut commodaret, non errasti? Quid enim, dixit ille, erravi? Uter, inquit, tibi videtur errare, qui sit ab his, quae petebat, an qui non sit reiectus? Qui sit reiectus, dixit. Dicisne igitur, te quidem ab eo reiectum esse, quo uti cupiebas: istum vero, qui noluit impertire, ab eo non esse reiectum? Dico, respondit: sed quid ego erravi, si mihi ille non dedit? Si quidem, inquit, ab eo tu rogabas ea, quae minus oportebat, quid esse potest causae, cur te non putes errasse, istumque, qui non dedit, recte fecisse? sin, quae oportebat, petebas, ab hisque tu reiectus es, qua ratione fieri potest, ut tu non vel necessario aberraris? Fortasse, dixit, erravi: sed qui ille, qui mihi non credidit, non erra-

ἥμαρτεν, ὃ μὴ πιϛεύσας μοι; Ἆρ' οὖν, ἔφη, εἰ προσωμίλησας αὐτῷ ὡς προσήκει, οὐκ ἂν ἥμαρτες οὐδέν; Οὐ γὰρ δή. Νῦν ἄρα οὐχ ὡς προσήκει αὐτῷ προσωμίλησας. Φαίνομαι, εἰπεῖν. Εἰ οὖν ὡς μὴ προσήκει ὁμιλοῦντός σου μὴ ἐπείσθη, πῶς ἂν δικαίως ἐγκαλοίης ἐκείνῳ; Οὐκ ἔχω εἰπεῖν. Οὐδὲ ὅτι τοῖς κα-
e. κῶς χρωμένοις οὐ προσεκτέον ἐϛὶν, ἔχεις εἰπεῖν; Καὶ μάλ', ἔφη, τοῦτό γε. Ἀλλ' οὖν οὐχ οἱ ὡς οὐ προσήκει ὁμιλοῦντες, ἔφη, κακῶς χρῆσθαι σοὶ δοκοῦσιν; Ἔμοιγε, ἔφη. Τί οὖν ἥμαρτεν εἴ σοι μὴ προσέσχε κακῶς χρωμένῳ; Οὐδὲν φαίνεται, εἰπεῖν. Τί οὖν ποτε οἱ ἄνθρωποι, ἔφη, τοιαῦτα ἐγκαλοῦσι πρὸς ἀλλήλους; καὶ τοῖς μὲν μὴ πεισθεῖσιν αὐτοῖς, ὅτι οὐκ ἐπείσθησαν μέμφονται· αὐτοῖς δὲ, ὅτι οὐκ ἔπεισαν, οὐδ' ὅτι-
p. οὖν ἐγκαλοῦσι; Καὶ ἄλλος τις παρὼν, Ὅταν τε γάρ τις,
385 a. ἔφη, εὖ χρήσηταί τῳ καὶ βοηθήσῃ, εἶτα ἀξιῶν αὐτῷ ὁμοίως χρήσασθαι μὴ τυγχάνῃ τούτου, πῶς οὐκ εἰκότως μέμφοιτ' ἂν ὁ τοιοῦτος; Οὐκοῦν, ἔφη, ὃν ἀξιοῖ ὁμοίως αὐτῷ χρῆσθαι,

vit? Nonne hoc, inquit, etiam dicis, te erraturum non fuiſſe, ſi cum illo, ut convenit, verſatus eſſes? Dico. Nunc cum illo non, ut convenit, verſatus es. Videor, dixit. Si tibi igitur ille non, ut convenit, verſanti, morem non geſſit, quid eſt, quam ob rem iuſte illum accuſare poſſis? Non poſſum dicere. Neque, quod male utentibus commodandum non ſit, potes dicere? Immo poſſum, dixit, & quidem facile. Sed qui, inquit, non verſantur, ut convenit, non male uti tibi videntur? Mihi quidem, dixit, videntur. Quid igitur erravit ille, ſi tibi male utenti non commodavit? Nihil, reſpondit, ut videtur. Quare igitur homines haec inter ſe criminantur, & his quidem, quibus ipſi non perſuaſerint, quia non paruerunt, iraſcuntur: ſe vero ipſi, quod non perſuaſerunt, minime accuſant? Tunc alius, qui praeſens erat, Cum quis, inquit, aliquo bene utatur, eique magno uſui ſit, vel ob id ſe poſtea dignum fore exiſtimans, quo illo pariter uti debeat, nec tamen id conſequatur, qui non iure is indignari poſſit? Is certe, inquit, quem putat ſimiliter ſe ipſo uti debere, vel ipſo

ἤτοι δυνατός ἐστι χρῆσθαι αὐτῷ καλῶς, ἢ οὐ δυνατός; καὶ εἰ μὲν μὴ δυνατός ἐστιν, πῶς ἂν καλῶς ἀξιώη, ἀξιῶν αὐτὸν ὃ οὐ δυνατός ἐστιν; εἰ δὲ δυνατός ἐστι, πῶς τοιοῦτον ἄνθρωπον οὐκ ἔπεισεν; ἢ πῶς τοιαῦτα λέγοντες καλῶς λέγουσιν; Ἀλλὰ νὴ Δία, ἔφη, τοῦτο δεῖ ἐγκαλεῖν, ὅπως οὗτός τε τοῦ λοιποῦ βέλ- b.
τιον χρῆται αὐτῷ, καὶ οἱ ἄλλοι φίλοι, ἀκούσαντες αὐτοῦ ἐγκαλοῦντος. Βέλτιον δὲ χρήσεσθαι, ἔφη, οἴει τινὰς ἀκούοντας ὀρθῶς λέγοντος καὶ ἀξιοῦντος, ἢ ἁμαρτάνοντος; Ὀρθῶς λέγοντος, ἔφη. Ὁ δέ γε οὐκ ὀρθῶς ἀξιοῦν ἐδόκει σοί; Ναὶ, ἔφη. Πῶς οὖν ἀκούοντες τοιαῦτα ἐγκαλοῦντος, βέλτιον χρήσονται; Οὐδαμῶς, ἔφη. Τίνος οὖν ἕνεκα τοιαῦτα τὶς ἐγκαλεῖ; Ἀνευρεῖν, ἔφη, οὐκ ἂν δύνασθαι. Ἀνθρώπου τὶς κατη- c.
γόρει εὐήθειαν ὅτι ταχέως καὶ τοῖς τυχοῦσιν ἀνθρώποις λέγουσι πιστεύοι. πολίταις μὲν γὰρ καὶ οἰκείοις λέγουσι πιστεύειν εἰκὸς ἐστι· τοιούτοις δ' ἀνθρώποις οὓς οὔτε εἶδεν οὔτε ἤκουσε πρότερον, αὐτὸν πιστεύειν (καὶ ταῦτα, οὐκ ἀγνοοῦντα ὅτι οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν ἀλαζόνες καὶ πονηροὶ) ἠλιθιότητος σημεῖον οὐ σμικρὸν εἶναι. Καὶ τῶν παρόντων τὶς ἔφη, Ἐγὼ

uti bene poteſt, vel non poteſt: &, ſi quidem non poteſt, quanam via bene illum putat uſurum, qui non poſſit? Sin poteſt, cur homini tali non perſuaſit? vel potius quid afferri poteſt, quam ob rem, qui talia dicunt, dicere bene videantur? Sed hoc mehercule, inquit, vituperare oportet, ut is, aliique amici, qui vituperantem audiant, ipſo deinceps melius utantur. Melius vero uti, inquit, dignum eſſe, nonne tibi hic recte exiſtimare videbatur? Videbatur, dixit. Quonam igitur modo, qui audiant hominem haec vituperantem, melius utentur? Nullo, dixit. Quare igitur haec aliquis vituperat? Se invenire non poſſe, reſpondit. Quidam arguebat hominis inſcitiam, quod cito, & quibuſvis hominibus aliquid dicentibus crederet. civibus enim & domeſticis dicentibus credere aequum eſſe: his vero hominibus, quos neque noſſet, neque prius unquam audiſſet, fidem adhibere, praeſertim cum ſciret, plurimos ex hominibus eſſe fallaces & verſutos, ſtultitiae ſignum non

d. δὲ ὤμην σὲ καὶ τὸν ταχὺ τοῦ τυχόντος ἂν αἰσθανόμενον, πολλοῦ νομίζειν ἄξιον εἶναι μᾶλλον ἢ τὸν βραδέως. Καὶ γὰρ νομίζω, εἶπεν ἐκεῖνος. Τί οὖν, ἔφη, ἐγκαλεῖς, εἰ ταχὺ καὶ τοῖς τυχοῦσι πιστεύει τἀληθῆ λέγουσιν; Ἀλλ' οὐ τοῦτο ἐγκαλῶν, εἰπεῖν, ἀλλ' ὅτι πιστεύει ταχέως ψευδῆ λέγουσιν. Εἰ δ' ἐν πλείονι χρόνῳ καὶ οὐ τοῖς τυχοῦσιν ἐπίστευε, καὶ ἠτιᾶτο, οὐκ ἂν ἐνεκάλεσας αὐτῷ μᾶλλον; Ἔγωγ' ἄν, εἰπεῖν. Ἆρα διότι
e. γε βραδέως καὶ οὐ τοῖς τυχοῦσιν ἐπίστευε; Μὰ Δί', εἶπεν. Οὐ γὰρ οἶμαί γ', ἔφη, διὰ τοῦτ' ἐγκαλεῖν ἀνθρώπῳ, ἄξιον εἶναι ὑπολαμβάνεις, ἀλλὰ διότι πιστεύει λέγουσιν ἄπιστα. Ἔγωγ', εἰπεῖν. Πότερον οὖν, ἔφη, διὰ μὲν τὸ βραδέως καὶ μὴ τοῖς τυχοῦσιν πιστεύειν οὐκ οἴει ἄξιον εἶναι ἐγκαλεῖν αὐτῷ; διὰ δὲ τὸ ταχέως, καὶ τοῖς τυχοῦσι πιστεύειν, ἄξιον; Οὐκ ἔγωγ', εἰπεῖν. Τί οὖν, ἔφη, ἐγκαλεῖς αὐτῷ; Ὅτι ἁμαρτάνει, πρὸ τοῦ σκέψασθαι, ταχέως πιστεύων τοῖς τυχοῦσιν.
p. Ἀλλ' εἰ βραδέως ἐπίστευσε πρὸ τοῦ σκέψασθαι, οὐκ ἂν ἡμάρ-
386 a. τανε; Μὰ Δί', εἶπεν. ἀλλὰ καὶ οὕτως ἡμάρτανεν ἂν οὐδὲν

parvum esse dicebat. At quidam ex his, qui aderant, dixit: Ego vero putabam, te eum esse, qui censeres, multo pluris faciendum esse eum, qui quidvis celeriter, quam qui tarde perciperet. Etenim censeo, inquit ille. Quid igitur accusas, si celeriter, & quibusvis vera dicentibus fidem habet? At hoc, ait, ego non accuso, sed quod cito credit falsa dicentibus. Sed si longo post tempore, & non quibusvis credidisset, offendissetque, non illum magis accusasses? Prorsus, inquit. An propterea, quod tarde, nec quibusvis credidisset? Haud sane, inquit. Non enim puto, inquit ille, adduci te posse, ut existimes, hominem dignum esse, qui propter hoc accusetur: sed quod his, qui res incredibiles dicunt, credat. Ita sane, inquit. An igitur arbitraris, illum quidem indignum, qui accusetur, cum tarde, nec quibusvis credit: dignum vero, cum cito, & quibuslibet credit? Non ego, inquit. Quid igitur illum accusas? Quod errat, prius, quam rem perpendat, celeriter & quibuslibet credens. Sed si tarde credidisset, prius quam conside-

ἧττον. ἀλλ' οὐ τοῖς τυχοῦσιν οἶμαι δεῖν πιστεύειν. Εἰ δὲ μὴ πιστεύειν τοῖς τυχοῦσιν, ἔφη, οἴει δεῖν, ἀλλὰ τοῖς ἀγνῶσι πῶς προσήκει ταχέως πιστεύειν; ἀλλὰ πρότερον οἴει δεῖν σκέψασθαι εἰ ἀληθῆ λέγουσιν. Ἔγωγ', εἶπεν. Ἐπεὶ οἰκείων καὶ συνήθων, ἔφη, ὄντων, οὐ δεῖ σκοπεῖσθαι εἰ λέγουσιν ἀληθῆ. Ἐγὼ μὲν φαίην ἂν, εἰπεῖν. Ἴσως γὰρ καὶ τούτων τινὲς, ἔφη, λέγουσιν ἄπιστα. Καὶ μάλα, εἶπε. Τί οὖν μᾶλλον, ἔφη, τοῖς οἰκείοις καὶ συνήθεσιν εἰκὸς πιστεύειν, ἢ τοῖς τυχοῦσιν, ἐστίν; Οὐκ ἔχω, ἔφη, εἰπεῖν. Τί δ' εἰ οὐ μᾶλλον τοῖς οἰκείοις πιστεύειν δεῖ ἢ τοῖς τυχοῦσιν, οὐκ ἀπίστους αὐτοὺς δεῖ νομίζειν μᾶλλον ἢ τοὺς τυχόντας; Πῶς γὰρ οὔκ; ἔφη. Ἐὰν οὖν τοῖς μὲν οἰκείοι ὦσι, τοῖς δ' ἀγνῶτες, πῶς οὐ δεήσει τοὺς αὐτοὺς μᾶλλον αὐτῷ πιστοὺς νομίζειν; οὐ γὰρ ὁμοίως πιστοὺς αὐτοὺς δεῖ νομίζειν τοὺς οἰκείους καὶ τοὺς ἀγνῶτας, ὡς φῄς. Οὐκ ἀρέσκει μοι, εἰπεῖν. Ὁμοίως δ', ἔφη, καὶ τὰ λεγόμενα ὑπ' αὐτῶν οἱ μὲν πιστεύουσιν, οἱ δ' οὐ πιστὰ ἡγήσονται· καὶ οὐδέτεροι ἁμαρτή- b. c.

raret, non erraſſet? Sine dubio, inquit. quin ita nihilo minus erraſſet. verum ego non quibuslibet reor eſſe credendum. Si tu non quibuslibet putas credi oportere, ignotis ut convenit celeriter fidem adhibere? nonne prius arbitraris conſiderandum eſſe, an vera dicant? Arbitror equidem, dixit. Sed ſi domeſtici ſint, & familiares, non oportet examinare, an vera dicant? Ego equidem, inquit, dicerem oportere. Fortaſſe enim & horum aliqui dicunt incredibilia. Et valde quidem, inquit. Cur igitur magis aequum ſit, domeſticis & familiaribus, quam quibuslibet, credere? Non poſſum, inquit, dicere. Quid, ſi magis domeſticis, quam quibuſvis eſt credendum, nonne ipſos fide minus indignos, quam quoslibet, oportet iudicare? Quidni? inquit. Si igitur his quidem ſint domeſtici, illis vero ignoti, qui fiet, ut non oporteat eoſdem iiſdem magis fide dignos exiſtimare? aequaliter enim, eademque fide dignos eſſe domeſticos & ignotos, tibi non placet affirmare. Mihi vero, inquit, non placet. Quae vero ſimiliter eodemque modo ab iiſdem dicuntur, ii quidem cre-

σονται αὐτῶν. Ἄτοπον καὶ τοῦτ', εἰπεῖν. Ἔπειτα, ἔφη, εἰ ταυτὰ λέγουσιν οἱ οἰκεῖοι καὶ τυχόντες, πῶς οὐχ ὁμοίως τὰ λεγόμενα, πιστὰ εἴη ἂν ἢ ἄπιστα; Ἀνάγκη, εἶπεν. Οὐκοῦν καὶ
d. τοῖς λέγουσιν αὐτὰ ὁμοίως πιστευτέον, λέγουσιν αὐτά. Πιθανὸν, εἶπε. Ταῦτ' οὖν λεγόντων αὐτῶν, ἠπόρουν τίσι ποτὲ δεῖ πιστεύειν, καὶ τίσιν οὔ. καὶ πότερον τοῖς πιστοῖς καὶ τοῖς εἰδόσι περὶ ὧν λέγουσιν, ἢ τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς γνωρίμοις. περὶ τούτων οὖν πῶς σὺ νομίζεις;

dent, illi vero minime credibilia arbitrabuntur, & neutri errabunt. Absurdum esset & hoc, inquit. Deinde, si eadem dicunt domestici, & quilibet, quo pacto, quae dicuntur, non sint credibilia similiter, vel incredibilia similiter? Necesse est, inquit. Dicentibus igitur eadem pariter credendum est, cum dicant eadem. Probabile est, inquit. Haec igitur illi dum dicerent, dubitabam ego, nec constituere poteram, quibus credere, & quibus non credere oporteret: atque utrum fide dignis, hisque, qui scirent ea, de quibus dicerent, an domesticis & notis credendum esset. Tu vero hisce de rebus quid censes?

# ΣΙΣΥΦΟΣ
## Η
## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΒΟΥΛΕΥΕΣΘΑΙ
## ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΝΟΘΕΥΟΜΕΝΟΣ.

---

# SISYPHUS
## VEL
## DE CONSULTANDO
## DIALOGUS QUI NOTHUS HABETUR.

*Sebaſtiano Corrado interprete.*

---

### ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ
### ΣΩΚΡΑΤΗΣ *καὶ* ΣΙΣΥΦΟΣ.

ΗΜΕΙΣ *δὲ καὶ χθὲς σὲ πολὺν χρόνον ἀνεμείναμεν,* p. 387 b. *ὦ Σίσυφε, ἐπὶ τῇ Στρατονίκου ἐπιδείξει, ὅπως ἂν ξυνηκροῶ ἡμῖν ἀνδρὸς σοφοῦ, πολλά τε καὶ καλὰ ἐπιδεικνυμένου πράγματα καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ· καὶ ἐπεὶ σὲ οὐκέτι ᾠόμεθα παρέσεσθαι, αὐτοὶ ἤδη ἠκροώμεθα τἀνδρός.* ΣΙ. *Ναὶ μὰ τὸν Δία.*

### DIALOGI PERSONAE
### SOCRATES & SISYPHUS.

NOS vero, Siſyphe, heri te & longo ſpatio ad Stratonici oſtentationem exſpectavimus, ut nobiſcum virum ſapientem, res multas, & pulchras, verboque & opere oſtentantem, audires: & poſtquam arbitrati ſumus, te amplius non eſſe venturum, ipſi virum audivimus. *Si.* Adeſſe mehercule non po-

ἀσχολία γάρ μοι τὶς ἐγένετο ἀναγκαιοτέρα, ὥστε μὴ παρα-
c. μελῆσαι αὐτῆς. οἱ γὰρ ἄρχοντες ἡμῶν ἐβουλεύοντο χθές· ξυμβουλεύειν οὖν αὐτοῖς ἠνάγκαζόν με. ἡμῖν δὲ τοῖς Φαρσαλίοις καὶ νόμος ἐστὶ, τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι, ἂν κελεύωσι ξυμβουλεύειν τινὰ ἡμῶν αὐτοῖς. ΣΩ. Ἀλλὰ καλὸν, τό, τε τῷ νόμῳ πείθεσθαι, τό, τε ὑπὸ τῶν πολιτῶν δεδοξάσθαι εὔβουλον εἶναι· ὥσπερ καὶ σὺ δεδόξασαι εὔβουλος εἶναι, εἷς τῶν Φαρσαλίων. ἀτὰρ, ὦ Σίσυφε, ἐγὼ γὰρ οὐ περὶ τοῦ εὖ βουλεύεσθαι τοὺς λόγους ἂν δυναίμην ποιήσασθαι πρός σε
d. (ἡγουμενος καὶ σχολῆς εἶναι πολλῆς, καὶ λόγου μακροῦ) ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ τοῦ βουλεύεσθαι, ὅ, τι ἐστὶν, ἐγχειρήσαιμ' ἂν διαλεχθῆναί σοι. ἆρ' οὖν ἔχοις ἂν μοι εἰπεῖν, αὐτὸ τὸ βουλεύεσθαι ὅ, τι ποτ' ἐστί; μή μοι ἢ τὸ εὖ ἢ κακῶς, ἢ τὸ καλῶς πως, ἀλλ' αὐτὸ μόνον τὸ βουλεύεσθαι, ὁποῖόν τι ἐστίν. ἢ καὶ πάνυ ῥᾳδίως αὐτός γε, οὕτως εὔβουλος ὤν; ἀλλὰ μὴ ἐμὴ περιεργία ᾖ, καὶ τὸ ἐρωτῆσαί σε περὶ τούτου; ΣΙ. Ἴσως γὰρ ἄγνωστόν ἐστιν ὅ, τι τὸ βουλεύεσθαι ἐστίν; ΣΩ. Ἔμοιγε,

tui. nam mihi negotium quoddam fuit magis quidem neceſſarium, quam ut id negligere poſſem. Magiſtratus enim noſtri conſultabant heri: proptereaque me ſibi auctorem eſſe coëgerunt. Nobis autem Pharſalicis lex eſt, quae iubet magiſtratibus parere, ſi quem velint ipſi ſibi conſilium dare. *So.* At honeſtum eſt, cum legi parere, tum vero inprimis a civibus ſuis bonum conſiliarium exiſtimari, quemadmodum & tu unus e Pharſalicis exiſtimatus fuiſti. Sed, o Siſyphe, (ego enim apud te orationem de bene deliberando habere non poſſem, mecum reputans, ad id multo otio, & longa oratione opus eſſe) quid deliberare ſit, tecum velim quaerere. Poteſne igitur mihi, ipſum deliberare, non dico, vel bene, vel male, vel honeſte, ſed ipſum tantummodo deliberare quid ſit, dicere? an tu potius, qui tam bonus conſiliarius ſis, id perfacile potes nulloque negotio facere uſque adeo, ut ego nimis curioſe agam, qui te hac de re rogem? *Si.* An deliberare quid ſit, eſt tibi ignotum? *So.* Mihi quidem, Siſy-

ὦ Σίσυφε· εἴ γέ τι ἄλλο ἐστὶν, ἢ ὅπερ τὸ μὴ ἐπισάμενον τινὰ περὶ ὧν ἂν δέῃ τι πράττειν, διαμαντευόμενον καὶ σχεδιάζοντα λέγειν ὅ, τι ἂν τύχῃ, εἰκάζοντα καὶ κατὰ ταυτὰ αὐτῷ· ὥσπερ καὶ οἱ ἀρτιάζοντες τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲν ἐπισάμενοι δήπου περὶ τῶν ἀρτίων τε καὶ περιττῶν ὧν ἂν ἐν ταῖς χερσὶ ταῖς αὑτῶν ἔχωσιν, ὅμως ἐπιτυγχάνουσι, λέγοντες περὶ τῶν αὐτῶν τἀληθῆ. πολλάκις μὲν οὖν τοιοῦτόν τι καὶ τὸ βουλεύεσθαι ἐστίν, οἷον μηδὲν ἐπισάμενον περὶ ὧν ἂν βουλεύηται τὶς, ἀτὸ τύχης εἰπόντα, ἐπιτυγχάνειν τἀληθῆ. εἰ μὲν οὖν τοιοῦτόν ἐστι, γιγνώσκω δὴ οἷον τὸ βουλεύεσθαι ἐστίν· εἰ μέντοιγε μὴ τοιοῦτόν ἐστιν, οὐκ ἂν πω ἐπισαίμην αὐτό. ΣΙ. Οὐ τοίνυν τοιοῦτόν ἐστιν οἷόνπερ μὴ ἐπίστασθαι κομιδῇ μηδέν· ἀλλ' οἷον, τὸ μὲν εἰδέναι τί τοῦ πράγματος ἤδη, τὸ δὲ μηδέπω ἐπίστασθαι. ΣΩ. Ἆρα τοιόνδέ τι λέγεις τὸ βουλεύεσθαι, πρὸς τοῦ Διός; ὥσπερ γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς ὑπομαντεύεσθαι μοὶ δοκῶ τὴν διάνοιαν σοῦ περὶ τοῦ εὖ βουλεύεσθαι· οἷον, τὸ ζητεῖν τὰ βέλτιστα ἑξευρεῖν τινα ἑαυτῷ διαπράξασθαι, μηδέπω δὲ ἐπίστα- e. p. 388 a. b.

phe: ſi ſane aliud quid eſt, quam quod is, qui neſciat ea, quorum aliquid facere oporteat, proponit quaſi vaticinans, & improviſo temereque pronuntians, atque adeo, quidquid ad dicendum occurrit, ad ipſum non aliter accommodans, quam qui par impar ludunt: qui, cum neſciant, pariane ſint, an imparia, quae manibus comprimuntur, fortuito tamen enuntiant, atque de his vera dicunt. Sic igitur deliberare ſaepe id eſſe videtur, quod is, qui nihil eorum ſciat, de quibus aliquis deliberet, caſu dicit, ſed aſſequitur tamen, ut vera proferat. Si quidem igitur huiuſmodi eſt, intelligo iam, deliberare quid ſit: ſin huiuſmodi non eſt, haud equidem ſcio, quid ſit. *Si.* Non eſt id profecto, quod in medium afferat is, qui ſciat prorſus nihil: ſed id, quod referat is, qui rei partem iam tum ſcit, partem vero nondum ſcire potuit. *So.* An tu per Deos immortales deliberare tale quippiam eſſe dicis, quale ſit, ſi quis (videor enim & ipſe mihi quaſi vaticinari, quae tua ſit de deliberando ſententia) quaerat, det-

σθαι σαφῶς, ἀλλ' ὥσπερ ἐν νοήσει τινὶ εἶναι τοῦτο. οὐχ οὕτω πως λέγεις; ΣΙ. Ἔγωγε. ΣΩ. Ζητοῦσι δ' οἱ ἄνθρωποι πότερον ἃ ἂν ἐπίστανται τῶν πραγμάτων, ἢ καὶ ἃ ἂν μὴ ἐπίστων-
c. ται; ΣΙ. Ἀμφότερα. ΣΩ. Ἆρ' οὖν καὶ τοῦθ' οὕτω πως λέγεις, τὸ ζητεῖν ἀμφότερα τοὺς ἀνθρώπους, ἃ ἄν τε ἐπίστανται, καὶ ἃ ἂν μὴ ἐπίστανται; ὅμοιον ὥσπερ εἴ τις Καλλίστρατον γιγνώσκοι μέν, ὅστις ὁ Καλλίστρατος, μὴ μέντοι ἐπίστοιτο ὅπου εἴη ἐξευρεῖν, οὐχ ὅστις εἴη ὁ Καλλίστρατος. ἆρ' οὕτω πως λέγεις τὸ ζητεῖν εἶναι ἀμφότερα; ΣΙ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν ἐκεῖνο μὲν οὐκ ἂν ζητοίη, τὸν Καλλίστρατον εἰδέναι
d. ὅγε εἰδώς; ΣΙ. Οὐ γάρ. ΣΩ. Ὅπου δέ γε εἴη, ζητοίη αὐτόν. ΣΙ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Οὐκοῦν οὐδὲ τοῦτο ἐζήτει, ὅπου ἦν ἐξευρεῖν αὐτὸν, εἰ ᾔδει· ἀλλ' ἐξεῦρεν ἂν εὐθέως; ΣΙ. Ναί. ΣΩ. Οὐκ ἄρα ταὐτά γε δὴ ζητοῦσιν ἅττ' ἂν ἐπίστανται οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ ἃ ἂν μὴ ἐπίστανται, ὡς ἔοικεν. εἰ δὲ σοὶ οὗτος ὁ λόγος ἐριστικὸς εἶναι δοκεῖ, ὦ Σίσυφε, καὶ μὴ τοῦ πράγματος ἕνεκα λέγεσθαι, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ διαλέγεσθαι μόνον, σκόπει δὲ

que operam, ut inveniat, quae ſibi optima ſint factu, nec tamen adhuc manifeſto ſciat, ſed id totum alteri ineſſe cogitet? nonne tu ſic dicis? *Si.* Dico equidem. *So.* Utra quaerunt homines, quae ſciunt, an quae neſciunt? *Si.* Utraque. *So.* An igitur & hoc ita dicis, homines quaerere utraque, & quae ſciunt, & quae neſciunt, ſimile eſſe, ac ſi quis, qui Calliſtratum cognoſcat, ſciatque, qui ſit Calliſtratus, neſciat tamen, ubi ſit, quaerat non ille quidem, ut inveniat, qui ſit Calliſtratus? Itane vero dicis eſſe, quaerere utraque? *Si.* Dico. *So.* Illud igitur quidem certe non quaerit, ut Calliſtratum cognoſcat, qui iampridem illum cognovit. *Si.* Non certe. *So.* Sed ubi ſit ille, quaerit. *Si.* Mihi quidem videtur. *So.* Quin hoc ne quaeſiſſet quidem, ut, ubi eſſet ille, inveniret, ſi prius ſciſſet: ſed ſtatim inveniſſet. *Si.* Sane. *So.* Haec ergo, quae ſciunt, non quaerunt homines, ſed illa, quae neſciunt, ut apparet. Quod ſi tibi, Siſyphe, ratio haec ligitioſa videtur eſſe, nec propoſitae rei, ſed diſputationis cauſa dici, debes

καὶ ὧδε ἐὰν δοκῇ σοι οὕτως ἔχειν ὥσπερ καὶ νῦν λέγεται. ἆρα e.
γὰρ οὐκ ἐν τῇ γεωμετρίᾳ οἶσθα τοῦτο γιγνόμενον; ἀγνοουμένην τὴν διάμετρον τοῖς γεωμέτραις, οὐκ εἰ διάμετρός ἐστιν, ἢ μή; (οὐδὲ γὰρ ζητεῖται τοῦτο ὑπ' αὐτῶν εὑρεθῆναι) ἀλλ' ἔστιν τις ἐσὶ μέτρῳ πρὸς τὰς πλευρὰς τῶν χωρίων ὧν ἂν διατέμνῃ. ἆρ' οὐ τοῦτό ἐσι αὐτὸ τὸ ζητούμενον περὶ αὐτῆς; ΣΙ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Ὅπερ καὶ ἀγνοεῖται. ἦ γάρ; ΣΙ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τί δέ; ὁ τοῦ κύβου διπλασιασμὸς οὐκ οἶσθ' ὅτι ζητεῖται τοῖς γεωμέτραις ὁπόσος τὶς ἐσὶν εὑρεθῆναι λόγῳ; αὐτὸς δὲ ὁ κύβος οὐ ζητεῖται αὐτοῖς εἰ κύβος ἐσὶν, ἢ μή· ἀλλ' ἐπίσανται τοῦτό γε. ἦ γάρ; ΣΙ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ περὶ p.
τοῦ ἀέρος Ἀναξαγόραν τε καὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ τοὺς ἄλ- 389
λους τοὺς μεταρσιολέσχας ἅπαντας οἶσθα ζητοῦντας πότερον ἄπειρός ἐσιν, ἢ πέρας ἔχων; ΣΙ. Ναί. ΣΩ. Ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο, εἰ ὁ ἀὴρ ἐσιν. ἦ γάρ; ΣΙ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Συγχωρήσαις ἂν οὖν μοι καὶ κατὰ τῶν ἄλλων πάντων οὕτως ἔχειν, ἢ δὴ μηδὲν μηδενὶ εἶναι ζητεῖν τῶν ἀνθρώπων, ὧν ἐπίζηταί

consiederare, an ea tibi ita, ut nunc dicitur, habere videatur. An nescis, hoc in Geometria fieri solere, ut Geometrae lineam, quae *διάμετρος* dicitur, ignorent non illi quidem, utrum *διάμετρος* sit, necne, (neque enim hoc ab illis quaeritur) sed quam longa sit, & quam proportionem habeat cum lateribus arearum, quas secet? Nonne hoc est, quod de illa quaeritur? *Si.* Mihi sane quidem videtur. *So.* Et quod ignoratur. nonne? *Si.* Prorsus. *So.* Quid? quadrati illius, quod *κύβος* appellatur, duplum non nosti ob id a Geometris quaeri, ut, quantum sit, ratione inveniri possit? ab eisdem vero minime quaeri, cubus sit, necne, quod id certo sciant? *Si.* Novi. *So.* Non nosti quoque, de aëre Anaxagoram Empedoclemque, & alios omnes, qui sublimia sunt scrutati, quaesisse, utrum sit is infinitus, an finem habeat? *Si.* Novi hoc quoque. *So.* Sed illud non quaerebant illi, utrum aër esset, necne. *Si.* Non certe. *So.* Iamne igitur mihi concederes, cetera omnia ita se habere, ut nullius hominum sit, quae

τις, ἀλλὰ μᾶλλον ὧν ἂν μὴ ἐπίσηται; ΣΙ. Ἔγωγε. ΣΩ.
b. Οὐκοῦν καὶ τὸ βουλεύεσθαι τοῦτο ἐδόκει ἡμῖν εἶναι, αὐτὸ τὸ ζητεῖν τὰ βέλτισα τινὰ ἐξευρεῖν περὶ ὧν ἂν δέοιτο διαπράττεσθαι αὐτῷ; ΣΙ. Ναί. ΣΩ. Τὸ δὲ ζητεῖν γε, ὅπερ τὸ βουλεύεσθαι ἦν περὶ τῶν πραγμάτων. ἦ γάρ; ΣΙ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Οὐκοῦν σκεπτέον ἡμῖν ἐσι νῦν ἤδη τί ἐμποδὼν τοῖς ζητοῦσι περὶ ὧν ἂν τὴν ζήτησιν ποιῶνται εἰς τὸ ἐξευρεῖν. ΣΙ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἄλλό τι φαίημεν ἂν αὐτοῖς ἐμ-
c. ποδὼν εἶναι ἢ τὴν ἀνεπισημοσύνην; σκοπῶμεν νὴ Δία, ὑπερφυῶς μὲν οὖν, τὸ λεγόμενόν γε, πάντα κάλων ἐφέντες, καὶ πᾶσαν Φωνὴν ἐφιέντες. ἄθρει δὴ μετ' ἐμοῦ τόδε· ἆρά γε νομίζεις οἷόν γέ τι εἶναι ἀνθρώπῳ περὶ μουσικῆς βουλεύεσθαι, μήτε ἐπισαμένῳ περὶ μουσικῆς, μηδὲ ὅπως ἢ κιθαριστέον εἴη αὐτῷ, ἢ ἄλλό τι τῶν κατὰ μουσικὴν ποιητέον; ΣΙ. Οὐκ ἔγωγε. ΣΩ. Τί δαὶ περὶ στρατηγίας ἢ κυβερνητικῆς; τὸν μὴ ἐπι-
d. στάμενον μηδέτερα τούτων οἴει ἔχειν ἂν τι βουλεύεσθαι περὶ

sciat, quaerere; sed ea potius, quae nesciat? *Si.* Concederem sane. *So.* At deliberare nobis nonne simile videbatur esse, ac si quis quaerat, detque operam, ut inveniat optima ex his, quae facere sibi commodum putet? *Si.* Videbatur. *So.* De rebus vero quaerere idem erat, quod deliberare. nonne? *Si.* Erat profecto. *So.* Nobis igitur iam nunc considerandum est, quid esse quaerentibus impedimento possit ad ea, de quibus quaerunt, invenienda. *Si.* Ita quidem mihi faciendum videtur. *So.* An igitur quippiam nos aliud, quam inscitiam, impedimento esse dicemus? Summo itaque studio nos, omni rudente explicato, & omni voce, quod dicitur, emissa, consideremus. atque hoc inprimis tu nunc iam mecum expende: An censes fieri posse, ut is homo de musica deliberet, qui musicae sit imperitus, neque sciat, quo pacto sibi vel citharа canendum sit, vel aliud quippiam, quod ad musicam pertineat, faciendum? *Si.* Haud equidem censeo. *So.* Quid de re militari, vel nautica dicis? tune existimas, eum, qui harum neutram norit, posse deliberare, utrum sibi e duobus sit fa-

τούτων τοῦ ἑτέρου, ὅ, τι ποιητέον εἴη αὐτῷ; ἢ στρατηγητέον ἢ κυβερνητέον ἐκείνῳ αὐτῷ μὴ ἐπισταμένῳ μήτε στρατηγεῖν μήτε κυβερνᾶν; ΣΙ. Οὐχί. ΣΩ. Ἦ καὶ περὶ τῶν ἄλλων οὖν ἁπάντων οὕτως ἀξιοῖς ἔχειν, περὶ ὧν ἂν μὴ ἐπίσηταί τις, μὴ εἰδέναι μηδὲ βουλεύεσθαί πω δυνατὸν τῷ μὴ ἐπισταμένῳ περὶ αὐτῶν; ΣΙ. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἀλλὰ ζητεῖν περὶ ὧν ἄν τις μὴ ἐπίσηται ἢ. ἢ γάρ; ΣΙ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Τὸ μὲν αὐτὸ ἄρα οὐκ ἂν ἔτι εἴη τὸ ζητεῖν τῷ βουλεύεσθαι. ΣΙ. Πῶς δή; ΣΩ. Ὅτι τὸ μὲν ζητεῖν, ἔξι δήπου ἐπὶ τούτοις οἷς ἂν μὴ ἐπίσηταί τις· τὸ δὲ βουλεύεσθαι, οὐχ οἷόντ' εἶναι δοκεῖ περὶ ταῦτα ἀνθρώπῳ, περὶ ἃ ἄν τις μὴ ἐπίσηται ἢ. ἢ οὐχ οὕτως ἐλέχθη; ΣΙ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν ὑμεῖς χθὲς ἐζητεῖτε τὰ βέλτιστα ἐξευρεῖν τῇ πόλει, οὐκ ἠπίστασθε δὲ αὐτά. εἰ γὰρ ἠπίστασθε, οὐκ ἂν ἔτι δήπου ἐζητεῖτε αὐτά. ὥσπερ οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ὧν ἂν ἐπιστώμεθα ζητοῦμεν. ἢ γάρ; ΣΙ. Οὐ γὰρ οὖν. ΣΩ. Πότερον οὖν σοι δοκεῖ χρῆναι, ὦ Σίσυφε, ἂν μὴ ἐπίσηταί τις, ζητεῖν ἢ μανθάνειν; ΣΙ. Μανθάνειν ἔμοιγε, νὴ Δία. e.

ciendum, militesne regendi sint, an gubernanda navis, cum neque milites regere, neque navem gubernare sciat? *Si.* Minime. *So.* An & de aliis omnibus idem iudicas, ut, quae quis nescit, nunquam prorsus intelligat: neque fieri unquam possit, ut, quae quis nescit, de his deliberet? *Si.* Ego quidem iudico. *So.* At quaerere de his, quae quis nesciat, diximus. nonne? *Si.* Diximus sane. *So.* Quaerere quidem non est amplius idem, quod deliberare. *Si.* Qui? *So.* Quod quaerere quidem in his est rebus, quas aliquis nesciat: deliberare vero non videtur homini circa illa esse posse, quae quis nesciat. nonne ita dictum est? *Si.* Dictum sane. *So.* Vos igitur heri quaerebatis quidem, ut inveniretis, quae reipublicae essent optima, sed ea ipsa nesciebatis. nam si vos scissetis, eadem non quaesissetis amplius: quemadmodum eorum, quae scimus, nihil quaerimus. nonne ita est? *Si.* Ita est. *So.* Utrum igitur tibi, Sisyphe, faciendum videtur, si quis nesciat, quaerendum, an discendum? *Si.* Discendum mehercule. *So.* Re-

p. ΣΩ. Ὀρθῶς γε σοὶ δοκεῖ. ἀλλ' ἆρά γε διὰ τοῦτο σοὶ δοκεῖ
390 χρῆναι μανθάνειν μᾶλλον ἢ ζητεῖν, διότι ῥᾷττον ἂν καὶ ῥᾷον
a. ἐξεύροι τις, εἰ παρὰ τῶν ἐπισαμένων μανθάνοι, ἢ εἰ αὐτὸς ὁ
μὴ εἰδὼς ζητοίη; ἢ δι' ἄλλό τι; ΣΙ. Οὔκ· ἀλλὰ διὰ τοῦτο.
ΣΩ. Τί οὖν οὐκ ἀμελήσαντες χθὲς ὑμεῖς τοῦ βουλεύεσθαι
περὶ ὧν ἂν μὴ ἐπίσασθε, καὶ τοῦ ζητεῖν τὰ βέλτιστα δια-
πράττεσθαι ἐν τῇ πόλει, ἐμανθάνετε παρὰ τῶν ἐπισαμένων
b. τινὸς, ὅπως ἂν ἐδύνασθε τὰ βέλτιστα διαπράττεσθαι ἐν τῇ
πόλει; ἀλλ' ἐδοκεῖτέ μοι τὴν ἡμέραν ὅλην τὴν χθὲς αὐτο-
σχεδιάζοντες καὶ διαμαντευόμενοι καθῆσθαι περὶ ὧν οὐκ
ἠπίσασθε, ἀμελήσαντες μανθάνειν, οἵτε ἄρχοντες τῆς πό-
λεως καὶ σὺ μετὰ τούτων. ἴσως δ' ἂν φαίης ταῦτα ἐμοί τε
εἶναι πεπαιγμένα πρός σε, τοῦ διαλεχθῆναι μόνον εἵνεκα, σοί
τε οὐκ ἐσπουδασμένως ἀποδεδεῖχθαι· ἀλλὰ τοῦτό γε πρὸς
c. Διὸς, ὦ Σίσυφε, σκόπει νῦν σπουδῇ· εἰ δοθείη, τὸ βουλεύσα-
σθαι τὶ εἶναι, καὶ μὴ ὥσπερ νῦν οὐδὲν ἐξευρίσκεται ἄλλοῖον ἢ
ὅπερ ἐπιξήμη τε καὶ εἰκασία καὶ σχεδιασμός· ὀνόματι σεμνο-

ete quidem tibi videtur. Sed utrum tibi propter hoc discendum potius, quam quaerendum, videtur, quod citius faciliusque invenire aliquis possit, si ab his, qui sciunt, discat, quam si ipse imperitus quaerat? an propter aliud? *Si.* Non, sed propter hoc. *So.* Cur igitur vos heri, tuque, & urbis principes, non, spreto consilio deliberandi de his, quae nesciebatis, & quaerendi, quae reipublicae essent optima factu, ab aliquo eorum, qui sciunt, discebatis, quanam vos ratione, quae reipublicae essent optima, facere possetis; sed, ut mihi quidem videtur, totum diem hesternum comminiscentes, & de his, quae nesciebatis, hariolantes, neglecto prorsus discendi studio, sedebatis? Haec tu fortasse dices a me tibi disputationis solum causa ioco dicta fuisse, non serio demonstrata: sed tu illud, quaeso, Sisyphe, nunc diligenter attende. Si concedatur, deliberare quiddam esse, nec verum illud esse, quod nunc dicimus, ipsum nihil aliud esse videri, quam scientiam, coniecturam, & commentum, quamvis no-

τέρῳ μόνον κεχρημένον τούτῳ, ἄλλῳ δ' οὐδενί· ἆρ' ἂν οἴει αὐτῷ διενεγκεῖν τι ἕτερους ἑτέρων πρὸς τὸ εὖ βουλεύεσθαί τε καὶ εὐβούλους εἶναι, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιςήμαις ἁπάσαις διαφέρουσιν ἕτεροι ἑτέρων, τέκτονες τεκτόνων, ἰατροί τε ἰατρῶν, αὐληταί τε αὐλητῶν; οἵτε ἄλλοι δημιουργοὶ d. ἅπαντες, αὐτοί τε αὐτῶν διαφέρουσιν; ὥσπερ καὶ οὗτοι οἱ ἐν ταύταις ταῖς τέχναις, ἢ οὕτω καὶ ἐν τῷ βουλεύεσθαι οἴει ἄν τι διενεγκεῖν ἕτερους ἑτέρων; ΣΙ. Ἔγωγε. ΣΩ. Εἰπὲ δή μοι· οὐχ ἅπαντες οἵτε εὖ βουλευόμενοι καὶ οἱ κακῶς, περὶ μελλόντων τινῶν ἔσεσθαι βουλεύονται; ΣΙ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἄλλό τι οὖν ἢ τὰ μέλλοντα οὔπω ἐςίν; ΣΙ. Οὐ γὰρ δή. ΣΩ. Εἰ γὰρ εἴη, οὐκ ἂν ἔτι δήπου μέλλοι ἔσεσθαι, ἀλλ' εἴη ἂν ἤδη. ἦ e. γάρ; ΣΙ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν, εἰ μή πως ἐςὶν, οὕτως οὐδὲ γέγονε τὰ μὴ ὄντα; ΣΙ. Οὐ γάρ. ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μήπω μηδὲ γέγονεν, οὔπω οὐδὲ φύσιν ἔχει οὐδεμίαν αὐτῶν. ΣΙ. Οὐ γὰρ οὖν. ΣΩ. Ἄλλό τι οὖν, ἢ οἵτε εὖ βουλευόμενοι καὶ οἱ κακῶς, ἅπαντες βουλεύονται περὶ πραγμάτων οὔτε ὄντων οὔτε γε-

men gravius, ſed id tantum, nec aliud quidquam praeterea, uſurparit: an putas, homines in bene deliberando, ſeque bonos conſiliarios exhibendo, alios ab aliis aliquid differre; ut in aliis diſciplinis omnibus alii ab aliis differunt, fabri a fabris, medici a medicis, tibicineſque a tibicinibus, atque alii omnes artifices ipſi inter ſe ſunt diſſimiles? ut, inquam, iidem in iiſdem artibus differunt, an tu & in deliberando putas aliquid alios ab aliis differre? *Si.* Ego vero puto. *So.* Dic mihi: non omnes, quique bene, quique male deliberant, de futuris deliberant? *Si.* Maxime. *So.* Quid hic aliud dicamus, quam futura nondum eſſe? *Si.* Nihil aliud. *So.* Nam ſi eſſent, non amplius eſſent futura, ſed iam eſſent. nonne? *Si.* Nae. *So.* Si igitur nullo pacto ſunt, eadem ratione neque facta ſunt, cum non exſiſtant. *Si.* Non hercle. *So.* Si ergo nondum facta ſunt, nullam adhuc naturam, quae propria ipſorum ſit, habent. *Si.* Nullam prorſus. *So.* Nonne igitur omnes bene, vel male deliberantes, de rebus deliberant, quae neque ſint, neque fue-

γενημένων, οὔτε φύσιν οὐδεμίαν ἐχόντων, ὅταν περὶ τῶν μελλόντων βουλεύωνται; ΣΙ. Φαίνονταί γε. ΣΩ. Δοκεῖ οὖν σοι δυνατὸν εἶναι τοῦ μὴ ὄντος τυχεῖν τινι ἢ εὖ ἢ κακῶς; ΣΙ. Πῶς τοῦτο λέγεις; ΣΩ. Ἐγώ σοι φράσω, ὅγε βούλομαι εἰ-
p. πεῖν. σκόπει γάρ. πῶς ἂν τοξοτῶν πολλῶν διαγνοίης τόν τε
391 χρηστὸν καὶ τὸν πονηρὸν ὅστις εἴη αὐτῶν; ἢ τοῦτο μὲν οὐ χα-
a. λεπὸν εἰδέναι; ἴσως γὰρ ἂν κελεύοις αὐτοὺς ἐπὶ σκοποῦ τινος τοξεύειν. ἦ γάρ; ΣΙ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τὸν πλεισάκις βάλλοντα τοῦ σκοποῦ κατ' ὀρθὸν, κρίνοις ἂν νικᾶν; ΣΙ. Ἔγωγε. ΣΩ. Εἰ δὲ σκοπὸς μηδεὶς εἴη κείμενος αὐτοῖς τοῦ τοξεύειν, ἀλλ' ἕκαστος βάλλοι ὅπως βούλοιτο, πῶς ἂν διαγνοίης τὸν εὖ ἢ κακῶς τοξεύοντα αὐτῶν; ΣΙ. Οὐδα-
b. μῶς. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τοὺς βουλευομένους ἢ εὖ ἢ κακῶς, εἰ μὴ ἐπίσαιντο περὶ ὅτου βουλεύοιντο, ἀπορήσειας ἂν διαγνῶναι; ΣΙ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ περὶ μελλόντων πραγμάτων βουλεύονται οἱ βουλευόμενοι, περὶ τῶν οὐκ ὄντων βουλεύονται; ΣΙ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν τοῦ γε μὴ ὄντος οὐχ

rint, neque naturam ullam habeant, quando de futuris deliberant? *Si.* Videntur quidem. *So.* Videturne igitur fieri posse, ut aliquis id, quod nusquam sit, vel bene, vel male consequatur? *Si.* Qua ratione hoc dicis? *So.* Ego tibi exponam, quod volo dicere: tu diligentiam adhibe. Ex multis sagittariis quo pacto cognoscas, quis sit peritus, quisve contra imperitus? Atque hoc quidem haud difficile cognitu videtur esse. fortasse enim iubeas illos *σκοπὸν* sagittis petere. nonne? *Si.* Sane quidem. *So.* Tu quidem igitur eum, qui saepius ita sagittas mittat, ut recte collineet, victorem decernas. *Si.* Decernam profecto. *So.* Verum, si *σκοπὸς* nullus sit propositus, in quem sagittas dirigant, sed unusquisque, quo velit, iaciat, quonam tu modo possis cognoscere, qui bene vel male iaculetur? *Si.* Nullo. *So.* Ita quoque deliberantes, vel bene, vel male, si nesciant, de quo deliberent, discernere nescires. *Si.* Verum. *So.* Verum certe: nam si de rebus futuris deliberant deliberantes, nonne de his, quae non sunt, delibe-

οἵόντ' οὐδενὶ τυχεῖν ἐϛι. πῶϛ γὰρ ἄν τιϛ ϲοὶ δοκοῖ τοῦ μὴ ὄντοϛ δύναϲθαι τυχεῖν; ΣΙ. Οὐδαμῶϛ. ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ οὐκ ἔϛι τοῦ μὴ ὄντοϛ τυγχάνειν οἵόντε, οὐδεὶϛ ἂν ἔτι περὶ τῶν μὴ c.
ὄντων βουλευόμενοϛ τυγχάνοι. τὰ γὰρ μέλλοντα, τῶν οὐκ ὄντων ἐϛίν. ἢ γάρ; ΣΙ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Οὐκοῦν οὐδ' ὁ μὴ τυγχάνων τῶν μελλόντων, οὐδεὶϛ ἂν οὔτ' εὔβουλοϛ οὔτε κακόβουλοϛ εἴη ἀνθρώπων ἔτι. ΣΙ. Οὐ φαίνεται. ΣΩ. Οὐδέ γε εὐβουλότεροϛ οὐδὲ κακοβουλότεροϛ ἕτεροϛ ἑτέρου εἶναι, εἰ καὶ μὴ ἐπιτυχέϛεροϛ καὶ ἀποτυχέϛεροϛ εἴη τοῦ μὴ ὄντοϛ. ΣΙ. Οὐ γὰρ οὖν. ΣΩ. Πρὸϛ τί οὖν ποτε ἀποβλέποντεϛ ἄνθρωποι d.
πρᾶγμα, ἀποκαλοῦϲιν ἀνθρώπουϛ εὐβούλουϛ τε καὶ κακοβούλουϛ εἶναί τινας; ἆρά γε ἄξιόν ἐϛι καὶ αὖθιϛ ποτὲ περὶ αὐτοῦ ἐνθυμηθῆναι, ὦ Σίϲυφε;

rant? *Si.* Prorſus. *So.* At fieri non poteſt, ut aliquis id, quod nuſquam ſit, aſſequatur. nam qua ratione tibi aliquis, quod nuſquam ſit, conſequi poſſe videatur? *Si.* Nulla. *So.* Poſtquam igitur fieri non poteſt, ut quis, quod non ſit, aſſequatur, nullus erit amplius, qui de his, quae non ſunt, deliberet. Futura enim in his, quae non ſunt, numerantur. nonne ita res habet? *Si.* Mihi quidem videtur habere. *So.* Nullus itaque, qui futura non conſequatur, poteſt eſſe neque bonus, neque malus conſiliarius. *Si.* Non videtur. *So.* Quin neque alius alio melior conſiliarius, neque peior eſſe poterit, niſi vel felicius id, quod non eſt, aſſequatur, vel ab eo infelicius aberret. *Si.* Non poterit. *So.* Ad quid igitur reſpiciunt homines, cum quoſdam homines bonos & malos conſiliarios vocant? An hoc tibi, Siſyphe, dignum videtur eſſe, de quo etiam atque etiam cogitemus?

# ΕΡΥΞΙΑΣ
Η
## ΠΕΡΙ ΠΛΟΥΤΟΥ
Ἐν ἄλλῳ
## ΕΡΑΣΙΣΤΡΑΤΟΣ.
ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΝΟΘΕΥΟΜΕΝΟΣ.

---

# ERYXIAS
SIVE
## DE DIVITIIS
aut, ut alii habent,
## ERASISTRATUS
DIALOGUS QUI NOTHUS HABETUR.
*Sebaſtiano Corrado interprete.*

---

p. 392 a. Ἐτύγχανομεν περιπατοῦντες ἐν τῇ ϛοᾷ τοῦ Διὸς τοῦ ἐλευθερίου ἐγώ τε καὶ Ἐρυξίας ὁ Στειριεύς· εἶτα προσελθέτην ἡμῖν Κριτίας τε καὶ Ἐρασίϛρατος ὁ Φαίακος, τοῦ Ἐρασιϛράτου ἀδελφιδοῦς. ἐτύγχανε δὲ τότε νεωϛὶ παρὼν ἀπὸ Σικελίας καὶ τῶν τόπων τούτων ὁ Ἐρασίϛρατος. προσελθὼν b. δ' ἔφη, Χαῖρε, ὦ Σώκρατες. Καὶ σύ γε, ἦν δ' ἐγώ· τί γάρ; καλόν τι ἀπὸ Σικελίας ἔχεις λέγειν ἡμῖν; Καὶ πάνυ. ἀλλὰ

Cum forte ego & Eryxias Stirieus in porticu Iovis Liberatoris deambularemus, ad nos Critias & Eraſiſtratus Phaeacus, Eraſiſtrati fratris filius, venerunt. Quorum Eraſiſtratus, qui tunc recens ex Sicilia illiſque locis erat, propius accedens, dixit, Salve, o Socrates. Et tu, inquam ego, ſalve. ecquid novi nobis ex Sicilia affers? an habes pulchri aliquid, quod

βούλεσθ', ἔφη, πρῶτον καθ.ζώμεθα; κέκμηκα γὰς, χθὲς βαδίσας Μεγαρόθεν. Πάνυ γ', εἰ δοκεῖ. Τί οὖν, ἔφη, βούλεσθε πρῶτον ἀκούειν τῶν ἐκεῖ; πότερον περὶ αὐτῶν ἐκείνων ὅ, τι πράττουσιν, ἢ ὅπως πρὸς τὴν πόλιν ἔχουσι τὴν ἡμετέραν; ἐκεῖνοι γὰρ ἐμοὶ δοκοῦσι πεπονθέναι πρὸς ἡμᾶς οἷόνπερ οἱ σφῆκες. καὶ γὰρ τούτους ἐάν τις κατὰ σμικρὸν ἐρεθίζων ὀργίσῃ, ἄμαχοι γίνονται, ἕως τις αὐτοὺς ἐπιθέμενος πανοικὶ ἐξέλῃ. c. οὕτως οὖν καὶ οἱ Συρακούσιοι, εἰ μή τις ἔργον ποιησάμενος σφόδρα μεγάλῳ ζόλῳ ἥξει ἐκεῖσε, οὐκ ἔστιν ὅπως ἐκείνη ἡ πόλις ἔσαι ποτὲ ἡμῖν ὑποχειρία. ὑπὸ δὲ τῶν σμικρῶν τούτων ἂν μᾶλλον ὀργίζοιντο, οὕτως ὡς ἂν μάλιστα χαλεπώτατοι εἶησαν. πεπόμφασι δὲ καὶ νῦν ὡς ἡμᾶς πρέσβεις, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, βουλόμενοί τι ἐξαπατῆσαι τὴν πόλιν. Μεταξὺ δὲ ἡμῶν διαλεγομένων, ἐτυχέτην οἱ Συρακούσιοι πρέσβεις παριόντες. d. εἶπεν οὖν ὁ Ἐρασίστρατος, δείξας εἰς τὸν ἕνα τῶν πρέσβεων, Οὗτοσὶ μέν τοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, πλουσιώτατός ἐστι τῶν Σικελιωτῶν καὶ Ἰταλιωτῶν. Πῶς δ' οὐχί; ἔφη, ᾧ γε ὑπάρ-

nobis referas? Maxime. ſed vultis, inquit, ſedeamus? adhuc enim ſum de via feſſus, heri Megara profectus. Ita fiat, ſi videtur. Quid igitur, inquit, primum ex his, quae illic ſunt, vultis audire? utrum quae Siculi exerceant, an quo pacto illi erga rempublicam noſtram ſint affecti? nam mihi illi erga nos non aliter eſſe affecti videntur, quam ſint veſpae: quae ſi leviter irritatae provocentur, fiunt invictae, donec eas aliquis aggreſſus, funditus exſtinguat. ſic igitur & Syracuſani ſunt affecti. niſi enim aliquis bellum, & quidem ingens, geſturus, eo cum maxima claſſe fuerit profectus, nunquam civitas illa in noſtram ditionem ac poteſtatem eſt ventura: ſed potius parvis hiſce claſſibus irritabitur ita, ut nobis quam moleſtiſſima ſit futura. Nunc vero illi ad nos legatos miſerunt, eo quidem, ut mihi videtur, conſilio, ut noſtram civitatem decipiant. Interea, dum nos ita colloqueremur, ipſi Syracuſanorum legati caſu advenerunt. Quare nobis Eraſiſtratus unum illorum oſtendens, dixit: Ille, o Socrates, Siculorum omnium & Italorum eſt

χει γῆ τε ἄφθονος οὕτως, ὥστε εὐπορίαν εἶναι, εἴτις βούλοιτο, πάνυ πολλὴν γεωργεῖν; καὶ αὕτη μὲν τοιαύτη οἵα οὐχ ἑτέρα ἄλλη ἔν γε τοῖς Ἕλλησιν. ἔτι δὲ τἄλλα τὰ εἰς πλοῦτον ἥκοντα ἁπλᾶ, τὰ ἀνδράποδα, καὶ ἵπποι, καὶ χρυσὸς, καὶ ἄργυρος. ὁρῶν δ' ἐγὼ αὐτὸν ἀναγόμενον, ὡς ἀδολεσχήσοντα περὶ τῆς
P. οὐσίας τῆς τοῦ ἀνθρώπου, ἠρόμην, Τί δὲ, ὦ Ἐρασίστρατε; ἀνὴρ
393 a. ποῖός τις εἶναι δοκεῖ ἐν τῇ Σικελίᾳ; Οὗτος, ἔφη, Σικελιωτῶν καὶ Ἰταλιωτῶν καὶ δοκεῖ καὶ ἔστι πλέον πάντων πονηρότατος, ἢ ὅσῳ πλουσιώτατος· οὕτως ὥστ' εἴτινα βούλει Σικελιωτῶν ἐρωτᾷν ὄντινα πονηρότατον νομίζει εἶναι καὶ πλουσιώτατον, οὐδεὶς ἂν φήσειεν ἄλλον ἢ τοῦτον. Οἰηθεὶς δ' αὐτὸν ἐγὼ οὐ περὶ μικρῶν τὸν λόγον ποιεῖσθαι, ἀλλὰ περὶ τῶν μεγίστων δοκούν-
b. των εἶναι, ἀρετῆς τε πέρι καὶ πλούτου, ἠρόμην πότερον ἂν φαίη πλουσιώτερον εἶναι ἄνθρωπον, ὅτῳ δύο τυγχάνει τάλαντα ἀργυρίου, ἢ ὅτῳ ἀγρὸς ἄξιος δυοῖν ταλάντοιν. Οἶμαι μὲν ἐγὼ, ἔφη, ὅτῳ ἀγρός. Οὐκοῦν, ἔφην ἐγὼ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ εἰ τυγχάνει τῳ ἱμάτια ὄντα, ἢ στρώματα, ἢ τἄλλα ἔτι

ditissimus. Qui vero, inquit, non sit is ditissimus, cui sit ager ita latus, ut dare facultatem possit, si quis agriculturam longe lateque velit exercere: isque talis, qualis alius in tota Graecia non ita facile reperiri posset: cuique alia, quae ad divitias pertinent, sint separatim, mancipia, equi, aurum, & argentum? Hunc ego videns eo adductum iam esse, ut plura de hominis opibus dicturus videretur, ita rogavi: Quid, Erasistrate? homo ille qualis tandem esse in Sicilia videtur? Siculorum, inquit, omnium & Italorum tanto nequissimus videtur esse, & est, quanto est & ditissimus: usque adeo, ut, si quem Siculorum roges, quemnam nequissimum & ditissimum esse censeat, nemo alium, atque illum, esse dicat. Hunc ego arbitratus non parvis de rebus verba facere, sed de his, quae maximae videntur, virtute, & divitiis, quaesivi, utrum existimaret ditiorem esse hominem, cui duo sint argenti talenta, an cui sit ager, qui duobus talentis aestimetur. Cui sit ager, inquit, existimo. Hac igitur, inquam ego, ratione, si cui sint

πλέονος ἄξια ἢ ὅσου τῷ ξένῳ, οὗτος ἂν εἴη πλουσιώτερος. Συνέφη καὶ ταῦτα. Εἰ δέ τις σοὶ διδοίη αἵρεσιν τούτοιν, πότερον ἂν βούλοιο; Ἐγὼ μὲν ἄν, ἔφη, τὸ πλείονος ἄξιον. Ποτέρως c. ἂν οἰόμενος πλουσιώτερος εἶναι; Οὕτω. Νυνὶ μὲν ἄρα φαίνεται οὗτος ἡμῖν ὢν πλουσιώτατος, ὅστις πλείονος ἄξια κέκτηται. Ναὶ, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, οἱ ὑγιαίνοντες τῶν καμνόντων πλουσιώτεροι ἂν εἶησαν, εἴπερ ἡ ὑγίεια πλείονος ἄξιον κτῆμα ἢ τὰ τοῦ κάμνοντος χρήματα. οὐδεὶς γὰρ ἂν οὖν ὅστις οὐχὶ προτιμήσειεν ὑγιαίνειν, ὀλίγον κεκτημένος ἀργύριον, μᾶλλον ἢ τὰ βασιλέως τοῦ μεγάλου χρήματα κεκτημένος d. νοσεῖν· δῆλον ὅτι πλείονος ἄξιον οἰόμενος εἶναι τὴν ὑγίειαν. οὐ γὰρ ἄν ποτε προχρεῖτο, εἰ μὴ προτιμότερον ἡγεῖτο εἶναι τῶν χρημάτων. Οὐ γάρ. Οὐκοῦν καὶ εἴτι ἄλλο φαίνοιτο πλείονος ἄξιον τῆς ὑγιείας, ὁ τοῦτο κεκτημένος, οὗτος ἂν πλουσιώτατος εἴη. Ναί. Εἰ δὲ δή τις ἡμᾶς νυνὶ προσελθὼν ἔροιτο, Ὦ Σώκρατες καὶ Ἐρυξία καὶ Ἐρασίστρατε, ἔχοιτ' ἂν εἰπεῖν μοι τί ἐστὶν ἀνθρώπῳ πλείονος ἄξιον κτῆμα; ἆρά γε τοῦτο ὃ κτησάμενος e.

pallia, vel ſtragulae veſtes, vel alia, quae pluris ſint, quam quae illi ſunt peregrino, ſit & hic ditior. Iſta quoque eſt aſſenſus. Sed ſi tibi, inquam, aliquis horum daret optionem, utrum velles? Quod plurimi eſt, inquit. Utro te modo credens ditiorem fore? Hoc. Nunc utique nobis, ut quiſque, quae plurimi ſunt, poſſidet, ita ditiſſimus habendus videtur. Videtur, inquit. Sani igitur, inquam ego, aegris ſunt ditiores, ſi quidem ſanitas pluris eſt, quam ſint aegri pecuniae. Nullus eſt enim, qui non malit, parum quid argenti poſſidens, recte valere, quam regis magni pecunias habens, aegrotare: manifeſto videlicet indicans, ſanitatem ſibi pluris aeſtimari. Neque enim praeponeret, niſi maioris eſſe illam pretii, quam pecunias, exiſtimaret. Non ſane quidem. Si vero conſtet aliud quippiam eſſe, quod pluris ſit, quam ſanitas, iſne, qui id ipſum poſſideat, ſit ditiſſimus? Sit ſane. Sed ſi iam nunc aliquis huc accedens, nos roget: o Socrates, Eryxia, & Eraſiſtrate, poteſtis mihi dicere, quid ſit homini plurimi? an id eſt, cuius poſſeſſor

ἄνθρωπος ἄριστα βουλεύοιτο περὶ τούτου, ὅπως ἂν βέλτιστα λίαν πράττοι τά τε αὐτὸς αὑτοῦ πράγματα καὶ τὰ τῶν φίλων; τί ἂν εἶναι τοῦτο φήσαιμεν; Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, εὐδαιμονία πλείστου ἄξιον ἀνθρώπῳ εἶναι. Καὶ οὐ κακῶς γ', ἔφην ἐγώ· ἀλλ' ἆρά γε τούτους ἂν τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονεστάτους ἡγησαίμεθα εἶναι, οἵτινες μάλιστα εὖ πράττοιεν; Ἐμοὶ γοῦν δοκοῦσιν. Οὐκοῦν ἂν οὗτοι ἄριστα πράττοιεν, ὅσοιπερ καὶ ἐλάχιστα ἐξαμαρτάνοιεν περὶ σφᾶς αὐτοὺς καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, τὰ δὲ πλεῖστα κατορθοῖεν; Πάνυ γε. Οὐκοῦν οἱ ἐπιστάμενοι τὰ κακὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ, καὶ
p. ὅσα πρακτέα καὶ ὅσα μὴ, οὗτοι ἂν ὀρθότατα πράττοιεν, καὶ
394 a. ἐλάχιστα ἐξαμαρτάνοιεν; Συνεδόκει καὶ ταῦτα. Νῦν ἄρα ἡμῖν φαίνονται οἱ αὐτοὶ ἄνδρες, σοφώτατοί τε καὶ ἄριστα πράττοντες, καὶ εὐδαιμονέστατοι καὶ πλουσιώτατοι· εἴπερ ἄρα ἡ σοφία τοῦ πλείστου ἄξιον κτῆμα φαίνεται. Ναί. Ἀλλ', ἔφη ὑπολαβὼν ὁ Ἐρασίστρατος, ὦ Σώκρατες, τί ἂν ὄφελος εἴη τῷ ἀνθρώπῳ, εἰ σοφώτερος μὲν εἴη τοῦ Νέστορος, τὰ δ' ἐπιτήδεια
b. τὰ πρὸς τὴν δίαιταν μὴ τυγχάνοι ἔχων, σιτία καὶ ποτὰ,

optime deliberet, qua ratione commodiſſime & ſua ipſius, & amicorum negotia conficiat? quid hoc eſſe dicemus? Mihi quidem, o Socrates, homini felicitas eſſe plurimi videtur. Nec male quidem, inquam ego. ſed eoſne hominum feliciſſimos poſſumus exiſtimare, qui quam optime faciant? Poſſumus, meo quidem iudicio. Nonne igitur illi optime faciunt, qui minimum & in ſe ipſi, & in alios homines peccant, quique plurima recte gerunt? Maxime quidem. Qui mala igitur & bona ſciunt, & quae facienda, & quae non facienda ſunt, nonne ii poſſunt res rectiſſime gerere, & minimum peccare? Haec quoque conceſſit. Nunc omnino iam nobis iidem videntur eſſe & ſapientiſſimi viri, & qui optime faciunt, & feliciſſimi, & ditiſſimi: ſi quidem ſapientia eſſe plurimi videtur. Eſto, inquit, excipiens Eraſiſtratus: ſed quae utilitas homini ſit, o Socrates, ſi Neſtore quidem ſit ſapientior, quae vero ad vivendum ſunt neceſſaria, non habeat, cibos, potus, & veſtes, & ſi quid aliud

καὶ ἱμάτια, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν τοιούτων ἐστί; τί ἂν ἡ σοφία ὠφελοίη; ἢ πῶς ἂν οὗτος πλουσιώτατος εἴη, ὃν γε οὐδὲν κωλύει πτωχεύειν, μηδενός γ' εὐποροῦντα τῶν ἐπιτηδείων; Σφόδρα οὖν ἐδόκει καὶ οὗτος λέγειν τι. Ἀλλὰ πότερον, ἦν δ' ἐγὼ, ὁ μὲν τὴν σοφίαν κεκτημένος πάθοι ἂν τοῦτο, εἰ ἐνδεὴς γένοιτο τούτων; εἰ δέ τις τὴν Πουλυτίωνος οἰκίαν κεκτημένος εἴη, καὶ πλήρης εἴη χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἡ οἰκία, οὐκ ἂν δεηθείη οὐδενός; Ἀλλ', ἔφη, τοῦτον μὲν οὐδὲν κωλύει αὐτίκα νῦν διαθέμενον τὰ κτήματα, ἔχειν ἀντ' αὐτῶν τούτων, ὧνπερ καὶ τυγχάνει δεόμενος εἰς τὴν δίαιταν, ἢ καὶ νόμισμα ἀνθ' ὅτου ταῦτα δυνήσεται πορίζεσθαι, καὶ ἁπάντων εὐπορεῖν παραχρῆμα. Εἴ γε τυγχάνοιεν, ἔφην ἐγὼ, οἱ ὄντες ἄνθρωποι, δεόμενοι τοιαύτην σφίσιν οἰκίαν γενέσθαι μᾶλλον, ἢπερ τὴν ἐκείνου σοφίαν. ἐπεὶ εἶγε τοιοῦτοι εἴησαν οἷοι τὴν τοῦ ἀνθρώπου σοφίαν περὶ πλείονος ἡγεῖσθαι καὶ τὰ ἀπὸ ταύτης γιγνόμενα, πολὺ μᾶλλον οὗτος ἔχει διατίθεσθαι, εἴπερ τυγχάνει τι δεόμενος, καὶ βούλοιτο καὶ αὐτὴν καὶ τὰ ἔργα τὰ ἀπὸ ταύτης διατίθεσθαι. ἢ τῆς μὲν οἰκίας ἥτε χρῆσις πολλὴ τυγ-

c.

d.

est huiusmodi? quid hic sapientia prodesse possit? vel quonam ille pacto sit ditissimus, quem nihil mendicitate prohibeat, cuique nihil eorum, quae sunt necessaria, suppeditetur? Hic magnum quid dicere videbatur. Sed, inquam ego, numquid is, qui sapientiam teneat, si horum sit indigens, hoc, quod dicis, patiatur: si quis vero Pulytionis domum possideat, atque domus auri & argenti sit plena, rei nullius indigeat? At illum, inquit, nihil vetat quam primum ita quidem auctionari, ut pro his, quae possideat, vel ea ipsa, quibus ad victum sit opus, habeat: vel nummos, quibus eadem sibi possit comparare, atque adeo statim rebus omnibus abundare. Ita sit, inquam, si quidem contingat, ut sint homines, qui malint domum huiusmodi, quam sapientiam illius, habere. verum si sint ii, qui pluris viri sapientiam, & quae ab ea proficiscuntur, faciant, nae multo ille commodius poterit auctionari, si cuius rei indigebit, ob idque volet ipsam, & eius opera vendere. Num domus qui-

χάνει οὖσα καὶ ἀναγκαία, καὶ μεγάλα τῷ ἀνθρώπῳ τὰ διαφέροντα τὰ πρὸς τὸν βίον, ἐν τῇ τοιαύτῃ οἰκίᾳ οἰκεῖν μᾶλλον ἢ ἐν σμικρῷ καὶ φαύλῳ οἰκιδίῳ· τῆς δὲ σοφίας ἥτε χρεία
e. ὀλίγου ἀξία, καὶ τὰ διαφέροντα σμικρὰ, ἢ σοφῷ ἢ ἀμαθεῖ εἶναι περὶ τῶν μεγίστων; ἢ τούτου μὲν καταφρονεῖν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ μὴ εἶναι ὠνητάς· τῆς δὲ κυπαρίττου τῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ Πεντελίκων λίθων πολλοὺς τοὺς δεομένους τε καὶ βουλομένους πρίασθαι; οὐκοῦν ἂν εἴγε σοφὸς εἴη κυβερνήτης, οὐδὲ ἰατρὸς σοφὸς τὴν τέχνην, ἢ τιν' ἄλλην τῶν τοιουτοτρόπων τεχνῶν εὖ καὶ καλῶς δύναιτο μεταχειρίζεσθαι, οὐδενὸς ὅτου οὐκ ἂν ἐντιμότερος εἴη τῶν κατὰ τὰς οὐσίας μεγίστων κτημάτων· ὁ δὲ δυνάμενος εὖ βουλεύεσθαι καὶ αὐτὸς αὑτοῦ πέρι καὶ ἑτέρου, ὅπως ἂν ἄριστα πράττοι, οὐκ ἂν ἄρα δύναιτο διατίθεσθαι, εἴπερ βούλοιτό γε τοῦτο πράττειν; Ὑπο-
P. λαβὼν δὲ καὶ ὑποβλέψας ὁ Ἐρυξίας, ὥσπερ τι ἀδικούμενος,
395 Σὺ γὰρ ἂν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, εἰ δέοι σὲ ταληθῆ λέγειν, Φαίης
a. ἂν εἶναι Καλλίου τοῦ Ἱππονίκου πλουσιώτερος. καίτοι οὐκ ἂν

dem uſus cum multus eſt & neceſſarius, tum commoda, quae ad vitam pertinent, homini magna ſunt, ſi in tali domo potius, quam in parva & vili caſa, habitet: ſapientiae vero uſus haud ita magni ſit, & commoda parva videntur, ſive ſapiens, ſive imperitus rerum maximarum ſis, quod eam rem homines non modo nolint emere, ſed etiam contemnant; cupreſſum vero, quae domui ſit ornamento, & Pentelicos lapides multi quaſi egentes & optent, & libenter emant? Si quis igitur ſit peritus gubernator, ſive medicinam, vel aliam quampiam huiuſmodi artem, bene & pulchre poſſit pertractare, hic nulla ex his rebus, quae maximae in divitiis habentur, non erit pretioſior vendibiliorque: qui vero poſſit bene & ipſe de ſe, & de altero deliberare, & conſtituere, quonam pacto optima faciat, hoc ipſum, cum volet, vendere non poterit? Excipiens autem Eryxias, &, tanquam ſi iniuria affectus fuiſſet, iratus aſpiciens, Tu, inquit, o Socrates, ſi te verum dicere oporteat, te Callia Hipponici filio ditiorem eſſe diceres. At quamvis nulla in re e

ἀμαθέστερος ὁμολογήσαις ἂν εἶναι περὶ οὐδενὸς τῶν μεγίστων, ἀλλὰ σοφώτερος· καὶ οὐδὲν μᾶλλον διὰ τοῦτο πλουσιώτερος εἶ. Ἴσως γάρ, ἦν δ' ἐγὼ, σὺ οἴει, ὦ Ἐρυξία, τουτουσὶ μὲν τοὺς λόγους, οὓς νυνὶ διαλεγόμεθα, εἶναι παιδιάν· ἐπεὶ οὐκ ἀληθῶς γε οὕτως ἔχειν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ πεττείᾳ εἶναι πεττοὺς, οὓς εἴτις φέροιτο, δύναιτ' ἂν τοὺς ἀντιπαίζοντας ποιεῖν ἥττασθαι οὕτως ὥστε μὴ ἔχειν ὅ, τι πρὸς ταῦτα ἀντιφέρουσιν. ἴσως οὖν καὶ περὶ τῶν πλουσίων οἴει μὲν οὐδέν τι μᾶλλον οὕτως ἔχειν· λόγους δέ τινας εἶναι τοιούτους οὐδέν τι μᾶλλον ἀληθεῖς ἢ ψευδεῖς, οὓς λέγων ἄνθρωπος περιγίγνοιτ' ἂν τῶν ἀντιλεγόντων, ὡς οἱ σοφώτατοι καὶ πλουσιώτατοι ἡμῖν εἰσι· καὶ ταῦτα τοιαῦτα ψευδῆ λέγων, ἀληθῆ λεγόντων. καὶ οὐδὲν μὲν ἴσως θαυμαστόν· ὁμοίως ὥσπερ εἰ δύ' ἀνθρώπω περὶ γραμμάτων λεγοίτην, ὁ μὲν φάσκων τοῦ Σωκράτους ἄρχειν σίγμα, ὁ δ' ἕτερος, ἄλφα· οὗτος ἂν εἴη κρείττων ὁ λόγος ὁ τοῦ λέγοντος ἄλφα, ἢ τοῦ φάσκοντος τὸ σίγμα, ἀρχήν. Περιβλέψας δὲ πρὸς τοὺς παρόντας ὁ Ἐρυξίας,

b.

c.

maximis te rudiorem, ſed ſapientiorem, eſſe affirmares, ob id tamen nihilo eſſes ditior. Fortaſſe, inquam ego, exiſtimas, hoſce ſermones, quos nunc conferimus, iocoſos eſſe, quod non vere putes ita, ut dicuntur, habere; ſed potius talis quibuſdam perſimiles eſſe, quos qui ferat, facile poſſit colluſores ita vincere, ut illi amplius non habeant, quod ad eos obiicere poſſint. Fortaſſe, inquam, & tu de divitibus idem cenſes, rem quidem ita, ut dicitur, non habere; ſed ſermones quoſdam huiuſcemodi eſſe nihilo magis veros, quam falſos: quos qui dicat homo, adverſarios ita circumſcribat, ut perſuadeat, qui ſint ſapientiſſimi, eoſdem etiam nobis ditiſſimos eſſe; atque id ipſum, cum mentiatur ipſe, & illi vera dicant. Quin nihil forte mirum ſit, hoc perſimile eſſe, ac ſi duo de literis diſputent, atque alter quidem s, alter vero A, primam in Socrate literam eſſe contendat. utrius ſermo plus rationis habeat, eiuſne, qui A dicat, an illius, qui s principium eſſe velit? Tum vero ridens ſimul & erubeſcens Eryxias, & eos, qui aderant,

ἅμα γελῶν τε καὶ ἐρυθριῶν, ὥσπερ οὐ παρὼν τοῖς ἔμπροσθεν
λελεγμένοις, Ἐγὼ μὲν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐ τοιούτους
d. ὤμην δεῖν τοὺς λόγους εἶναι, οἷς μήτ' ἂν πεῖσαι δύναιτό τις
μηδένα τῶν παρόντων, μήτ' ἂν ὠφεληθείη μηδὲν ἀπ' αὐτῶν·
(τίς γὰρ ἂν ἀνθρώπων ποτὲ πεισθείη νοῦν ἔχων, ὡς οἱ σοφώ-
τατοι ἡμῖν πλουσιώτατοι;) ἀλλὰ μᾶλλον, ἐπειδὴ περὶ τοῦ
πλουτεῖν διαλέγεσθαι δεῖ, ὁπόθεν καλόν ἐςι πλουτεῖν, καὶ ὁπό-
θεν αἰσχρόν· καὶ αὐτὸ τὸ πλούσιον εἶναι ἄνθρωπον, τί ἐςι·
πότερον ἀγαθὸν, ἢ κακόν. Εἶεν, ἔφην ἐγώ· τοιγαροῦν τολοιπὸν
e. δὴ φυλαξόμεθα. καλῶς δὲ καὶ σὺ ποιεῖς παραινῶν. ἀλλὰ τί
οὐκ αὐτὸς, ἐπείπερ εἰσηγῇ τὸν λόγον, ἐπεχείρησας εἰπεῖν πό-
τερον σοὶ δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι τὸ πλουτεῖν, ἢ κακόν; ἐπειδή-
περ οἵγ' ἔμπροσθεν λόγοι οὐ περὶ τούτου δοκοῦσι σοὶ εἰρῆσθαι.
Ἐμοὶ μὲν τοίνυν δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι, ἔφη, τὸ πλουτεῖν. Ἔτι
δ' αὐτοῦ τι βουλομένου λέγειν, ὑποκρούσας ὁ Κριτίας, Σὺ
γὰρ εἰπέ μοι, ὦ Ἐρυξία, ἀγαθὸν ἡγῇ τὸ πλουτεῖν; Ἔγωγε,
νὴ Δία. ἢ γὰρ ἂν μαινοίμην. καὶ οὐδένα γε οἶμαι εἶναι ὅσ-

perinde quaſi ipſe his, quae dicta fuerant, non interfuiſſet, circumſpiciens, Ego, inquit, o Socrates, non arbitrabar oportere inter nos ſermones eos haberi, quos qui dicat, neque ſibi ipſe prodeſſe, neque cuiquam ex his, qui praeſentes ſint, perſuadere quippiam poſſit: cui enim mortalium unquam, qui modo ſapiat, perſuaderi poſſit, qui ſapientiſſimi ſint, eoſdem nobis ditiſſimos eſſe? ſed eos potius, quibus, quando de acquirendis divitiis diſſerimus, oſtendi poſſit, unde id honeſte fiat, & utrum ſit bonum, an malum. Sit ſane, inquam ego, ut dicis. Nos igitur poſthac cautius agemus. & mehercule tu bene facis, qui nos mones. Sed tu ipſe, qui novum inducis ſermonem, quique cenſes ea, quae prius dicta ſunt, nihil ad rem pertinere, cur ad dicendum non aggrederis, utrum acquirere divitias bonum, an malum eſſe videatur. Mihi quidem, inquit, acquirere divitias eſſe bonum videtur. Volentem illum adhuc neſcio quid dicere, ita Critias interpellans interrogavit: Dic mihi, Eryxia, tune divitias acquirere eſſe bonum exiſti-

τις ἂν οὐχ ὁμολογήσειε ταῦτα. Καὶ μὴν, ἔφη ὁ ἕτερος, καὶ ἐγὼ οἶμαι οὐδένα οὑτινα οὐκ ἂν ποιῆσαι ὁμολογεῖν ἐμοὶ, ἐνίοις ἀνθρώποις κακὸν εἶναι τὸ πλουτεῖν. οὐκ ἂν οὖν, εἴπερ ἀγα- p.
θὸν ἦν, κακὸν ἡμῶν ἐνίοις ἐφαίνετο. Εἶπον οὖν αὐτοῖν ὅτι 396
Ἐγώ τοι ὑμᾶς, εἰ μὲν ἐτυγχάνετε περὶ τούτου διαφερόμενοι, a.
ἑτέρους ὑμῶν ἀληθέστερα λέγει περὶ ἱππασίας, ὅπως ἄν τις ἄριστα ἱππεύοι· εἰ μὲν αὐτὸς ἐτύγχανον ἱππικὸς ὢν, αὐτὸς ἂν ὑμᾶς ἐπειρώμην παύειν τῆς διαφορᾶς· (ἠσχυνόμην γὰρ ἂν εἰ παρὼν μὴ καθ' ὅσον οἷόστ' ἦν ἐκώλυον διαφερομένους· ἢ εἰ περὶ ἑτέρου οὑτινοσοῦν διαφερόμενοι, μηδέν τι μᾶλλον ἐμέλ- b.
λετε, εἰ μὴ ὁμολογοῖτε τουτὶ, μᾶλλον ἐχθρὼ ἀντὶ φίλων ἀπαλλαγῆναι) νῦν δὲ, ἐπειδὴ τετυχήκατε περὶ τοιούτου πράγματος διαφερομένω, ᾧ ἀνάγκη προσχρῆσθαι παρ' ὅλον τὸν βίον, καὶ μεγάλα διαφέρει, πότερον ἐπιμελητέον ἐστὶ τούτου ὡς ὠφελίμου ὄντος, ἢ οὔ, καὶ ταῦτα, οὐ τῶν φαύλων, ἀλλὰ τῶν μεγίστων δοκούντων εἶναι τοῖς Ἕλλησιν· (οἱ γοῦν πατέρες τουτὶ πρῶτον τοῖς σφετέροις υἱέσι παραινοῦσιν, ἐπει-

mas? Insaniam profecto, inquit, si aliter existimem: quin opinor, neminem esse, qui non idem affirmet. Opinor ego quoque, inquit alter, neminem esse, quem inducere non possim, ut mecum sentiat, quibusdam hominibus malum esse, divitias acquirere. Quod si bonum prorsus esset, nunquam profecto malum esse aliquibus nostrûm manifesto appareret. Tunc ego illis dixi: Si quidem vos de hoc dissentiretis, uter vestrûm de studio equitandi veriora diceret, hoc est, quonam pacto quis optime equitet, atque ego huiusce rei peritus essem, rogarem vos, ut dissensioni finem imponeretis. Puderet enim me, nisi praesens pro mea virili vos a contentione prohiberem: vel si de alia quapiam re contendentes, inimici ex amicis facti essetis, abituri, nisi in eadem re consentiretis. Nunc vero, cum vos ea de re contendatis, qua tota in vita uti sit necesse, magnique referat, utrum res ea ut utilis, an ut inutilis, curanda sit: atque haec non parva illa quidem, sed omnium maxima Graecis esse videantur, quippe cum patres hoc primum filiis

δὰν εἰς τὴν ἡλικίαν τάχιστα ἀφίκωνται τοῦ ἤδη φρονεῖν, ὡς
c. δοκοῦσι, σκοπεῖν ὁπόθεν πλούσιοι ἔσονται· ὡς, ἂν μέν τι ἔχῃς, ἀξιός του εἶ· ἐὰν δὲ μή, οὐδενός.) εἰ οὖν σπουδάζεται μὲν οὕτωσὶ σφόδρα, ὑμεῖς δὲ τἄλλα συμφερομένω, περὶ τούτου οὕτωσὶ μεγάλου πράγματος διαφέρεσθε· ἔτι δ' αὖ πρὸς τούτοις περὶ τοῦ πλουτεῖν διαφέρεσθε· οὐχ ὁπότερον μέλαν ἢ λευκὸν, οὐδὲ ὁπότερον κοῦφον ἢ βαρὺ, ἀλλ' ὁπότερον κακὸν ἢ ἀγα-
d. θόν· ὡς ἂν μάλιστα καὶ εἰς ἔχθραν καταστῆναι, εἰ τῶν κακῶν τε καὶ ἀγαθῶν πέρι διαφέρεσθε· καὶ ταῦτα μέντοι, ταμάλιστα φίλω τε ὄντε καὶ συγγενέε· ἐγὼ οὖν, ὅσον ἂν ἐπ' ἐμοὶ ᾖ, οὐ περιόψομαι ὑμᾶς αὐτοὺς αὐτοῖς διαφερομένους· ἀλλ' εἰ μὲν αὐτὸς οἷόστ' ἦν, φράσας ἂν ὑμῖν ὅπως ἔχει, ἔπαυσα τῆς διαφορᾶς· νυνὶ δ' ἐπειδὴ αὐτὸς μὲν οὐ τυγχάνω οἷόστ' ὤν, ὑμῶν δ' ἑκάτερος οἴεται οἷόστ' εἶναι ὁμολογεῖν ποιῆσαι τὸν ἕτερον, ἕτοιμος εἰμὶ συλλαμβάνειν καθ' ὅσον ἂν δύνωμαι, ἵνα
e. διομολογηθῇ ὑμῖν ὅπως ἔχει τοῦτο. σὺ οὖν, ἔφη, ὦ Κριτία, ἐπιχείρει ποιῆσαι ἡμᾶς ὁμολογεῖν, ὥσπερ ὑπεδείξω. Ἀλλ',

mandent ſuis, ut, cum primum ad eam aetatem pervenerint, qua ſibi intelligere videantur, iam tum circumſpiciant, unde divites fieri poſſint: propterea quod ſi quid habes, viges; ſin nihil, iaces: cum haec, inquam, tam valde expetantur, vos vero, cetera quidem conſentientes, hac de re tam magna diſcrepetis, praetereaque de acquirendis divitiis diſſentiatis, neque quidem, utrum acquirere divitias nigrum ſit, an album, nec utrum leve ſit, an grave, ſed utrum malum ſit, an bonum; & quidem ita, ut inimicitias inter vos ſuſcepturi videamini, ſi perſeveretis de malis & bonis contendere, atque id ipſum, cum & amiciſſimi, & affines ſitis: ego igitur, quantum eſt in me, non negligerem, nec vos inter vos diſcordes eſſe permitterem, ſi ita poſſem dicere, quomodo res habet, ut vos a diſſenſione revocarem. Nunc vero, quando id ego ipſe praeſtare non poſſum, veſtrûmque uterque putat ſe poſſe alterum inducere, ut conſentiat, paratus ſum, quantum poſſim, opitulari, ut tandem inter vos, quo pacto res habet, conveniat. Tu igi-

ἔφη, ἐγὼ μὲν, ὥσπερ ἠρξάμην, Ἐρυξίαν τοῦτον ἡδέως ἐροίμην ἂν εἰ δοκοῦσιν αὐτῷ εἶναι ἄνθρωποι δίκαιοι καὶ ἄδικοι. Νὴ Δία, ἔφη ἐκεῖνος, καὶ σφόδρα μέντοι. Τί δέ; τὸ ἀδικεῖν, πότερον κακὸν σοὶ δοκεῖ εἶναι, ἢ ἀγαθόν; Κακὸν ἔμοιγε. Δοκοῖ δ' ἄν σοι ἄνθρωπος, εἰ μοιχεύει τὰς τῶν πέλας γυναῖκας ἐπ' ἀργυρίῳ, ἀδικεῖν ἄν, ἢ οὔ; καὶ ταῦτα μέντοι, καὶ τῆς πόλεως καὶ τῶν νόμων κωλυόντων; Ἀδικεῖν ἂν ἔμοιγε δοκοῖ. Οὐκοῦν, ἔφη, εἰ μὲν πλούσιος τυγχάνει ὢν καὶ ἀργύριον δυνατὸς ἀναλῶσαι ὁ ἀδικός τε ἄνθρωπος καὶ ὁ βουλόμενος, ἐξαμαρτάνοι ἄν· εἰ δέ γε μὴ ὑπάρχει πλουσίῳ εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ, οὐκ ἔχων ὁπόθεν ἀναλίσκοι, οὐδ' ἂν διαπράττεσθαι δύναιτο ἃ βούλεται· ὥστ' οὐκ ἂν οὐδὲ ἐξαμαρτάνοι. διὸ καὶ λυσιτελοῖ ἂν τῷ ἀνθρώπῳ μᾶλλον μὴ εἶναι πλουσίῳ, εἴπερ ἧττον διαπράξεται ἃ βούλεται· βούλεται δὲ μοχθηρά. καὶ πάλιν αὖ τὸ νοσεῖν, πότερον ἂν φαίης κακὸν ἢ ἀγαθὸν εἶναι; Κακὸν ἔγωγε. Τί δέ; δοκοῦσί τινες σοὶ ἀκρατεῖς ἄνθρωποι; Ἔμοιγε. Οὐκοῦν, εἰ βέλτιον εἴη πρὸς ὑγίειαν τούτῳ τῷ ἀν- p. 397 a. b.

tur, inquam, Critia, aggredere, ut es profeſſus, facere, ut conſentiamus. At libenter, inquit, hunc ego Eryxiam, quem admodum coepi, interrogarem, an ipſi homines iuſti & iniuſti eſſe videantur. Videntur ſane, inquit, & quidem valde. Quid autem iniuſte agere, utrum eſſe tibi malum, an bonum videtur? Malum. Homo, qui proximorum uxores argento corrumpat, & ſtupret, atque id ipſum contra mores civitatis & leges, iniuſtene tibi agere, an non, videtur? Iniuſte agere. Homo igitur, inquit, iniuſtus & cupidus, ſi dives ſit, & argentum poſſit impendere, facile peccat: ſin dives non ſit, nec habeat, unde impendat, haud ita facile poteſt, quae cupit, perficere, ob idque minus peccat. Unde fit, ut magis expediat homini, non eſſe divitem, ſiquidem minus efficiet, quae cupit, cum praeſertim flagitioſa cupiat. Aegrotare praeterea utrum malum, an bonum, eſſe diceres? Malum. Quid? videnturne homines quidam eſſe intemperantes? Videntur. Si melius igitur ſit huic huiuſmodi homini, valetudinis cauſa cibo, & potu,

ἀνθρώπῳ ἀπέχεσθαι σιτῶν καὶ ποτῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἡδέων δοκούντων εἶναι, ὁ δὲ μὴ οἷόστ' εἴη δι' ἀκράτειαν· βέλτιον ἂν εἴη τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ μὴ ὑπάρχειν ὁπόθεν ἐκποριεῖται ταῦτα, μᾶλλον ἢ πολλὴν περιουσίαν εἶναι τῶν ἐπιτηδείων; οὕτω γὰρ ἂν αὐτῷ οὐκ ἐξουσία εἴη ἐξαμαρτάνειν, οὐδ' εἰ σφόδρα βούλοιτο. Ἐδόκει οὖν εὖ καὶ καλῶς διειλέχθαι ὁ Κριc. τίας οὕτως, ὥστ' εἰ μὴ ἠσχύνετο παρόντας ὁ Ἐρυξίας, οὐδὲν αὐτὸν ἐκώλυεν ἀναςάντα τύπτειν τὸν Κριτίαν· οὕτως ᾠετο μεγάλου τινὸς ἐςερῆσθαι· ἐπεὶ αὐτῷ φανερὸν ἐγένετο ὅτι οὐκ ὀρθῶς τοπρότερον ἐδόξαζε περὶ τοῦ πλουτεῖν. καταμαθὼν δ' ἐγὼ οὕτως ἔχοντα τὸν Ἐρυξίαν, καὶ εὐλαβούμενος μὴ πορρωτέρω τὶς λοιδορία καὶ ἐναντίωσις γένοιτο, Τουτονὶ μὲν λόγον, ἔφην ἐγὼ, πρώην ἐν Λυκείῳ ἀνὴρ σοφὸς λέγων Πρόδιd. κος ὁ Κεῖος ἐδόκει τοῖς παροῦσι φλυαρεῖν οὕτως, ὥστε μηδένα δύνασθαι πεῖσαι τῶν παρόντων ὡς ἀληθῆ λέγοι. καὶ δῆτα καὶ μειράκιόν τι σφόδρα νέον προσελθὸν καὶ ςωμύλον, προσκαθιζόμενον, κατεγέλα τε καὶ ἐχλεύαζε, καὶ ἔσειεν αὐτὸν, βου-

ceteriſque rebus, quae ſuaves putantur, abſtinere, atque hic propter intemperantiam non poſſit; utilius omnino ſit huic, non eſſe, unde haec ſuppeditentur, quam magnam rerum neceſſariarum abundantiam eſſe: ſic enim ipſi nulla ſit facultas peccandi, neque ſi maxime velit. Sic igitur bene & pulchre differere Critias videbatur. quare Eryxias, niſi qui praeſentes erant, eſſet veritus, nulla re prohiberi potuiſſet, quin ſurgens Critiam verberaret: adeo ſe magna quadam re privatum exiſtimabat, poſtquam manifeſto deprehendit, ſe prius de acquirendis divitiis non recte ſenſiſſe. Verum ego, cum Eryxiam ita eſſe affectum cognoviſſem, cavens, ne maior aliqua obiurgatio & contentio fieret, Hunc, inquam, ſermonem Prodicus Ceus vir ſapiens cum paulo ante in Lyceo haberet, his, qui aderant, ita viſus eſt nugari, ut nemo illorum induci potuerit, ut vera illum dicere crederet. Quin acceſſit ad eum quidam admodum adoleſcens & facetus: qui, cum prope ſediſſet, coepit illum deridere, & illudere, & mox etiam excitare,

λόμενον λόγον λαμβάνειν ὧν ἔλεγε· καὶ μέντοι καὶ πολὺ μᾶλλον εὐδοκίμησε παρὰ τοῖς ἀκροωμένοις, ἢπερ ὁ Πρόδικος. Ἆρ' οὖν, ἔφη ὁ Ἐρασίστρατος, ἔχοις ἂν ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι τὸν λόγον; Πάνυ μὲν οὖν, ἐὰν ἄρα ἀναμνησθῶ. ὡδὶ γάρ πως, ὡς e. ἐγῷμαι, εἶχεν. ἠρώτα γὰρ αὐτὸν τὸ μειράκιον πῶς οἴεται κακὸν εἶναι τὸ πλουτεῖν, καὶ ὅπως ἀγαθόν. ὁ δ' ὑπολαβών, Ὥσπερ καὶ σὺ νῦν δή, ἔφη, τοῖς μὲν καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων, ἀγαθόν· καὶ τοῖς ἐπισταμένοις ὅπου δεῖ χρῆσθαι τοῖς χρήμασι, τούτοις μὲν ἀγαθόν, τοῖς δὲ μοχθηροῖς καὶ ἀνεπιστήμοσι, κακόν. ἔχει δ', ἔφη, καὶ τἆλλα πράγματα οὕτω πάντα. ὁποῖοι γὰρ ἂν τινὲς ὦσιν οἱ χρώμενοι, τοιαῦτα καὶ τὰ πράγματα αὐτοῖς ἀνάγκη εἶναι. καλῶς δ', ἔφη, δοκεῖ μοι καὶ τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου πεποιῆσθαι, Καὶ φρονεῦσι τοῖα ὁκοίοις ἐσκυρέωσιν ἐρύμασι. Νῦν ἄρ', ἔφη τὸ μειράκιον, εἴτις ἐμὲ σοφὸν ποιοῖ ταύτην τὴν σοφίαν ἣν οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες σοφοί p. εἰσιν, ἅμα ἀνάγκη καὶ τὰ ἄλλα πράγματ' αὐτὸν ἀγαθὰ 398 ἐμοὶ ποιεῖν, πρὸς μὲν αὐτὰ ἐκεῖνα μηδὲν πραγματευσάμενον, a.

volens ab eo rationem eorum, quae dicebat, accipere: qua quidem in re multo plus laudis ille, quam Prodicus, ab auditoribus est consecutus. An eum nobis sermonem, inquit Erasistratus, possis referre? Possim equidem, si memoria repetam. Iam res ita, ut arbitror, fuit. Illum adolescens interrogavit, quonam tandem modo divitias acquirere malum esse putaret, & bonum. Tunc ille respondens eodem, quo tu nunc, modo dixit, Honestis quidem viris & bonis, hisque, qui ubi nummis uti oporteat, sciunt, bonum esse: improbis vero, & his, qui nesciunt uti, malum. Res autem, inquit, etiam aliae se sic habent. Quales enim sunt, qui utuntur, tales etiam res ipsis sint necesse est. Praeclare vero, inquit, mihi Archilochus illud videtur ceciniisse: *Talia putantibus, quales arces tenent.* Nunc prorsus, inquit adolescens, si quis me sapientem ea sapientia faciat, qua viri boni sapientes sunt, necesse sit, ut ille mihi eodem tempore alias etiam res bonas tradat, in quibus tamen nihil habuerit negotii: propterea quod ita me ex insipiente sa-

ὅτι δέ με ἀντ' ἀμαθοῦς σοφὸν πεποίηκεν· ὥσπερ εἴτις ἐμὲ νυνὶ γραμματικὸν ποιήσειεν, ἀνάγκη αὐτὸν καὶ τἄλλα πράγματα γραμματικὰ ἐμοὶ ποιεῖν· καὶ εἰ μουσικὸν, μουσικά· ὥσπερ ὅταν ἀγαθὸν ἐμὲ ποιήσῃ, ἅμα ἀγαθὰ καὶ τὰ
b. πράγματα πεποιηκέναι μοι. Οὐ μέντοι ταῦτά γε ξυνέφη ὁ Πρόδικος· ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ὡμολόγει. Πότερον δὲ σοὶ δοκεῖ, ἔφη, ὥσπερ οἰκίαν ποιεῖ, ἀνθρώπου ἔργον εἶναι, οὕτω καὶ τὰ πράγματα ἀγαθὰ ποιεῖν; ἢ ἀνάγκη, ὁποῖα ἄττ' ἂν τὴν ἀρχὴν γένωνται, εἴτε κακὰ εἴτε ἀγαθὰ, τοιαῦτα διατελεῖν ὄντα αὐτά; Ὑποπτεύσας δὲ, μοὶ δοκεῖ, ὁ Πρόδικος, ᾗ ἔμελλεν ὁ λόγος χωρήσεσθαι αὐτῷ, σφόδρα πανούρ-
c. γως, ἵνα μὴ πάντων παρόντων ἐναντίον φαίνοιτο ἐξελεγχόμενος ὑπὸ τοῦ μειρακίου (μόνῳ μὲν γὰρ αὐτῷ τοῦτο παθεῖν, οὐδὲν ὤετο) διαφέρειν ἔφη ἀνθρώπου ἔργον εἶναι. Πότερον δὲ σοὶ, ἔφη, δοκεῖ εἶναι διδακτὸν ἡ ἀρετὴ, ἢ ἔμφυτον; Διδακτὸν, ἔφη, ἔμοιγε. Οὐκοῦν, ἔφη, ἂν δοκῇ σοι ἠλίθιος εἶναι εἴτις οἴοιτο, τοῖς θεοῖς εὐχόμενος, γραμματικὸς ἂν γενέσθαι, ἢ μουσικὸς, ἢ ἑτέραν τινὰ ἐπιςήμην λαβεῖν; ἢ ἀνάγκη μα-

pientem fecerit, ut ſi quis me nunc grammaticum faceret, neceſſe eſſet, ut ille me ſimul res grammaticas doceret, & ſi muſicum, muſicas: atque etiam ſi quis me bonum fecerit, res mihi bonas una compararit, neceſſe eſt. In his quidem non conſentiebat Prodicus: ſed ſuperiora illa affirmabat. Quare dixit ille: Utrum tibi, quemadmodum facere domum, hominis eſt opus, ſic facere res bonas eſſe videtur? an neceſſe eſt, qualia quaeque ab initio ſint, talia perpetuo manere? Sed Prodicus, callide, ut mihi videtur, ſuſpicatus, quo ſibi ſermo caſurus eſſet, ne coram omnibus, qui intererant, refutatus videretur, (nam ſi ſolus ipſe id pateretur, nihil putaſſet) multum abeſſe reſpondit, ut hoc ſit hominis opus. Utrum vero, inquit, tibi virtus tradi doctrina poſſe, an eſſe innata hominibus, videtur? Doctrina tradi. Nonne igitur, inquit, is tibi ſtultus eſſe videatur, qui Diis ſupplicans, putet ſe grammaticum vel muſicum fieri poſſe, vel aliam quampiam ſcientiam adipiſci, cum

δόντα παρ' ἑτέρου, ἢ αὐτὸν ἐξευρόντα κτήσασθαι; Συνέφη καὶ ταῦτα. Οὐκοῦν, ἔφη τὸ μειρακιον, σὺ, ὦ Πρόδικε, ὅταν d. εὔχῃ τοῖς θεοῖς εὖ πράττειν καὶ ἀγαθὰ σοὶ εἶναι, τότε οὐδὲν ἕτερον εὔχῃ ἢ καλὸς κἀγαθὸς γενέσθαι; εἶπερ τοῖς μὲν καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰ πράγματα τυγχάνει ἀγαθὰ ὄντα, τοῖς δὲ φαύλοις μοχθηρά. εἶπερ οὖν τυγχάνει ἡ ἀρετὴ διδακτὸς οὖσα, οὐδὲν ἕτερον φαίνοιο ἂν εὐχόμενος ἢ διδαχθῆναι ἃ οὐκ ἐπίστασαι. Εἶπον οὖν ἐγὼ πρὸς τὸν Πρόδικον ὅτι μοὶ δοκεῖ οὐχὶ φαῦλον πρᾶγμα πεπονθέναι, εἰ τυγ- e. χάνει τούτου διημαρτηκὼς, εἰ οἴεται ἡμῖν παρὰ τῶν θεῶν ἃ εὐχόμεθα, γενέσθαι ἂν καὶ ἅμα. εἰ καὶ ἑκάστοτε σπουδῇ βαδίζων εἰς πόλιν, προσευχόμενος αἰτεῖς παρὰ τῶν θεῶν δοῦναί σοι ἀγαθά· οὐ μέντοι οἶσθα εἰ οἷοί τε σοὶ ἐκεῖνοι ταῦτα δοῦναι ἃ σὺ τυγχάνεις αἰτούμενος· ὥσπερ ἂν εἰ πρὸς τὰς τοῦ γραμματιστοῦ θοίτῶν θύρας, ἀντιβολοίης δοῦναι σοὶ γραμματικὴν ἐπιστήμην, μηδὲν ἄλλο πραγματευσαμένῳ, ἀλλὰ ἥντινα λαβὼν παραχρῆμα καὶ δυνήσῃ πράττειν τὰ τοῦ γραμματιστοῦ ἔργα. Ταῦτα ἐμοῦ λέγοντος, ὁ Πρόδικος ἀντανήγετο πρὸς τὸ

necesse sit, vel ab alio discentem, vel per se invenientem, acquirere? Assensit adolescens: ac mox inquit, Tu, Prodice, quando Diis, ut tibi bene agere liceat, utque tibi bona sint, supplicas, tunc nihil aliud petis, quam ut honestus bonusque fias: si quidem res honestis viris & bonis sunt bonae, improbis vero malae. Quare, si quidem virtus acquiri potest, nihil aliud videris orare, quam ut, quae nescias, docearis. Tunc ego dixi Prodico, videri ipsum non parvum facinus committere, si hac in re offenderet, si, quae petimus a Diis, simul fieri nobis putaret. Nam etsi, inquam, saepe in urbem festinanter veniens, vota facis, & a Diis, ut tibi bona dent, petis; haud nosti tamen, an illi, quae tu petis, dare possint: quemadmodum, si ad Grammatici ianuam proficiscens, roges, ut tibi Grammaticam scientiam tradat, cum nihil in ea re prius elaboraris, sed velis, illam statim discens, posse, quae sunt Grammatici, praestare. Haec cum dixissem, Prodicus in

μειράκιον, ὡς ἀμυνούμενος, καὶ ἐπιδείξων ταῦτα ἅπερ σὺ νῦν
p. δή· ἀγανακτῶν εἰ φαίνοιτο μάτην τοῖς θεοῖς εὐχόμενος. εἶ-
399 τα προσελθὼν ὁ γυμνασίαρχος ἀπαλλάττεσθαι αὐτὸν ἐκ τοῦ
a. γυμνασίου ἐκέλευεν, ὡς οὐκ ἐπιτήδεια τοῖς νέοις διαλεγό-
μενον· εἰ δὲ μὴ ἐπιτήδεια, δηλονότι μοχθηρά. Τούτου δή σοι
ἕνεκα ταῦτα διῆλθον, ἵνα θεάσαιο ὡς ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι
πρὸς τὴν φιλοσοφίαν. εἰ μέν γε Πρόδικος παρῆν λέγων ταῦ-
τα, μαίνεσθαι τοῖς παροῦσιν ἐδόκει ἂν οὕτως, ὥστε καὶ ἐκ-
b. βληθῆναι ἐκ τοῦ γυμνασίου· σὺ δὲ νυνὶ οὕτω σφόδρα δοκεῖς εὖ
διειλέχθαι, ὥστε οὐ μόνον τοὺς παρόντας πεῖσαι, ἀλλὰ καὶ
τὸν ἀντιλέγοντα ποιῆσαι ὁμολογεῖν σοι δηλονότι. ὥσπερ ἐν
τοῖς δικαστηρίοις, εἰ δύο ἄνθρωποι τύχοιεν τὴν αὐτὴν μαρτυ-
ρίαν μαρτυροῦντες, ὁ μὲν, καλὸς κἀγαθὸς δοκῶν εἶναι, ὁ δὲ,
μοχθηρός· διὰ τὴν τοῦ μοχθηροῦ μαρτυρίαν οὐδὲν ἄν τι μᾶλ-
λον οἱ δικασταὶ πεισθείησαν, ἀλλὰ τυχὸν καὶ τἀναντία ποιή-
σειαν· εἰ δ' ὁ καλὸς κἀγαθὸς δοκῶν ταῦτα φήσειε, καὶ σφό-
c. δρα ἂν δοκοῖ ταῦτα ἀληθῆ εἶναι. ἴσως οὖν καὶ οἱ παρόντες

adoleſcentem eſt invectus, ut illum ulciſceretur, eadem, quae tu nunc, demonſtrans, atque aegre ferens, vanum videri, quod dixerat, Diis ſupplicandum eſſe. Atque interea gymnaſio praefectus accedens, e gymnaſio illum abire iuſſit, tanquam ea, quae non eſſent adoleſcentibus commoda, & ſi non commoda, incommoda videlicet, diſputaret. Haec iam tibi ea cauſa percurri, ut cognoſcas, quemadmodum homines erga philoſophiam ſint animati: ſiquidem Prodicus haec dicens, his, qui aderant, ita viſus eſt inſanire, ut ex gymnaſio ſit eiectus. tu vero contra nunc ita bene videris diſputare, ut non ſolum his, qui praeſentes ſunt, perſuadeas; ſed adverſarium etiam tuum inducas, ut tecum ſentiat. Ut in foro, ſi duo homines eadem de re teſtimonium dicant, quorum alter honeſtus & probus, alter vero improbus eſſe videatur, haud ſane quidem iudices teſtimonio improbi moveantur, ſed quidvis potius, & contrarium faciant: quod ſi is, qui honeſtus & probus videtur, haec dicat, eſſe etiam veriſſima credant. Eo igitur for-

τοιοῦτόν τι πεπόνθασι πρός σε καὶ Πρόδικον· τὸν μὲν, σοφιστὴν καὶ ἀλαζόνα ἡγοῦντο εἶναι· σὲ δὲ, πολιτικόν τε καὶ ἄνδρα καὶ πολλοῦ ἄξιον. εἶτα οἴονται δεῖν μὴ αὐτὸν τὸν λόγον θεωρεῖν, ἀλλὰ τοὺς λέγοντας, ὁποῖοί τινες ἂν ὦσιν. Ἀλλὰ μέντοι, ἔφη ὁ Ἐρασίστρατος, ὦ Σώκρατες, εἰ καὶ σκώπτων λέγεις, ὀκνεῖσθαι ἔμοιγε δοκεῖ ὁ Κριτίας λέγων τι. Ἀλλὰ μὰ Δί', ἦν δ' ἐγὼ, οὐδ' ὁπωστιοῦν. ἀλλὰ τί, ἐπεὶ ταῦτα εὖ καὶ καλῶς διείλεχθον, οὐ καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου ἐπετελεσάτην; δοκεῖ δέ μοι, ὑμῖν ἐπίλοιπόν τι εἶναι τῆς σκέψεως. ἐπειδὴ τοῦτό γε ἐδόκει ὁμολογεῖσθαι, τοῖς μὲν ἀγαθὸν εἶναι, τοῖς δὲ κακὸν, λοιπὸν δὴ σκέψασθαι τί ἐστιν αὐτὸ τὸ πλουτεῖν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο πρῶτον εἴσεσθε, οὐδ' ἂν ὁπότερον κακόν ἐστιν ἢ ἀγαθὸν, δύναισθε συνομολογῆσαι. ἕτοιμος δ' ὑμῖν καὶ ἐγὼ, καθ' ὅσον οἷόσ' ἂν ὦ, συνδιασκοπεῖσθαι. Φρασάτω οὖν ἡμῖν ὁ Φάσκων τὸ πλουτεῖν ἀγαθὸν εἶναι, τούτου πέρι ὅπως τυγχάνει ἔχων. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐδέν τι περιτ- d. e.

tasse modo, qui praesentes fuerunt, erga te & Prodicum sunt affecti: atque illum quidem Sophistam, & nimium sibi arrogantem, te vero politicum, & virum magni faciendum existimarunt. Unde postea putant, non qualis sit oratio, sed quales sint, qui eam dicunt, spectari oportere. Etsi, inquit Erasistratus, cavillaris, o Socrates, mihi tamen Critias aliquid dicere videtur. Haud mehercle, inquam ego, cavillor. Sed cur vos usque ad haec bene & pulchre differendo perveniistis, & reliqua sermonis non perfeciistis? Nam mihi videtur aliquid vobis adhuc supereſſe considerandum. Postquam enim concessum est, divitias acquirere quibusdam bonum esse, quibusdam vero malum, reliquum est, ut, quid ipsum sit, consideretur. Nisi enim hoc primum noveritis, nunquam de eo, utrum malum sit, an bonum, consentire poterit. Ego vero, quantum quidem possim, paratus sum rem vobiscum simul expendere. Quamobrem dicat is nobis, qui divitias acquirere esse bonum existimat, quomodo id ipsum habeat. At ego, inquit, o Socrates, hac de re nihil inauditum, nihil

τότερον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τὸ πλουτεῖν λέγω εἶναι· τὸ γὰρ χρήματα πολλὰ κεκτῆσθαι, τοῦτο εἶναι τὸ πλουτεῖν· οἶμαι δὲ καὶ Κριτίαν τοῦτον οὐχ ἕτερον τὸ πλουτεῖν οἴεσθαι εἶναι. Ἔτι μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, κἂν οὕτως ὑπόλοιπον εἴη σκέψασθαι ὁποῖά ἐστι χρήματα, ἵνα μὴ ὀλίγον ὕστερον περὶ τούτου αὖ πάλιν φανῆσθον διαφερομένω. αὐτίκα γὰρ οὗτοι Καρχηδόνιοι
p. νομίσματι χρῶνται τοιῷδε· ἐν δερματίῳ μικρῷ ἀποδέδεται
400 ὅσον τε σατῆρος τὸ μέγεθος μάλιστα· ὅ, τι δέ ἐστι τὸ ἐναποδε-
a. δεμένον, οὐδεὶς γινώσκει, εἰ μὴ οἱ ποιοῦντες· εἶτα κατεσφραγισμένῳ τούτῳ νομίζουσι. καὶ ὁ πλεῖστα τοιαῦτα κεκτημένος, οὗτος πλεῖστα δοκεῖ χρήματα κεκτῆσθαι, καὶ πλουσιώτατος εἶναι. εἰ δέ τις παρ' ἡμῖν πλεῖστα τοιαῦτα κεκτημένος εἴη, οὐδὲν ἂν μᾶλλον πλούσιος εἴη, ἢ εἰ ψήφους πολλὰς τῶν ἐκ τοῦ
b. ὄρους ἔχοι. ἐν δὲ Λακεδαίμονι σιδηρῷ σταθμῷ νομίζουσι, καὶ ταῦτα μέντοι τῷ ἀχρείῳ τοῦ σιδήρου· καὶ ὁ πολὺν σταθμὸν σιδήρου τοῦ τοιούτου κεκτημένος, πλούσιος δοκεῖ εἶναι, ἑτέρωθι δ' οὐδενὸς ἄξιον τὸ κτῆμα. ἐν δὲ τῇ Αἰθιοπίᾳ λίθοις ἐγ-

ceteris hominibus novum proferam. Pecunias enim multas poſſidere, hoc eſſe divitem dico: nec puto, Critiam eum eſſe, qui divitias acquirere aliud eſſe arbitretur. Ex hac quidem ratione, inquam ego, reſtat adhuc, ut animadvertatur, quales ſint pecuniae, ne paulo poſt iterum hac de re diſſentiatis. Nam vobis quamprimum diverſae videbuntur, cum nummo huiuſmodi Carthaginienſes utantur: In pellicula neſcio quid eſt ligatum, idque tantum, quanta eſt vel maximi ſtateris amplitudo: id vero, quod illigatum eſt, nemo, praeter eos, qui faciunt, novit. eo deinde ita ſepto utuntur: & qui plurimos ex his nummos habeat, hic plurimas etiam pecunias habere, & eſſe ditiſſimus videtur. Sed ſi quis apud nos plurimos huiuſcemodi nummos poſſideat, nihilo magis ſit dives, quam ſi multos calculos ex his, qui ſunt in montibus, habeat. Lacedaemonii vero nummo ex eo ferro, quod inutile ſit, utuntur: & qui magnum pondus huiuſmodi ferri poſſideat, is eſſe dives videtur: quae res alibi nullius ſit pretii. In Æthiopia

γεγλυμμένοις χρῶνται, οἷς οὐδὲν ἂν ἔχοι χρήσασθαι Λακωνικὸς ἀνήρ. ἐν δὲ Σκύθαις τοῖς Νομάσιν εἴτις τὴν Πουλυτίωνος οἰκίαν κεκτημένος εἴη, οὐδὲν ἂν πλουσιώτερος δοκοῖ εἶναι, ἢ εἰ παρ' ἡμῖν τὸν Λυκαβηττόν. δῆλον οὖν ὅτι οὐκ ἂν εἴη ἕκαστά γε τούτων κτήματα, εἴπερ ἔνιοι τῶν κεκτημένων c.
μηδὲν διὰ τοῦτο πλουσιώτεροι φαίνονται. ἀλλ' ἔστιν, ἔφην, ἕκαστα τούτων ὄντα, τοῖς μὲν, χρήματά τε, καὶ πλούσιοι οἱ ταῦτα κεκτημένοι· τοῖς δὲ, οὔτε χρήματα, οὔτε πλουσιώτεροι διὰ τοῦτο. ὥσπερ γε οὐδὲ καλά τε καὶ αἰσχρὰ πᾶσι τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ἕτερα ἑτέροις. εἰ δὲ βουλοίμεθα ἐπισκέψασθαι τί δήποτε τοῖς μὲν Σκύθαις αἱ οἰκίαι οὐ χρήματά εἰσιν, ἡμῖν δὲ· ἢ τοῖς Καρχηδονίοις μὲν τὰ δέρματα, ἡμῖν δ' οὔ· ἢ τοῖς d.
Λακεδαιμονίοις ὁ σίδηρος χρήματα, ἡμῖν δ' οὔ· ἆρ' ἂν οὕτωσὶ μάλιστα ἐξεύροιμεν; αὐτίκα, εἴτις Ἀθήνῃσι τούτων τῶν λίθων τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ, οἷς οὐδὲν χρώμεθα, κεκτημένος εἴη χίλια τάλαντα σταθμὸν, ἔστιν ὅ, τι ἂν πλουσιώτερος νομίζοιτο

autem lapidibus inſculptis utuntur, quibus nulla in re vir Laconicus uti poſſet. Verum apud Scythas, qui Nomades dicuntur, ſi quis Pulytionis habeat domum, nihilo ditior eſſe videatur, quam ſi apud nos Lycabettum poſſideat. Hinc planum fit, horum ſingula inter opes non eſſe numeranda, ſiquidem conſtat, quoſdam ex his, qui poſſideant, nihilo propter hoc ditiores eſſe. verum, inquam, horum ſingula quibuſdam quidem ſunt pecuniae, & ii, qui haec tenent, divites; quibuſdam vero neque pecuniae, neque ii, qui poſſident, propter hoc ditiores: ut neque honeſta, neque turpia, ſunt omnibus eadem, ſed aliis alia. Quod ſi velimus inquirere, quid ſit tandem, quamobrem Scythis domus, quae nobis pretioſae ſunt, inter divitias non cenſeantur: & nobis contra vilius aeſtimentur vel pelles, quae Carthaginienſibus ſunt pecuniae, vel ferrum, quo pro nummo Lacedaemonii utuntur: nonne ita facile & ſtatim invenire poſſimus? Si quis Athenis eorum lapidum, qui ſunt in foro, quibuſque nullam ad rem utimur, mille pondo poſſideat, an is propter hoc re ulla ditior eſſe cenſeatur? Non

εἶναι διὰ τοῦτο; Οὐκ ἔμοιγε φαίνεται. Ἀλλ' εἰ τοῦ λυχνίτου λίθου κεκτημένος εἴη τὰ χίλια τάλαντα, καὶ σφόδρα πλούσιον
e. φαίημεν εἶναι ἄν; Πάνυ γε. Ἆρά γε, ἔφην, διὰ τοῦτο, ὅτι τὸ μὲν χρήσιμον, τὸ δ' ἀχρεῖον ἡμῖν ἐστι; Ναί. Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς Σκύθαις τούτου ἕνεκα αὐτοῖς οἰκίαι οὐ χρήματά ἐστιν, ὅτι οὐδεμία αὐτοῖς χρεία οἰκίας ἐστίν· οὐδ' ἂν προτιμήσειε Σκύθης ἀνὴρ οἰκίαν αὐτῷ τὴν καλλίστην εἶναι μᾶλλον ἢπερ σισύραν δερματίνην· ὅτι τὸ μὲν χρήσιμον, τὸ δ' ἀχρεῖον αὐτῷ ἐστιν. οὕτως οὖ ἡμῖν τὸ Καρχηδόνιον νόμισμα οὐκ οἰόμεθα χρήματα εἶναι· οὐ γάρ ἐστιν ὅ, τι ἂν αὐτοῦ ἐκκομισαίμεθα ὅσων δεόμεθα, ὥσπερ τῷ ἀργυρίῳ· ὥστ' ἀχρεῖον ἂν ἡμῖν εἴη. Εἰκός γε. Ὅσα μὲν ἄρα τυγχάνει χρήσιμα ὄντα ἡμῖν, ταῦτα χρήματα· ὅσα δ' ἀχρεῖα, ταῦτα δ' οὐ χρήματα. Πῶς
P. οὖν, ἔφη ὁ Ἐρυξίας ὑπολαβών, ὦ Σώκρατες; ἤ ἐστιν ὅ, τι
401 a. χρώμεθα πρὸς ἀλλήλους τῷ διαλέγεσθαι, καὶ τῷ βλάπτειν, καὶ ἑτέροις πολλοῖς; ἆρα ἡμῖν ταῦτ' ἂν εἴη τὰ χρήματα; καὶ

mihi quidem videtur. Sed si lapidis Lychnitae mille pondo haberet, eum vel ditissimum esse diceremus. Prorsus. Propter hoc utique, inquam, quod hic utilis, illi vero nobis inutiles sint. Sane. Nam Scythis quoque ob id domus inter opes non habentur, quod nulla illis in domo sit utilitas: nec sane quidem vir Scytha pluris domum pulcherrimam, quam vestem ex caprinis pellibus, quae *σισύρα* dicitur, aestimaret; quippe quod in hac sibi multum, in illa nihil utilitatis inesse putet. Nec nos quidem Carthaginiensem nummum in pecuniis reponimus. neque enim nos illo, ut argento, ea, quibus indigemus, importare, aut exportare possumus: quare nobis inutilis sit, necesse est. Simile vero. Res quidem igitur, quaecunque nobis usui sunt, pecuniae sunt dicendae, ad usus vitae necessarios comparatae: quaecunque vero contra usui non sunt, haud sane pecuniae sunt vocandae. Qui fieri hoc potest, o Socrates? inquit Eryxias excipiens. nonne interdum nos disputatione & offensione, multisque aliis huiusmodi rebus, inter nos utimur? an hae quoque (nam manifesto usui es-

μὴν χρήσιμά γε φαίνεται ὄντα. οὐκ αὖ οὐδ' οὕτως ἐφαίνετο ἡμῖν ὅ, τι ποτ' ἐστὶ τὰ χρήματα. ὅτι μὲν γὰρ ἀνάγκη χρήσιμα εἶναι, ἐάνπερ μέλλῃ χρήματα ἔσεσθαι, τοῦτο μὲν ἐκ πάντων ὡμολογεῖτο σχεδόν γε· ἀλλὰ ποῖα δὴ τῶν χρημάτων; ἐπειδή γε οὐ πάντα. φέρε δὴ, εἰ πάλιν ὧδε μετίοιμεν, ἆρα μᾶλλόν τι εὑρεθείη ὃ ζητοῦμεν, τί ποτ' ἐστὶν ὃ χρώμεθα b.
χρήμασι, καὶ πρὸς τί εὕρηται ἡ τῶν χρημάτων κτῆσις, ὥσπερ τὰ φάρμακα πρὸς τὸ τὰς νόσους ἀπαλλάττειν; ἴσως γὰρ ἂν ἡμῖν οὕτω μᾶλλον φανερὸν γένοιτο. ἐπειδὴ ἀναγκαῖον μὲν φαίνεται, ὅσαπερ τυγχάνει χρήματα ὄντα, ταῦτα καὶ χρήσιμα εἶναι· τῶν δὲ χρησίμων γένος τι ὃ καλοῦμεν χρήματα· λοιπὸν ἂν εἴη σκέψασθαι, τὰ πρὸς τίνα χρείαν χρήσιμα χρῆσθαι, χρήματά ἐστι. πάντα μὲν γὰρ ἴσως χρήσιμα, ὅσά γε πρὸς τὴν ἐργασίαν χρώμεθα· ὥσπέρ γε πάντα μὲν τὰ ψυχὴν c.
ἔχοντα, ζῶα· τῶν δὲ ζώων γένος τι καλοῦμεν ἄνθρωπον. εἰ δή τις ἡμᾶς ἔροιτο, τίνος ἂν ἡμῖν ἐκποδὼν γενομένου, οὐδὲν

se videntur) sunt nobis pecuniae? Neque igitur, inquam, hac ratione nobis declaratum est, quae propriae sint pecuniae. Quod enim necesse sit, eas usui esse, si futurae sint pecuniae, hoc ex omnibus propemodum concessum: sed quae res ex his rebus, quibus utimur, pecuniae sint, quando non sunt omnes, nondum satis dictum. quare age, iam id primum videamus. An igitur facilius inveniri poterit, quod quaerimus, si rursus ita persequamur, perquiramusque, quid sit illud, ad quod pecuniis utimur, & ad quid inventa sit pecuniarum possessio, ut medicinae, ad morbos depellendos inventae? sic enim fortasse nobis res facilius manifesta fiet. Postquam igitur apparet necessarium esse, res quidem omnes, quae pecuniae sint, eas etiam usui esse; rerum vero, quae usui sunt, genus esse quoddam res eas, quas pecunias appellamus: videtur reliquum esse, ut perspiciamus, quanam potissimum in re usui sunt pecuniae. Omnes enim res, quibus ad aliquod opus utimur, aeque sunt usui: ut omnia, quae habent animam, sunt animalia: sed animalium quoddam genus hominem vocamus. Si quis

δεοίμεθα ἰατρικῆς, οὐδὲ τῶν ταύτης ἐργαλείων, ἔχοιμεν ἂν εἰπεῖν ὅτι εἰ αἱ νόσοι ἀπαλλαγείησαν ἐκ τῶν σωμάτων, καὶ μὴ γίγνοιντο παντάπασιν, ἢ γιγνόμεναι παραχρῆμα ἀπαλλάττοιντο. ἔστιν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ἡ ἰατρικὴ τῶν ἐπιτηδείων ἡ πρὸς τοῦτο χρησίμη, πρὸς τὸ νόσους ἀπαλλάττειν. εἰ δέ τις
d. ἡμᾶς πάλιν ἔροιτο, τίνος ἂν ἡμῖν ἀπαλλαγέντος, οὐδὲν δεοίμεθα χρημάτων, ἆρ' ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν; εἰ δὲ μή, πάλιν ἂδὶ σκοπώμεθα· φέρε, εἰ οἷόστ' εἴη ζῆν ἄνθρωπος ἄνευ σιτῶν καὶ ποτῶν, καὶ μὴ πεινῷ μηδὲ διψῷ, ἔσθ' ὅ, τι ἂν ἢ αὐτῶν τούτων δέοιτο, ἢ ἀργυρίου ἢ ἑτέρου τινὸς, ἵνα ταῦτα ἐκπορίζηται; Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ. Οὐκοῦν καὶ τἆλλα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον· εἰ μὴ δεοίμεθα πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ὧν
e. νῦν ἐνδεεῖς ἐσμεν, καὶ ἀλέας καὶ ψύχους ἐνίοτε, καὶ τῶν ἄλλων ὅσων τὸ σῶμα ἐνδεὲς γιγνόμενον προσδεῖται, ἄχρις' ἂν ἡμῖν εἴη τὰ καλούμενα χρήματα· εἰ μηδείς γε παντάπασι μηδενὸς δέοιτο τούτων, ὧν ἕνεκεν ἂν βουλοίμεθα χρήματα ἡμῖν εἶναι· ἵνα ἐξαρκοίμεθα πρὸς τὰς ἐπιθυμίας καὶ τὰς ἐν-

iam nos roget, quanam re a nobis remota, neque medicina, neque illius instrumentis indigeremus: possimus dicere, Si morbi e corporibus removerentur, & nunquam gignerentur omnino; vel si gignerentur quidem, sed statim tamen abirent. Est enim medicina, ut videtur, scientia, quae nobis ad depellendos morbos est usui. Sin iterum nos roget, qua re a nobis ablata, pecuniis non egeremus, an possimus dicere? Quod si dicere non possumus, rursus ita consideremus: Age, si possit homo sine cibo & potu ita vivere, ut nunquam esuriat, neque sitiat, interdumne vel his ipsis, vel argento, vel alia quapiam re indigeat, ut eos sibi comparet? Haud mihi sane videtur. Idem igitur, inquam, & in aliis rebus fieret, si ad corporis curam his rebus non egeremus, quibus nunc egentes sumus, & calore & frigore interdum, aliisque rebus, quibus corpus, cum gignatur egens, egeat necesse est. nam quae vocantur pecuniae, non essent nobis usui, si prorsus homo nullius earum rerum indigeret, quarum causa pecunias habere cupimus, ut

δείας τοῦ σώματος, ὧν ἂν ἐνδεώμεθα. εἰ δ' ἔστιν ἄρα πρὸς τοῦτο χρήσιμον ἡ τῶν χρημάτων κτῆσις, πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν τῶν ἐνδειῶν, εἰ γοῦν ἡμῖν τοῦτο ἐκ μέσου ἀναιρεθείη, οὐδὲν ἂν δεοίμεθα χρημάτων· ἴσως δ' ἂν οὐδ' εἴη παντάπασι χρήματα. Φαίνεται. Φαίνεται ἄρα ἡμῖν, ὡς ἔοικε, τὰ πρὸς ταύτην τὴν πραγματείαν χρήσιμα τῶν πραγμάτων, ταῦτα εἶναι χρήματα. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐτάραττέ γε αὐτὸν σφόδρα τὸ λογίδιον. Τί δὲ τὰ τοιάδε; πότερον ἂν φήσαιμεν οἷόν- P. 402 a.
τε εἶναι ταυτὸν πρᾶγμα πρὸς τὴν αὐτὴν ἐργασίαν τοτὲ μὲν χρήσιμον εἶναι, τοτὲ δὲ ἀχρεῖον; Οὐκ ἔγωγ' ἂν φαίην· ἀλλ' εἴτι δεοίμεθα τούτου πρὸς τὴν αὐτὴν ἐργασίαν, καὶ χρήσιμον μοὶ δοκεῖ εἶναι· εἰ δὲ μή, οὔ. Οὐκοῦν εἰ ἄνευ πυρὸς οἷοίτε εἴημεν ἀνδριάντα χαλκοῦν ἐργάσασθαι, οὐδὲν ἂν δεοίμεθα πυρὸς πρός γε τὴν τούτου ἐργασίαν· εἰ δὲ μὴ δεοίμεθα, οὐδ' ἂν χρήσιμον εἴη. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ τῶν ἄλλων. Φαίνεται. Οὐκοῦν ὅσων ἄνευ οἷόντε γίγνεσθαί τι, οὐδὲν ἂν τούτων h.
ἡμῖν οὐδὲ χρήσιμον φαίνοιτο πρός γε τοῦτο. Οὐ γάρ. Οὐκ-

corporis cupiditatibus & neceſſitatibus ea, quorum frequenter indigemus, ſuppeditare poſſimus. Sin eget homo, his utique pecuniarum poſſeſſio eſt uſui ad corporis curam, qui ſunt egentes. verum ſi hoc e medio, ut dicimus pelleretur, pecuniis non egeremus: atque etiam fortaſſe non eſſent omnino pecuniae. Apparet. Apparet quoque, ut videtur, res, quae ad idem negotium ſint utiles, eas nobis pecunias eſſe. At haec illum ratiuncula vehementer perturbavit. Quare ego: Quid? non dicere poſſumus, fieri poſſe, ut eadem res ad eandem actionem utilis modo, modo ſit inutilis? Non ego, inquit, dicerem: ſed ſi rei alicuius ad eandem actionem indigemus, ea mihi utilis videtur; ſi vero non indigemus, inutilis. Siquidem igitur, inquam, ſine igne poſſemus aeneam ſtatuam facere, nihil ignis ad eam faciendam indigeremus: & ſi nihil indigeremus, neque is eſſet utilis. atque eadem ratio de aliis quoque rebus dici poteſt. Conſtat. Nihil igitur eorum, ſine quibus aliquid fieri poteſt, ad id utile eſſe nobis videtur. Nihil. Si

οὖν εἴποτε φαινοίμεθα οἷοίτε ὄντες ἄνευ ἀργυρίου καὶ χρυσίου καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων (οἷς μὴ αὐτοῖς χρώμεθα πρὸς τὸ σῶμα, ὥσπερ σιτίοις καὶ ποτοῖς καὶ ἱματίοις καὶ στρώμασι καὶ οἰκίαις) παύειν τὰς τοῦ σώματος ἐνδείας, ὥστε μηκέτι δεῖσθαι, οὐκ ἂν ἡμῖν οὐδὲ χρήματα φαίνοιτο πρός γε τού-
c. του ἀργύριόν τε καὶ χρυσίον, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα· εἴπέρ ποτε καὶ ἄνευ τούτων οἷόντε γίνεσθαι. Οὐ γάρ. Οὐκ ἂν ἄρα οὐδὲ χρήματα ἡμῖν ταῦτα φανείη, εἰ μηδὲν χρήσιμα· ἀλλὰ ταῦτ' ἂν εἴη, οἷς τὰ χρήσιμα οἷοίτε ἐσμὲν ἐκπορίζεσθαι. Ὦ Σώκρατες, οὐκ ἂν ποτε δυναίμην τοῦτο πεισθῆναι, ὡς τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα οὐκ ἄρα χρήματα ἡμῖν ἐστιν. ἐκεῖνο μὲν γὰρ σφόδρα πέπεισμαι, ὡς τά γε ἡμῖν ἀχρεῖα ὄντα, οὐδὲ χρήματά ἐστι· καὶ ὅτι τῶν χρησιμωτάτων
d. ἐστὶ πρὸς τούτων χρήματα τὰ χρήσιμα· οὐ μὴν τοῦτό γε, ὡς ταῦτα οὐ χρήσιμα ἡμῖν τυγχάνει ὄντα πρὸς τὸν βίον, εἴπέρ γε τούτοις τὰ ἐπιτήδεια ἐκποριζοίμεθα. Φέρε δὴ, πῶς ἂν τὰ

nos igitur ſine argento, & auro, aliiſque huiuſmodi rebus, quibus ipſis ad corporis curam non ita, ut cibo, potu, veſtibus, ſtragulis & domibus utimur, poſſemus corporis cupiditates & neceſſitates ita ſedare, ut nullius rei amplius indigeret, neque argentum nobis, neque aurum, neque aliae res huiuſmodi, quod ad hoc pertinet, pecuniae viderentur, ſiquidem hoc ſine his fieri poſſet. Non viderentur. Haec utique, inquam, ſi non ſint uſui, pecuniae nobis videri non poſſunt: ſed illa pecuniae ſint neceſſe eſt, quibus ea, quae ſunt uſui, poſſumus comparare. Nunquam, inquit, o Socrates, adduci poſſem, ut crederem, aurum, & argentum, atque alia id genus, nobis pecunias non eſſe. illud quidem certe valde perſuaſum habeo, quae nobis inutilia ſint, ea nec pecunias; contraque, quae ſint utilia, in his pecuniis, quae maxime proſint, numerari oportere: at hoc mihi nunquam patiar perſuaderi, haec, quae modo diximus, non eſſe ad vitae uſus nobis utilia; ſi quidem his ea, quae ſunt ad vivendum neceſſaria, comparamus. Age iam, quid hiſce de rebus dicemus? ſunt-

τοιαῦτα φήσαιμεν; ἆρ' εἰσί τινες ἄνθρωποι, οἵτινες μουσικὴν παιδεύουσιν, ἢ γράμματα, ἢ ἑτέραν τινὰ ἐπιστήμην, εἰ ἄν ἀντὶ τούτων σφίσιν αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια ἐκπορίζωνται, τούτων μισθὸν πραττόμενοι; Εἰσὶ γάρ. Οὐκοῦν οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ταύτῃ τῇ ἐπιστήμῃ ἂν ἐκπορίζοιντο τὰ ἐπιτήδεια, ἀντὶ ταύτης ἀλλαττόμενοι, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀντὶ τοῦ χρυσίου καὶ ἀργυρίου. Φημί. Οὐκοῦν εἴπερ τούτῳ ἐκπορίζονται οἷς πρὸς τὸν βίον χρῶνται, καὶ αὐτὸ χρήσιμον εἴη πρὸς τὸν βίον. καὶ γὰρ τὸ ἀργύριον τούτου ἕνεκα χρήσιμον ἔφαμεν εἶναι, ὅτι οἱοίτ' ἦμεν αὐτῷ τἀναγκαῖα πρὸς τὸν βίον ἐκπορίζεσθαι. Οὕτως, ἔφη. Οὐκοῦν εἴπερ αὗται αἱ ἐπιστῆμαι τῶν χρησίμων, πρὸς τοῦτο φαίνονται ἡμῖν αἱ ἐπιστῆμαι χρήματα οὖσαι, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν δι' ἣνπερ τὸ χρυσίον τε καὶ τὸ ἀργύριον. δῆλον δὲ ὅτι καὶ οἱ ταύτας κεκτημένοι, πλουσιώτεροι. ὀλίγον δὲ πρότερον οὕτω χαλεπῶς ἀπεδεχόμεθα τὸν λόγον, εἰ οὗτοι πλουσιώτατοι. ἀναγκαῖον δ' ἂν εἴη καὶ ἐκ τοῦ νῦν ὡμολογημένου τοῦτο ξυμβαίνειν, ἐνίστε τοὺς ἐπιστημονεστέρους, πλουσιωτέρους εἶναι. εἰ γάρ τις ἡμᾶς ἔροιτο, ἆρα παντὶ ἀνθρώπῳ οἰόμε- e. p. 403 a.

ne homines, qui muſicam vel literas doceant, vel aliam quampiam ſcientiam tradant, quique ex his rebus mercedem exigentes, ſibi ea, quae ſunt ad vitam neceſſaria, parent? Sunt. Nonne homines ipſi ſcientia ſibi res neceſſarias comparant, his illam ſimiliter, atque nos aurum & argentum, permutantes? Ita cenſeo. Siquidem igitur hoc ipſo ea ſibi parant, quibus ad vitam utantur, & hoc ipſum ad vitam utile ſit, neceſſe eſt. nam & argentum ea cauſa eſſe utile diximus, quod eo res ad vitam neceſſarias comparare poſſimus. Diximus. Quandoquidem igitur ſcientiae ipſae utiles nobis ad hoc videntur, quod propter eandem cauſam, propter quam aurum & argentum, pecuniae ſint, manifeſtum eſt, qui eas teneant, eos quoque ditiores eſſe: etſi paulo ante, eos ditiſſimos eſſe, non ita facile permittebamus. Quin ex eo, quod nunc conceſſum eſt, neceſſe eſt ſequi, ut, qui ſcientia magis ſunt praediti, interdum quoque ſint ditiores. Nam ſi quis nos roget,

ϑα χρήσιμον εἶναι ἵππον, ἆρα φαίης ἄν; ἢ, τοῖς μὲν ἐπιστήμοσιν ὅπως δεῖ ἵππῳ χρῆσθαι, χρήσιμος ἂν εἴη, τοῖς ἀνεπιστήμοσι δ' οὔ; Φαίην ἄν. Οὐκοῦν, ἔφη, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, οὐδὲ φάρμακον παντὶ ἀνθρώπῳ χρήσιμον εἶναι, ἀλλὰ τούτῳ ὅστις τυγχάνει εἰδὼς ὡς δεῖ χρήσασθαι αὐτῷ; Φημί. Οὐκοῦν καὶ τἆλλα πάντα ὁμοίως; Ἔοικε. Χρυσίον ἄρα καὶ
b. ἀργύριον, καὶ τἆλλα τὰ δοκοῦντα χρήματα εἶναι, τούτῳ ἂν μόνῳ χρήσιμα εἴη, ὅστις τυγχάνει ἐπιστάμενος ὡς χρηστέον αὐτοῖς. Οὕτως. Οὐκοῦν πρότερον ἐδόκει τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ εἶναι εἰδέναι ὅπου τε καὶ ὅπως τούτων ἑκάστοις χρηστέον ἐστί; Φημί. Τοῖς ἄρα καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων, τούτοις ἂν μόνοις καὶ χρήσιμα ταῦτ' εἴη, εἴπερ γε τούτοις ἐπιστημόνως χρηστέον· εἰ δὲ τούτοις μόνοις χρήσιμον, τούτοις ἂν μόνοις καὶ χρήματα εἶναι φαίνοιτο. ἀτὰρ, ὡς ἔοικε, καὶ τὸν
c. ἀνεπιστήμονα ἱππικῆς, κεκτημένον δὲ ἵππους, οἳ τυγχάνουσιν αὐτῷ ἀχρεῖοι ὄντες, εἴτις τοῦτον ἱππικὸν ποιήσειεν, ἆρα ἂν ἅμα καὶ πλουσιώτερον πεποιηκὼς εἴη· εἴπέρ γε αὐτῷ ἃ ἐτύγ-

an cuilibet homini equum esse utilem putemus; tune id, an hoc potius dicas, his quidem, qui sciant, quo pacto equo uti oporteat, utilem esse: his vero, qui nesciant, inutilem? Hoc dicam. Eadem quoque, inquam, ratione dicas, medicinam non cuilibet homini, sed illi utilem esse, qui norit, quomodo ea uti oporteat. Dicam. Nonne idem quoque de rebus aliis, & quidem omnibus, dicendum videtur? Videtur. Aurum, & argentum, atque alia, quae pecuniae videntur esse, nonne illi soli sint utilia, qui sciat, ut his sit utendum? Sint. At paulo ante nonne viri honesti & boni esse videbatur, cognoscere, ubi & quo pacto horum singulis sit utendum? Videbatur. Honestis igitur viris & bonis, atque adeo his solis, haec utilia sint necesse est: si quidem prorsus his scienter utendum est. Quod si his solis utilia sunt, his quoque solis esse pecuniae videantur, oportebit. Idcirco, ut videtur, eum, qui sit artis equitandi imperitus, sed possideat equos ob id sibi inutiles, si quis ipsum eius artis peritum faciat, faciat quoque simul & ditiorem: si

χανε πρόσθεν ἀχρεῖα ὄντα, χρήσιμα πεποίηκεν· ἐπιστήμην γὰρ τινὰ παραδιδοὺς τῷ ἀνθρώπῳ, ἅμα καὶ πλούσιον αὐτὸν πεποίηκε. Φαίνεταί γε. Ὅμως δέ μοι κἂν διομόσασθαι δικῶ ὑπὲρ Κριτίου, ὑπὸ μηδενὸς τούτων τῶν λόγων πεπεῖσθαι. Νὴ Δία· καὶ γὰρ, ἔφη, μαινοίμην ἄν, εἰ ταῦτα πειθοίμην. ἀλλὰ τί οὐκ ἐκεῖνον τὸν λόγον διετέλεσας, ὡς τὰ δοκοῦντα οὐκ ἔστι d. χρήματα, χρυσίον καὶ ἀργύριον, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα; ὡς ἐγὼ πάνυ σφόδρα, τούτους τοὺς λόγους ἀκροώμενος, οὓς καὶ σὺ νῦν τυγχάνεις δὴ διεξιών, ἄγαμαι. Εἶπον οὖν ἐγὼ, ὅτι μοὶ δοκεῖς σὺ, ὦ Κριτία, οὕτως ἐμοῦ χαίρειν ἀκροώμενος, ὥσπερ τῶν ῥαψῳδῶν οἳ τὰ Ὁμήρου ἔπη ᾄδουσιν· ἐπεὶ οὐδείς γέ σοι δοκεῖ τούτων τῶν λόγων ἀληθὴς εἶναι. ὅμως δὲ, φέρε, πῶς ἂν τὰ τοιαῦτα φήσαιμεν; ἆρά γε τοῖς γε οἰκοδομικοῖς τῶν ἀνθρώπων φαίης ἂν αὐτὰ εἶναι χρήσιμα πρὸς τὸ οἰκίαν e. ἐργάσασθαι; Ἔμοιγε δοκεῖ. Πότερον οὖν ταῦτα φήσαιμεν ἂν χρήσιμα εἶναι οἷς αὐτῶν κατεχρῶντο εἰς τὴν οἰκοδομίαν, λίθους, καὶ πλίνθους, καὶ ξύλα, καὶ εἴτι ἕτερον τοιοῦτον; ἢ καὶ τὰ ἐργαλεῖα οἷς αὐτοὶ τὴν οἰκίαν ἐργάζοιντο, καὶ οἷς ταῦ-

quidem ea, quae prius erant inutilia, ipsi utilia faciat. scientiam enim aliquam homini tradens, ipsum simul & divitem facit. Videor mihi tamen iurare posse, Critiam nullo pacto adduci, ut rationes hasce veras esse credat. Iures, inquit, licet: nam insanirem prorsus, si vera haec esse crederem. Sed tu quamobrem rationem illam non absolvisti, aurum & argentum, atque alia id genus, quamvis videantur, pecunias tamen non esse; ut ego sermones hosce audiens, & quos tu nunc percurris, multo magis admirer? Dixi igitur ego: Videris mihi, Critia, me audiens non secus, quam cum recitatores, qui versus Homeri canunt, audis, gaudio affici: quando nulla tibi harum rationum videtur esse vera. Age tamen, talia, aurum dico, & argentum, & reliqua consideremus. Haecne tu architectis utilia esse ad aedificandam domum diceres? Dicerem profecto. Utrum igitur haec dicemus utilia esse, quibus illi ad domus aedificationem utuntur, lapides, lateres, ligna, & si quid aliud est huiusmodi? an instrumenta

τα ἐκποριζοιντο, τὰ ξύλα, καὶ τοὺς λίθους, καὶ πάλιν τὰ τούτων ἐργαλεῖα; Ἔμοιγ', ἔφη, δοκεῖ πάντα ταῦτα χρήσιμα εἶναι πρὸς ἐκεῖνα. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐργασιῶν, οὐ μόνον αὐτοῖς οἷς καταχρώμεθα πρὸς ἕκαστον τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ οἷς ταῦτα ἐκποριζόμεθα, καὶ ὧν ἄνευ οὐκ ἂν γένοιτο. Πάνυ γε οὕτω. Οὐκοῦν πάλιν καὶ οἷς ταῦτα, καὶ
p. εἴτι ἀνωτέρω τούτων; καὶ οἷς πάλιν ἐκεῖνα, καὶ ἔτι μάλα τὰ
404 ἄνω· ὥστε καὶ εἰς ἄπειρόν τι πλῆθος τελευτῶντα, ἀνάγκη
a. ταῦτα πάντα πρὸς τὴν αὐτῶν ἐργασίαν χρήσιμα φαίνεσθαι; Καὶ οὐδέν γε, ἔφη, ταῦτα οὕτω κωλύει ἔχειν. Τί δ' εἰ ὑπάρχοι τῷ ἀνθρώπῳ σιτία καὶ ποτὰ καὶ ἱμάτια, καὶ τἄλλα οἷς αὐτὸς πρὸς τὸ σῶμα μέλλει χρῆσθαι, ἆρ' ἄν τι προσδέοιτο χρυσίου, ἢ ἀργυρίου, ἢ ἄλλου του, οἷς ταῦτα ποριεῖται ἄγε δὴ ὑπάρχοι; Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ. Οὐκοῦν φαίνοιτο ἂν
b. ἡμῖν ἔσιν ὅτε ἄνθρωπος οὐδενὸς τούτων δεόμενος πρὸς τὴν τοῦ σώματος χρείαν; Οὐ γάρ. Οὐκοῦν εἰ ταῦτα ἀχρεῖα φαίνοιτο πρὸς ταύτην τὴν ἐργασίαν, οὐκ ἂν ποτε πάλιν δέοι χρήσιμα

etiam, quibus illi domum aedificent, quibusque haec, ligna, lapides, & horum praeterea inſtrumenta, parent? Haec quidem, inquit, omnia mihi ad illa videntur eſſe utilia. Nonne igitur, inquam ego, & in aliis artificiis utilia ſunt, non ſolum haec, quibus ad unumquodque opus utimur, ſed illa etiam, quibus haec comparamus, & ſine quibus haec fieri non poſſent? Sunt ſane quidem. Nonne rurſus illa quoque, quibus haec, & ſi quid ſuperius eſt, & quibus praeterea illa, & multa etiam ſuperiora paramus: ut haec omnia in infinitum quendam numerum cadentia, ad ipſorum artificium utilia videri neceſſe ſit? Nihil, inquit, & haec ita habere prohibet. Quid? ſi homini adſint cibi, potus, veſtes, & alia, quibus ad corpus utatur, an indigeat auro, vel argento, vel alio aliquo ex his, quibus illa, quae iam illi adſint, acquiruntur? Mihi quidem non videtur. Iam conſtat nobis, hominem interdum nullo ex his ad corporis neceſſitatem indigere? Conſtat. Si quidem igitur haec inutilia ad idem opus appareant, nonne ſit neceſſe contra nunquam utilia videri? eſt enim ſuppo-

φανῆναι; ὑπέκειτο γὰρ μὴ οἷόντε εἶναι πρὸς τὴν αὐτὴν ἐργασίαν τοτὲ μὲν χρήσιμα, τοτὲ δὲ ἀχρεῖα εἶναι. Ἀλλ' οὕτω γ' ἂν, ἔφη, ὁ αὐτὸς λόγος σοὶ καὶ ἐμοὶ γένοιτο· εἰ γάρ ποτε ταῦτα χρήσιμα γίγνοιτο πρὸς τοῦτο, οὐκ ἂν ποτε συμβαίνοι πάλιν ἀχρεῖα εἶναι· νῦν δὲ πρὸς τινὰς ἐργασίας πραγμάτων μοχθηρῶν, τὰς δὲ, χρηστῶν. Ἔγωγ' ἂν φαίην. Ἆρ' οὖν οἵόν- c.
τε μοχθηρόν τι πρᾶγμα πρὸς ἀγαθοῦ τινος ἐργασίαν χρήσιμον εἶναι; Οὐκ ἔμοιγε φαίνεται. Ἀγαθὰ δὲ πράγματα ἆρ' ἂν ταῦτα φαίημεν εἶναι, ἃ δι' ἀρετὴν ἄνθρωπος πράττει; Φημί. Ἆρ' οὖν οἵόντε ἄνθρωπον μαθεῖν τι τούτων, ὅσα διὰ λόγου δ.δάσκεται, εἰ παντάπασιν ἀπεξερημένος εἴη τοῦ ἀκούειν, ἢ ἑτέρου τινός; Μὰ Δι' οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ. Οὐκοῦν τῶν χρησίμων φαίνοιτο ἂν ἡμῖν πρὸς ἀρετὴν τὸ ἀκούειν, εἴπερ διδακτός d.
γε ἡ ἀρετὴ τῷ ἀκούειν, καὶ αὐτῷ καταχρώμεθα πρὸς τὰς μαθήσεις; Φαίνεται. Οὐκοῦν εἴπερ ἡ ἰατρικὴ οἵατε ἐσὶ τὸν νοσοῦντα παύειν, φαίνοιτο ἂν ἡμῖν ἐνίοτε καὶ ἡ ἰατρικὴ τῶν χρησίμων οὖσα πρὸς τὴν ἀρετὴν, εἴπερ διὰ τῆς ἰατρικῆς τὸ ἀκούειν πορισθείη; Καὶ σὐδέν γε κωλύει. Ἆρ' οὖν πάλιν καὶ

situm, fieri non posse, ut eadem ad idem opus modo utilia, modo sint inutilia. Atque, inquit, haec tibi & mihi constet ita ratio, si quidem eadem ad idem aliquando sint utilia, nunquam contra accidere posse, ut sint inutilia: nunc autem propterea aliquas malarum rerum actiones, aliquas vero bonarum esse dicerem. An igitur fieri potest, ut res mala ad alicuius rei bonae actionem sit utilis? Fieri non potest, ut mihi videtur. Res vero bonas nonne hasce dicimus esse, quas homo per virtutem facit? Dicimus. An fieri potest, ut homo discat aliquid horum, quae sermone traduntur, si prorsus auditu, vel alio quopiam sensu sit privatus? Haud hercle mihi videtur. Nonne igitur apparet, auditum nobis ad virtutem utilem esse, si quidem virtus auditu acquiritur, eoque nos ad disciplinas utimur? Apparet. Si medicina potest aegrotum morbo liberare, an interdum nobis & medicina utilis ad virtutem videatur, si quidem auditus saepe per medicinam recuperatur? Nihil prohibet. An praeterea, si & medicinam pe-

εἰ τὴν ἰατρικὴν ἀντὶ χρημάτων πορισαίμεθα, φαίνοιτο ἂν ἡμῖν καὶ τὰ χρήματα χρήσιμα ὄντα πρὸς ἀρετήν; Καὶ γάρ
e. ἐστιν, ἔφη, τοῦτό γε. Οὐκοῦν πάλιν ὁμοίως καὶ δι' οὗ τὰ χρήματα πορισαίμεθα; Παντάπασι μὲν οὖν πάντα. Ἆρ' οὖν ἂν σοι δοκοῖ ἄνθρωπος ἀπὸ μοχθηρῶν τε καὶ αἰσχρῶν πραγμάτων ἀργύριον αὑτῷ πορίσασθαι, ἀνθ' ὅτου τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην κτήσαιτο, ἢ δύναιτο ἀκούειν, ἐκ τοῦ μὴ οἴουτε; τῷ δ' αὐτῷ ἐκείνῳ καταχρῆσθαι πρὸς ἀρετὴν, ἢ ἕτερ' ἄττα τῶν τοιούτων; Πάνυ μὲν οὖν ἔμοιγε δοκεῖ. Οὐκοῦν οὐκ ἂν τόγε μοχθηρὸν χρήσιμον εἴη πρὸς ἀρετήν; Οὐ γάρ. Οὐκ ἄρα ἀναγκαῖόν ἐστι, δι' ὧν ἂν ἐκπορισαίμεθα τὰ πρὸς ἕκαστα χρήσιμα, καὶ ταῦτα πρὸς τὰ αὐτὰ χρήσιμα εἶναι. Φαίνοιτο γὰρ ἂν ἐνίοτε μοχθηρὰ πράγματα πρὸς ἀγαθόν τι χρήσιμον εἶναι.
p. ἔτι δὲ μᾶλλον καὶ ἐπὶ τούτου ἂν φανερὰ γένοιτο. εἴπερ γὰρ
405 a. ταῦτα χρήσιμά ἐστι πρὸς ἕκαστα, ὧν ἄνευ οὐκ ἂν γένοιτο, εἰ μὴ ταῦτα προϋπάρχει, φέρε, πῶς ἂν τὰ τοιαῦτα φήσαις; ἆρ' οἰόντε ἀμαθίαν πρὸς ἐπιστήμην χρήσιμον εἶναι, ἢ νόσον πρὸς ὑγίειαν, ἢ κακίαν πρὸς ἀρετήν; Οὐκ ἂν ἔγωγε φαίην. Καὶ μὴν τόδε γ' ἂν ὁμολογήσαιμεν ἀδύνατον εἶναι, ἐπιστή-

cuniis acquiramus, nobis & pecuniae utiles ad virtutem videantur? Videantur. An idem quoque de eo dicendum eſt, quo pecunias acquirimus? De omnibus his idem eſt prorſus dicendum. An igitur homo tibi videtur ex rebus maliſque & turpibus argentum ſibi comparare, quo medicinae ſcientiam adipiſcatur, quove poſſit, cum prius non poſſet, audire: illo vero ipſo ad virtutem, vel ad alia quaedam huiuſmodi abuti poſſe? Mihi ſane quidem videtur. Non igitur res mala ad virtutem ſit utilis? Non ſit. Quod utique neceſſe non ſit ea, per quae utilia ad ſingula acquirimus, & ipſa ad illa eadem utilia eſſe. res enim malae interdum ad aliquid boni ſic utiles eſſe viderentur. Sed in hoc etiam magis deprehendentur. Nam ſi haec ad ſingula utilia ſunt, ſine quibus illa non fiant, niſi prius haec adſint; age, vide, quid huiuſcemodi de rebus dicas. An fieri poſſe dicas, ut inſcitia ad ſcientiam ſit utilis, vel morbus ad ſanitatem, vel vitioſitas ad virtutem? Haud equi-

μηγ' ἐγγενέσθαι ὅτῳ μὴ ἀμαθία πρότερον ὑπάρξαι· καὶ ὑγίειαν, ὅτῳ μὴ νόσος· οὐδὲ ἀρετὴν, ὅτῳ μὴ κακία. Ἔφη γὰρ οὕτως, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Οὐκ ἂν ἄρα φαίνοιτο ἀναγκαῖον b.
εἶναι, ὅσων ἄνευ μὴ οἵόντε εἶναι γίνεσθαι, ταῦτα καὶ χρήσιμα εἶναι πρὸς τοῦτο. Φαίνοιτο γὰρ ἂν ἡμῖν ἡ ἀμαθία χρήσιμος οὖσα πρὸς ἐπιστήμην, καὶ ἡ νόσος πρὸς ὑγίειαν, καὶ ἡ κακία πρὸς ἀρετήν. Σφόδρα δυσπίστως εἶχε καὶ πρὸς τούτους τοὺς λόγους, εἰ μὴ πάντα ταῦτα χρήσιμα ἔσαι. Καταμαθὼν δ' αὐτὸν ἐγὼ ὅτι ἴσον εἴη πεῖσαι, ὅπερ ἂν, τὸ λεγόμενον, λίθον ἑψῆσαι, Ἀλλὰ τούτους μὲν τοὺς λόγους, ἦν δ' ἐγὼ, ἐάσομεν χαίρειν, ἐπειδήπερ οὐ δυνατοὶ ἐσμὲν ὁμολογῆσαι ὁπό- c.
τερον ταυτὰ χρήσιμά τ' ἐστι καὶ χρήματα, ἢ οὔ. ἐκείνου δὲ πέρι πῶς ἂν φαίημεν; πότερον ἂν εὐδαιμονέστερόν τε καὶ βελτίω ἡγησαίμεθα εἶναι ἄνθρωπον, εἰ ὡς πλείστων δέοιτο πρὸς τὸ σῶμά τε καὶ τὴν δίαιταν ἐπιτηδείων, ἢ εἰ ὡς ἐλαχίστων τε καὶ φαυλοτάτων; μάλιστα δ' ἂν ἴσως καὶ τοῦτο ὧδε θεωρηθείη· εἴτις αὐτὸν πρὸς αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον παραβάλλων,

dem dicam. At hoc tamen nos affirmamus, illi ſcientiam ineſſe non poſſe, cui prius inſcitia non affuerit: nec ſanitatem, cui non morbus: neque virtutem, cui non vitioſitas. Ita eſt, inquit, ut mihi videtur. Nonne ſequi neceſſario videtur, ut ea, ſine quibus aliquid fieri non poſſit, & ipſa ad id utilia ſint? nobis enim inſcitia ad ſcientiam, & morbus ad ſanitatem, & vitioſitas ad virtutem utilis ita videri poſſit. His ille rationibus nullam prorſus fidem habebat, ſi non haec omnia utilia eſſent. Verum ego cognoſcens, ei perſuadere idem eſſe, ac lapidem, quod dicitur, elixare, Sed hoſce, inquam, ſermones mittamus, poſtquam nec conſentire, nec affirmare poſſumus, utrum haec utilia, & pecuniae ſint, necne. De illo vero quid dicemus? Utrum feliciorem & potentiorem exiſtimamus hominem eſſe, ſi quam plurimis ad veſtitum & victum rebus neceſſariis, an ſi quam minimis & quam pauciſſimis indigeat? Hoc vero fortaſſe ſic optime ſpectari poſſit, ſi quis hominem in ipſo homine contemplans conſideret, uter ſtatus ſit potior, quan-

d. σκοποῖτο ὁποτέρα τῶν ἕξεων βελτίων, πότερον ὅταν τύχῃ νοσῶν, ἢ ὅταν ὑγιαίνων. Ἀλλὰ τοῦτό γ', ἔφη, οὐ πολλῆς τινος τῆς σκέψεως δεῖται. Ἴσως γὰρ, ἦν δ' ἐγὼ, παντὶ ἀνθρώπῳ εὔπορον γνῶναι ὅτι ἡ τοῦ ὑγιαίνοντος ἕξις κρείττων ἐστὶ τῆς τοῦ κάμνοντος. Τί δέ; ποτέρως τυγχάνομεν πλειόνων τε καὶ μᾶλλον παντοδαπῶν δεόμενοι; ὅταν κάμνωμεν, ἢ ὅταν ὑγιαίνωμεν; Ὅταν κάμνωμεν. Ὅταν ἄρα αὐτοὶ αὐτῶν τυγχάνω-
e. μεν φαυλότατα διακείμενοι, τότε σφόδρα τε καὶ πλείσων, τὰ πρὸς ἡδονὰς τὰς διὰ τοῦ σώματος, ἐν ἐπιθυμίαις τε καὶ δεήσεσιν ἐσμέν. Οὕτως. Οὐκοῦν κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ὥσπερ αὐτὸς αὑτοῦ τότε φαίνεται βέλτιςα ἔχων, ὅταν ἐλαχίςων τῶν τοιούτων δέηται, οὕτω πάλιν καὶ δυοῖν ὄντοιν, εἰ ὁ μὲν τυγχάνει σφόδρα τε καὶ πολλῶν ἐν ἐπιθυμίᾳ τε καὶ δεήσει ὤν, ὁ δὲ, ὀλίγων τε καὶ ἡσύχως· οἷον τὰ τοιάδε, ὅσοι τῶν ἀνθρώπων τυγχάνουσι κυβευταὶ ὄντες, οἱ δὲ, οἰνόφλυγες, ἕτεροι δὲ, γαστρίμαργοι. ἅπαντα γὰρ ταῦτα οὐδὲν ἕτερον τυγχάνει ὄντα ἢ ἐπιθυμίαι. Σφόδρα γε. Αἱ δ' ἐπιθυμίαι πᾶσαι, οὐδὲν ἕτερον ἢ ἔνδειαι τινῶν. οἱ οὖν πλεῖςα τούτων πεπονθό-

do is aegrotat, an quando valet. At hoc, inquit, multa contemplatione non eget. Fortaſſe enim, inquam ego, quivis homo id, quod in promtu eſt, intelligat, hominis valentis ſtatum longe meliorem eſſe, quam aegrotantis. Sed utrum pluribus & magis variis rebus egemus, quando aegrotamus, an quando valemus? Quando aegrotamus. Quando nos ipſi nobis ipſis peius ſumus affecti, nonne tunc in nobis cupiditates & indigentiae, quod ad corporis voluptates attinet, & vehementiores ſunt, & plures? Sunt. Idem quoque, ſi duo ſint, eſt dicendum. ut enim homo unus ipſe ſe ipſo tunc melius habere videtur, quando minimis rebus indiget: ſic quoque fiet, ſi duo ſint homines, atque hic quidem pauca, nec vehementer cupiat, neque his multum egeat; ille vero multa, & valde deſideret, eorumque indigeat: qualia ſunt illa, quae exercent aleatores, vinolenti, & helluones: quae quidem omnia nihil aliud ſunt, quam cupiditates. Nihil. Cupiditates porro omnes nihil aliud ſunt, quam rerum quarundam indigentiae. Nihil. Homines igi-

τες ἄνθρωποι, ἐν μοχθηροτέρᾳ ἕξει εἰσὶ τῶν μηδὲν ἢ ὡς ἐλάχιστα τοιαῦτα πεπονθότων. Πάνυ μὲν οὖν ἔγωγε καὶ σφόδρα μοχθηρούς τοὺς τοιούτους ὑπολαμβάνω εἶναι· καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλον τοιούτους, τοσούτῳ καὶ μοχθηροτέρους. Οὐκοῦν δοκεῖ ἡμῖν, οὐχ οἵόντε χρήσιμα εἶναι ταῦτα πρὸς τοῦτο, εἰ μὴ τυγχάνοιμεν καὶ δεόμενοι τούτων πρὸς τοῦτο; Φημί. Ἀναγκαῖον ἄρα, εἴπερ μέλλει ἡμῖν χρήσιμα εἶναι ταῦτα πρὸς τὰς τοῦ σώματος θεραπείας τῶν ἐνδειῶν, ἅμα καὶ δεῖσθαι ἡμᾶς τούτων πρὸς τοῦτο. Ἔμοιγε δοκεῖ. Οὐκοῦν, ὅτῳ τυγχάνει πλεῖσα χρήσιμα ὄντα πρὸς τοῦτο, οὗτος ἂν φαίνοιτο καὶ πλείσων δεόμενος πρὸς τοῦτο· εἴπερ ἀνάγκη τῶν χρησίμων πάντων προσδεῖσθαι. Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτω φαίνεσθαι. Ἀναγκαῖον ἄρα φαίνεται, κατά γε τοῦτον τὸν λόγον, οἷς τυγχάνει πολλὰ χρήματα ὄντα, τούτοις καὶ πολλῶν δεῖσθαι τῶν πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ἐπιτηδείων. τὰ γὰρ πρὸς τοῦτο χρήσιμα ὄντα, χρήματα ἐφαίνετο. ὥστε ἐξ ἀνάγκης ἂν ἡμῖν φαίνοιντο οἱ πλουσιώτατοι, μοχθηρότατα διακείμενοι· εἴπέρ γε καὶ πλείσων τοιούτων ἐνδεεῖς ὄντες. p. 406 a. b.

tur, qui plurimis ex his ſunt affecti, in peiori ſtatu ſunt, quam qui nullis, vel quam pauciſſimis affecti ſunt. Sane quidem. huiuſcemodi igitur homines eſſe vel valde malos exiſtimo: & quanto magis ſunt huiuſmodi, tanto peiores. Nonne igitur nobis videtur, fieri non poſſe, ut haec nobis ad hoc ſint utilia, niſi & nos his ad hoc indigeamus? Ita cenſeo. Neceſſarium eſt utique, ſi quidem haec nobis ad corporis curam in his, quibus opus eſt, utilia ſint futura, & nos his ad hoc ſimul indigere. Mihi ſane videtur. Nonne igitur eum, cui plurima ad hoc ſint utilia, & ipſum plurimis indigere conſtat, ſi quidem neceſſe eſt, omnibus his, quae utilia ſunt, indigere? Conſtat, ut ego iudico. Neceſſarium quoque ex hac ratione eſſe conſtat, eos, quibus multae ſint pecuniae, & ipſos ad corporis curam multis rebus neceſſariis indigere. nam quae ſunt ad hoc utilia, eſſe pecunias nobis apparuit. Quare neceſſe eſt, ut nobis ditiſſimi, quando plurimis rebus egeant, peſſime affecti eſſe videantur.

# ΚΛΕΙΤΟΦΩΝ
## Η
## ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ.

# CLITOPHO
## VEL
## EXHORTATORIUS.

*Dialogus hic eſt imperfectus: immerito autem inter nothos collocari exiſtimatur, cum etiam a Diogene Laërtio pro Platonico agnoſcatur.*

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ
ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΚΛΕΙΤΟΦΩΝ.

c. ΚΛΕΙΤΟΦΩΝΤΑ *τὸν Ἀριζωνύμου τὶς ἡμῖν διηγεῖτο ἔναγχος ὅτι Λυσίᾳ διαλεγόμενος, τὰς μὲν μετὰ Σωκράτους διατριβὰς ψέγοι, τὴν Θρασυμάχου δὲ συνουσίαν ὑπερεπαινοῖ.* ΚΛΕΙ. *Ὅστις, ὦ Σώκρατες, οὐκ ὀρθῶς ἀπεμνημόνευέ σοι τοὺς ἐμοὶ περὶ σοῦ γενομένους λόγους πρὸς Λυσίαν. τὰ μὲν*

DIALOGI PERSONAE
SOCRATES, CLITOPHO.

NUPER mihi retulit quidam, Clitophonem Ariſtonymi filium, loquentem cum Lyſia, Socratis quidem conſuetudinem vituperare, Thraſymachi vero laudare magnopere. *Cli.* Quiſquis ille, o Socrates, fuerit, haud recte narravit, quae de te cum Lyſia ſum locutus. nam in quibuſdam laudavi te, in

γὰρ ἔγωγε οὐκ ἐπῄνουν σὲ, τὰ δὲ καὶ ἐπῄνουν. ἐπεὶ δὲ δῆλος εἶ μεμφόμενος μέν μοι, προσποιούμενος δὲ μηδὲν φροντίζειν, ἥδιστ' ἂν σοι διεξέλθοιμι αὐτοὺς αὐτός· ἐπειδὴ καὶ μόνω τυγ- d.
χάνομεν ὄντε· ἵνα ἧττον μὲ ἡγῇ πρός σε φαύλως ἔχειν. νῦν γὰρ ἴσως οὐκ ὀρθῶς ἀκήκοας· ὥστε φαίνῃ πρὸς ἐμὲ ἔχειν τραχυτέρως τοῦ δέοντος. εἰ δέ μοι δίδως παῤῥησίαν, ἥδιστ' ἂν δεξαίμην· καὶ ἐθέλω λέγειν. ΣΩ. Ἀλλ' αἰσχρὸν μήν, σοῦ γε ὠφελεῖν με προθυμουμένου, μὴ ὑπομένειν. δῆλον γὰρ ὡς γνοὺς P. 407
ὅπη χείρων εἰμὶ καὶ βελτίων, τὰ μὲν ἀσκήσω καὶ διώξομαι, a.
τὰ δὲ φεύξομαι κατὰ κράτος. ΚΛΕΙ. Ἀκούοις ἄν. ἐγὼ γάρ, ὦ Σώκρατες, σοὶ συγγινόμενος, πολλάκις ἐξεπλησσόμην ἀκούων· καί μοι ἐδόκεις παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους κάλλιστα λέγειν, ὁπότε ἐπιτιμῶν τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ ἐπὶ μηχανῆς τραγικῆς θεὸς, Ὑμεῖς, λέγων, ποῖ φέρεσθε, ἄνθρωποι; καὶ ἀγνοεῖτε, οὐδὲν τῶν δεόντων πράττοντες· οἵτινες χρημάτων μὲν πέρι τὴν πᾶσαν σπουδὴν ἔχετε, ὅπως ὑμῖν ἔσται· τῶν δ' b.
υἱέων οἷς ταῦτα παραδώσετε, ὅπως ἐπιστήσονται χρῆσθαι δι-

quibuſdam minime. Poſtquam vero aperte ſuccenſes mihi, quamquam diſſimulas, te nihil curare, libentiſſime ego ipſe tibi illa referam: praeſertim cum ſoli ſimus: ne adeo te deſpici putes. Forte enim nunc recte audiſti: quocirca infenſior mihi redditus es, quam deceat. At ſi ipſe mihi poteſtatem libere loquendi dederis, libentiſſime rem tibi narrabo. *So.* At turpe nimium eſſet, ſi te, prodeſſe mihi volentem, non tolerem. Conſtat enim, ubi intellexero, qua malus, qua bonus ſim, deteriora declinaturum eſſe pro viribus, meliora proſecuturum. *Cli.* Audi igitur. Equidem tecum verſatus, ſaepenumero, Socrates, vehementer obſtupui, dum te loquentem audirem, mihique viſus es praeclariſſime omnium dicere, quoties obiurgans homines, veluti e machina tragica Deus, ſubito exclamares, Quonam ruitis, homines? neſcitis, quo feramini, neque opportunum quidquam agitis, qui omni ſtudio pecuniis cumulandis incumbitis, filios autem, quibus eas relicturi eſtis, negligitis, neque, ut illis iuſte uti ſciant, eos iuſtitiae praecepto-

καιως τούτοις, ἀμελεῖτε· καὶ οὔτε διδασκάλους αὐτοῖς εὑρίσκετε τῆς δικαιοσύνης, εἴπερ μαθητόν· εἴτε μελετητόν τε καὶ ἀσκητόν, οἵτινες ἐξασκήσουσι καὶ ἐκμελετήσουσιν ἱκανῶς. οὐδέ γ' ἔτι πρότερον ὑμᾶς αὐτοὺς οὕτως ἐθεραπεύσατε· ἀλλ' ὁρῶντες, γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ γυμναστικὴν ὑμᾶς τε
c. αὐτοὺς καὶ τοὺς παῖδας ὑμῶν ἱκανῶς μεμαθηκότας (ἃ δὴ παιδείαν ἀρετῆς εἶναι τελέαν ἤγησθε) κἄπειτα οὐδὲν ἧττον κακοὺς γιγνομένους περὶ τὰ χρήματα, πῶς οὐ καταφρονεῖτε τῆς νῦν παιδεύσεως, οὐδὲ ζητεῖτε οἵτινες ὑμᾶς παύσουσι ταύτης τῆς ἀμουσίας; καίτοι διά γε ταύτην τὴν πλημμέλειαν καὶ ῥᾳθυμίαν, ἀλλ' οὐ διὰ τὴν ἐν τῷ ποδὶ πρὸς τὴν λύραν ἀμετρίαν, καὶ ἀδελφὸς ἀδελφῷ, καὶ πόλεις πόλεσιν ἀμέτρως
d. καὶ ἀναρμόστως προσφερόμεναι, σασιάζουσι, καὶ πολεμοῦντες τὰ ἔσχατα δρῶσι καὶ πάσχουσιν. ὑμεῖς δὲ φατὲ, οὐ δι' ἀπαιδευσίαν οὐδὲ δι' ἄγνοιαν, ἀλλ' ἑκόντας, τοὺς ἀδίκους, ἀδίκους εἶναι· πάλιν δ' αὖ τολμᾶτε λέγειν ὡς αἰσχρὸν καὶ θεομισὲς ἡ ἀδικία. πῶς οὖν δή τις τόγε τοιοῦτον κακὸν ἑκὼν αἱροῖτ' ἄν;

ribus commendatis, qui doceant iuſtitiam, ſi doceri poteſt, &, ſi exercitatione ac conſuetudine comparanda eſt, diligenter exerceant. Neque vos etiam ipſos curaſtis unquam. Sed cum videatis, literas, muſicam & gymnaſticam vos filioſque veſtros ad ſufficientiam conſecutos, quam virtutis diſciplinam perfectam exiſtimatis, deinde nihilominus circa pecunias pravos eſſe, cur non praeſentem educationem contemnitis? cur non quaeritis aliquos, qui vos ab hac in muſica diſſonantia liberent? Etenim propter hoc delictum ſocordiamque magis, quam propter pedis ad lyram diſſonam motionem, & frater adverſus fratrem, & civitas adverſus alias civitates, immoderata & diſcordi ſeditione ſuborta feruntur, & commiſſo proelio extrema patiuntur & inferunt. Vos autem dicitis, non propter ruditatem inſcitiamque, ſed ſponte iniuſtos eſſe eos, qui ſunt iniuſti: rurſuſque aſſerere non dubitatis, iniuſtitiam turpem eſſe rem, Deoque odioſam. Quam igitur ob cauſam hoc tantum malum ſponte quis eligit? Reſpondetis, hominem ſupe-

ἥττων ὃς ἂν ᾖ, φατὲ, τῶν ἡδονῶν. οὐκοῦν καὶ τοῦτο ἀκούσιον, εἴπερ τὸ νικᾶν ἑκούσιον. ὥστε ἐκ παντὸς τρόπου τόγε ἀδικεῖν, ἀκούσιον ὁ λόγος αἱρεῖ· καὶ δεῖν ἐπιμέλειαν τῆς νῦν πλείω ποιεῖσθαι πάντ' ἄνδρα ἰδίᾳ θ' ἅμα καὶ δημοσίᾳ ξυμπά- e.
σας τὰς πόλεις. ταῦτ' οὖν, ὦ Σώκρατες, ἐγὼ, ὅταν ἀκούω σοῦ θαμὰ λέγοντος, καὶ μάλα ἄγαμαι, καὶ θαυμαστῶς ὡς ἐπαινῶ. καὶ ὁπόταν αὖ ὁρῇς τὸ ἐφεξῆς τούτῳ, τοὺς ἀσκοῦντας μὲν τὰ σώματα, τῆς δὲ ψυχῆς ἠμεληκότας, ἕτερόν τι πράττειν τοιοῦτον, τοῦ μὲν ἄρξοντος ἀμελεῖν, περὶ δὲ τὸ ἀρξόμενον ἐσπουδακέναι· καὶ ὅταν λέγῃς ὡς ὅτῳ τὶς μὴ ἐπίσαται χρῆσθαι, κρεῖττον ἐᾷν τὴν τούτου χρῆσιν. εἰ δή τις μὴ ἐπίσαται ὀφθαλμοῖς χρῆσθαι μηδὲ ὠσὶν, μηδὲ ξύμπαντι τῷ σώματι, τούτῳ μήτε ἀκούειν, μήθ' ὁρᾶν, μήτ' ἄλλην χρείαν μηδεμίαν χρῆσθαι τῷ σώματι κρεῖττον ἢ ὁπηοῦν χρῆσθαι. καὶ δὴ καὶ περὶ τέχνην ὡσαύτως. ὅστις γὰρ ἂν δὴ μὴ ἐπίσα- p.
ται τῇ ἑαυτοῦ λύρᾳ χρῆσθαι, δῆλον ὡς οὐδὲ τῇ τοῦ γείτονος· 408
οὐδὲ ὅστις μὴ τῇ τῶν ἄλλων, οὐδὲ τῇ ἑαυτοῦ, οὐδ' ἄλλῳ a.
τῶν ὀργάνων οὐδὲ κτημάτων οὐδενί. καὶ τελευτᾷ δὴ καλῶς ὁ

ratum voluptatibus id ſubire. Nonne ſuperari, praeter voluntatem eſt, quandoquidem ex voluntate eſt ſuperare? Quapropter iniuſte agere, praeter voluntatem eſſe, omnino ratio convincit. Diligentiorem itaque curam, quam ſolet, adhibere, & viros omnes privatim & publice civitates decet. Quoties iſta, Socrates, audio te dicentem, mirum in modum delector ac laudo, idemque facio, cum ea, quae ſequuntur, auſculto. Addis enim, eos, quicunque corpus quidem exercent, animum vero negligunt, quod natura ſubiectum eſt, colere; ſpernere vero, quod imperat. Item unicuique uſum eius rei, qua uti neſcit, relinquere. Illi vero, qui oculis, auribus, toto corpore neſcit uti, praeſtare neque videre, neque audire, neque aliter uti corpore, quam uti. Similiter & in artibus. Quicunque enim lyra propria uti neſcit, patet, ut ipſe ais, quod neque alterius lyra ſcit uti: & qui aliena neſcit uti, neſcit & ſua: eademque eſt de ceteris inſtrumentis & poſſeſſionibus ratio.

λόγος οὗτος σοὶ, ὡς ὅστις ψυχῇ μὴ ἐπίσταται χρῆσθαι, τούτῳ τὸ ἀγειν ἡσυχίαν τῇ ψυχῇ καὶ μὴ ζῆν, κρεῖττον ἢ ζῆν, πράττοντι καθ' αὑτόν. εἰ δέ τις ἀνάγκη ζῆν εἴη, δούλῳ ἀμεινον ἢ ἐλευθέρῳ διάγειν τῷ τοιούτῳ τὸν βίον. ἔσιν ἄρα καθάπερ
b. πλοίου παραδιδόναι τὰ πηδάλια τῆς διανοίας ἄλλῳ, τῷ μαθόντι τὴν τῶν ἀνθρώπων κυβερνητικήν· ἣν δὴ σὺ πολιτικὴν, ὦ Σώκρατες, ὀνομάζεις πολλάκις· τὴν αὐτὴν δὴ ταύτην δικαστικήν τε καὶ δικαιοσύνην ὡς ἔστι λέγων. τούτοις δὴ τοῖς λόγοις καὶ ἑτέροις τοιούτοις παμπόλλοις, καὶ παγκάλως λεγομένοις, ὡς διδακτὸν ἀρετὴ, καὶ πάντων ἑαυτοῦ δεῖ μάλιστα ἐπιμελεῖσθαι, σχεδὸν οὔτ' ἀντεῖπον πώποτε, οὔτ',
c. οἶμαι, μήποτε ὕστερον ἀντείπω· προτρεπτικωτάτους τε ἡγοῦμαι καὶ ὠφελιμωτάτους, καὶ ἀτεχνῶς ὥσπερ καθεύδοντας ἐπεγείρειν ἡμᾶς. προσεῖχον δὴ τὸν νοῦν τὸ μετὰ ταῦτα ὡς ἀκουσόμενος· ἐπανερωτῶν οὔτι σὲ τοπρῶτον, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ τῶν ἡλικιωτῶν τε καὶ συνεπιθυμητῶν, ἢ ἑταίρων σῶν, ἢ ὅπως δεῖ πρός σε περὶ αὐτῶν τὸ τοιοῦτον ὀνομάζειν.

Atque eo tandem praeclare tibi ſermo procedit, ut inferas, qui neſcit anima uti, praeſtare huic, ut otium agat anima, neque vivat, quam ut vivat, & ſui iuris in agendo ipſe ſit. Quem ſi qua neceſſitas cogit vivere, melius huic eſſe, ut ſervus vitam ducat, quam liber. Eſt autem hoc, tanquam navis, ita cogitationis gubernacula committere alteri cuiquam, qui gubernatoriam humanae vitae adeptus ſit diſciplinam, quam ſaepe tu, Socrates, Politicam vocas, eandemque iudiciariam & iuſtitiam. His ergo ſermonibus, aliiſque eiuſmodi multis atque praeclaris, virtutem afferentibus poſſe doceri, ſuique ipſius inprimis ſuſcipere curam iubentibus, nunquam ferme adverſatus ſum, neque, ut arbitror, in poſterum adverſabor. Perutiles enim ipſos exiſtimo, plurimumque ad exhortationem valere, & ad homines quaſi dormientes excitandos conducere. Adhibui itaque mentem, ut qui eſſem reliqua auditurus: percontatus ſum non te primum, o Socrates, ſed aequales tuos, vel contubernales, vel ſocios, vel quomodocunque aliter affectos tibi

τούτων γὰρ τοὺς τὶ μάλιστα εἶναι δοξαζομένους ὑπὸ σοῦ, πρώτους ἐπανηρώτων, συνθανόμενος τίς ὁ μετὰ ταῦτ' εἴη λόγος· καὶ κατά σε τρόπον τινὰ ὑποτείνων αὐτοῖς, Ὦ βέλ- d.
τιστοι, ἔφην, ὑμεῖς, πῶς ποτε νῦν ἀποδεχόμεθα τὴν Σωκράτους προτροπὴν ἡμῶν ἐπ' ἀρετήν; ὡς ὄντος μόνου τούτου, ἐπεξελθεῖν δὲ οὐκ ἐν τῷ πράγματι καὶ λαβεῖν αὐτὸ τελέως; ἀλλ' ἡμῖν παρὰ πάντα δὴ τὸν βίον ἔργον τοῦτ' ἔσαι, τοὺς μήπω προτετραμμένους προτρέπειν, καὶ ἐκείνους αὖ, ἑτέρους; ἢ δεῖ τὸν Σωκράτην καὶ ἀλλήλους ἡμᾶς τὸ μετὰ τοῦτ' ἐπανερωτᾶν, ὁμολογήσαντας τοῦτ' αὐτὸ ἀνθρώπῳ πρακτέον εἶναι, τί τοὐντεῦθεν; πῶς ἄρχεσθαι δεῖν φαμὲν δικαιοσύνης e.
πέρι μαθήσεως, ὥσπερ ἂν εἴτις ἡμᾶς προὔτρεπε τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, μηδὲν προνοοῦντας ὁρῶν, καθάπερ παῖδας, ὡς ἔστι τὶς γυμναστικὴ καὶ ἰατρική· κἄπειτα ὠνείδιζε, λέγων ὡς αἰσχρὸν πυρῶν μὲν καὶ κριθῶν καὶ ἀμπέλων ἐπιμέλειαν πᾶσαν ποιεῖσθαι, καὶ ὅσα τοῦ σώματος ἕνεκα διαπονούμεθά τε καὶ κτώμεθα, τούτου δ' αὐτοῦ μηδεμίαν τέχνην μηδὲ μηχανὴν, ὅπως ὡς βέλτιστον ἔσαι τὸ σῶμα, ἐξευρίσκειν,

oportet dicere: horum, inquam, eos ante alios, qui primi apud te habentur, interrogavi, quis post haec sermo potissimum sequeretur: ac more tuo, quodammodo ita praefatus quaestionem exposui: O viri optimi, quo pacto, inquam, Socraticas ad virtutem hortationes accipere deinde debemus? an quasi solum hoc exstet, prodire vero ad opus, remque perficere, minime? Atqui nostrum & hoc per omnem vitam erit officium, eos, qui nondum satis incitati sunt, provocare, atque ita semper invicem exhortari? An potius & Socratem, & nos ipsos, cum non negemus hoc ipsum agendum esse, sic inquirere decet: Quid posthac? unde iustitiae studium incipiemus? Si quis nos ad curandum corpus hortans, tanquam pueros, qui nequaquam advertunt, curam eius gymnasticam atque medicinam esse, obiurget, quod de tritico, & hordeo, & vitibus semper cogitemus, deque omnibus, quae corporis gratia quaesimus, artem vero & industriam, qua bonus corporis habitus

καὶ ταῦτα, οὖσαν. εἰ δ' ἐπανηρόμεθα τὸν ταῦτ' ἡμᾶς προ-
p. τρέποντα, λέγεις δὲ εἶναι τίνας ταύτας τὰς τέχνας; εἶπεν
409 a. ἂν ἴσως ὅτι γυμναστικὴ καὶ ἰατρική. καὶ νῦν δὴ τίνα φαμὲν εἶναι τὴν ἐπὶ τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ τέχνην, λεγέσθω. Ὁ δὴ δοκῶν αὐτῶν ἐρρωμενέστατος εἶναι, πρὸς ταῦτα ἀποκρινόμενος, εἰπέ μοι ταύτην τὴν τέχνην εἶναι ἥνπερ ἀκούεις σὺ λέγοντος, ἔφη, Σωκράτους, οὐκ ἄλλην ἢ δικαιοσύνην. Εἰπόντος δὲ μοῦ, μή μοι τὸ ὄνομα μόνον εἴπῃς, ἀλλὰ ὧδε· ἰατρική που τις λέγεται τέχνη· ταύτης δ' ἐστὶ διττὰ τὰ ἀποτε-
b. λούμενα· τὸ μὲν, ἰατροὺς ἀεὶ πρὸς τοῖς οὖσιν ἑτέρους ἐξεργάζεσθαι· τὸ δὲ, ὑγίειαν. ἔστι δὲ τούτων θάτερον, οὐκέτι τέχνη, τῆς τέχνης δὲ τῆς διδασκούσης τε καὶ διδασκομένης ἔργον, ὃ δὴ λέγομεν ὑγίειαν. καὶ τεκτονικῆς δὲ κατὰ ταυτὰ, οἰκία τε καὶ τεκτονική, τὸ μὲν, ἔργον, τὸ δὲ, δίδαγμα. τῆς δὴ δικαιοσύνης ὡσαύτως τὸ μὲν δικαίους ἕξω ποιεῖν, καθάπερ ἐκείνους τεχνίτας ἐκάστους· τὸ δ' ἕτερον, ὃ δύναται ποιεῖν ἡμῖν ἔργον ὁ δίκαιος, τί τοῦτο φαμὲν, εἰπέ. οὗτος μὲν, ὡς οἶμαι,

fiat, nullam inquiramus, cum tamen ſit aliqua: forte illum rogaremus, quas artes circa cultum corporis eſſe dicat. atque ille, ut arbitror, reſponderet, medicinam atque gymnaſticam: eodem pacto nunc, quam artem circa animae virtutem verſari cenſeamus, reſpondeat, quiſquis peritiſſimus horum ſibi videtur. Reſpondit ergo ad haec, artem hanc, quam ex Socrate audiviſti, nullam aliam, niſi iuſtitiam eſſe, ſcias. Tunc ego, Non ſolum, inquam, mihi nomen adducas, ſed ulterius ſic exponas. Medicina porro ars quaedam dicitur. ab hac duo fiunt: nam & medici ex medicis efficiuntur, & ſanitas reparatur. Alterum horum haud amplius ars aliqua eſt: artis autem docentis perceptaeque opus, quam dicimus ſanitatem. Ab architectura ſimiliter duo fiunt, aedificium videlicet & architectura: illud quidem opus, haec autem doctrina. Iuſtitiae quin etiam eſto, iuſtos alios facere, quemadmodum ſuperiores ſingulos artifices. Sed opus alterum, quod nobis vir iuſtus efficere poteſt, quid eſſe dicemus? declara. Reſpondit alius qui-

τὸ συμφέρον ἀπεκρίνατο· ἄλλος δὲ, τὸ δέον· ἕτερος δὲ, τὸ c.
ὠφέλιμον· ὁ δὲ, τὸ λυσιτελοῦν. ἐπανήειν δὴ ἐγὼ λέγων, ὅτι
καὶ ἐκεῖνά γε ὀνόματα ταῦτ' ἐστὶν ἐν ἑκάστῃ τῶν τεχνῶν, ὀρθῶς
πράττειν, λυσιτελοῦντα, ὠφέλιμα, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα.
ἀλλὰ πρὸς ὅ, τι ταῦτα πάντα τείνει, ἐρεῖ τὸ ἴδιον ἑκάστῃ
τέχνῃ. οἷον ἡ τεκτονικὴ, τὸ εὖ, τὸ καλῶς, τὸ δεόντως, ὥστε
τὰ ξύλινα φήσει σκεύη γίγνεσθαι· ἃ δὴ οὐκ ἔστι τέχνη. λεγέ-
σθω δὴ καὶ τὸ τῆς δικαιοσύνης ὡσαύτως. Τελευτῶν ἀπεκρί- d.
νατό τις, ὦ Σώκρατες, μοὶ, τῶν σῶν ἑταίρων (ὃς δὴ κομψότα-
τα ἔδοξεν εἰπεῖν) ὅτι τοῦτ' εἴη τὸ τῆς δικαιοσύνης ἴδιον ἔρ-
γον, ὃ τῶν ἄλλων οὐδεμιᾶς, φιλίαν ἐν ταῖς πόλεσι ποιεῖν.
οὗτος δ' αὖ ἐρωτώμενος, τὴν φιλίαν ἀγαθόν τ' ἔφη εἶναι, καὶ
οὐδέποτε κακόν. τὰς δὲ τῶν παίδων φιλίας καὶ τὰς τῶν θη-
ρίων, ἃς ἡμεῖς τοῦτο τοὔνομα ἐπονομάζομεν, οὐκ ἀπεδέχετο
εἶναι φιλίας, ἐπανερωτώμενος. συνέβαινε γὰρ αὐτῷ τὰ πλείω
τὰς τοιαύτας βλαβερὰς ἢ ἀγαθὰς εἶναι. φεύγων δὴ τὸ τοιοῦ- e.
τον, οὐδὲ φιλίας ἔφη τὰς τοιαύτας εἶναι, ψευδῶς δὲ ὀνομά-

dem, ut arbitror, conferens: alius, decens: alius, conducibile: alius, utile. At ego respondens obieci, in singulis artibus eadem haec nomina esse: cumque recte quid fit, utilia, conducibilia, & alia huius generis illic fieri dicique. Illud vero artis cuiusque proprium, ad quod haec respiciunt. quemadmodum in arte fabrili quod bene, pulchre, decenter se habere dicitur, illuc tendit, ut ex lignea materia apte supellectilia fiant: quae quidem ars minime sunt, sed artis opus. Dicatur similiter & iustitiae ipsius opus. Hic quidam ex tuis familiaribus, Socrates, respondit, & bellissime quidem loqui visus est. Opus iustitiae proprium, inquit, quod nullius alterius facultatis est, amicitiam in civitatibus parere. Ille rursus interrogatus, amicitiam esse bonum quoddam asseruit, malum vero nunquam. Cum vero interrogaretur de puerorum brutorumque benevolentiis, quas amicitias communiter appellamus, amicitias esse eas negavit, quippe cum saepius obsint, quam prosint: dixitque, illas falso amicitias nuncupari: veram autem

ζειν αὐτὰς τοὺς οὕτως ὀνομάζοντας. τὴν δὲ ὄντως καὶ ἀλη-
θῶς φιλίαν, εἶναι σαφέστατα ὁμόνοιαν. τὴν δὲ ὁμόνοιαν ἐρω-
τώμενος εἰ ὁμοδοξίαν εἶναι λέγοι, ἢ ἐπιστήμην· τὴν μὲν ὁμοδο-
ξίαν ἠτίμαζεν. ἠναγκάζοντο γὰρ πολλαὶ καὶ βλαβεραὶ γίγνε-
σθαι ὁμοδοξίαι ἀνθρώπων. τὴν δὲ φιλίαν, ἀγαθὸν ὡμολογήκει
πάντως εἶναι καὶ δικαιοσύνης ἔργον. ὥστε ταυτὸν ἔφησεν εἶ-
ναι ὁμόνοιαν καὶ ἐπιστήμην οὖσαν, ἀλλ' οὐ δόξαν. ὅτε δὴ ἐν-
P. ταῦθα ἦμεν τοῦ λόγου, ἀποροῦντες οἱ παρόντες, ἱκανοὶ ἦσαν
410 a. ἐπιπλήττειν τε αὐτῷ, καὶ λέγειν ὅτι περιδεδράμηκεν εἰς ταυ-
τὸν ὁ λόγος τοῖς πρώτοις· καὶ ἔλεγον ὅτι καὶ ἡ ἰατρικὴ, ὁμό-
νοιά τις ἐστὶ, καὶ ἅπασαι αἱ τέχναι, καὶ περὶ ὅτου εἰσὶν,
ἔχουσι λέγειν· τὴν δὲ ὑπὸ σοῦ λεγομένην δικαιοσύνην, ἣ ὁμό-
νοιαν, ὅπου τείνουσά ἐστι, διαπέφευγε, καὶ ἄδηλον αὐτῆς ὅ,
τι ποτ' ἐστὶ τὸ ἔργον. ταῦτα, ὦ Σώκρατες, ἐγὼ τελευτῶν καὶ
σὲ αὐτὸν ἠρώτων· καὶ εἶπες μοὶ δικαιοσύνης εἶναι, τοὺς μὲν
b. ἐχθροὺς βλάπτειν, τοὺς δὲ φίλους εὖ ποιεῖν. ὕστερον δὲ ἐφάνη
βλάπτειν γε οὐδέποτε ὁ δίκαιος οὐδένα· πάντα γὰρ ἐπ' ὠφε-
λείᾳ πάντας δρᾷν. ταῦτα δὲ οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς ἀλλὰ πολὺν

amicitiam esse procul dubio consensionem. Cum autem quaereretur, utrum assensionem illam vocaret opinionis, an scientiae concursum: opinionem quidem contemsit, quia concursus opinionum multi inter homines ac noxii sunt: amicitiam vero bonam omnino opusque iustitiae esse concesserat. Quare idem dixit esse consensionem & scientiam, non opinionem. Cum vero huc loquendo delati essemus, ambigui auditores adversus illum protinus inclamarunt, quod eodem sermo revolveretur: quoniam & medicina sit consensio quaedam, & artes reliquae, & circa quid versantur, declarare queant. At vero tua haec, quam dicis, iustitia, vel consensio, quo tendit ignorat, quodve opus sit, latet. Eadem abs te tandem quaesivi, Socrates: tu vero statim iustitiae opus esse dixisti, prodesse amicis, inimicos laedere. Deinde vero visus tibi est vir iustus nunquam laedere quemquam, sed prodesse in omnibus unicuique. Haec non semel tantum, o Socrates, aut bis tentata

δὴ ὑπομείνας χρόνον, καὶ λιπαρῶν, ἀπείρηκα· νομίσας τὲ τὸ μὲν προτρέπειν εἰς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν, κάλλιστ' ἀνθρώπων ἁπάντων δυοῖν δὲ θάτερον, ἢ τοσοῦτον μόνον δύνασθαι, μακρότερον δὲ οὐδὲν, ὃ γένοιτ' ἂν καὶ περὶ ἄλλην ἡντινασοῦν τέχνην· οἷον, μὴ ὄντα κυβερνήτην καταμελετῆσαι τὸν ἔπαινον περὶ αὐτῆς, ὡς c. πολλοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἀξίαν· καὶ περὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν ὡσαύτως. ταυτὸν δὴ καί σοι τὶς ἐπενέγκοι τάχ' ἂν περὶ δικαιοσύνης, ὡς οὐ μᾶλλον ὄντι δικαιοσύνης ἐπιστήμονι, διότι καλῶς αὐτὴν ἐγκωμιάζεις. οὐ μὴν τόγε ἐμὸν οὕτως ἔχει. δυοῖν δὲ θάτερον, ἢ οὐκ εἰδέναι σὲ, ἢ οὐκ ἐθέλειν αὐτῆς ἐμοὶ κοινωνεῖν. διὰ ταῦτα δὴ καὶ πρὸς Θρασύμαχον, οἶμαι, πορεύσομαι, καὶ ἄλλοσε ὅπη δύναμαι, ἀπορῶν· ἐπεὶ εἴγ' ἐθέλοις σὺ τούτων μὲν ἤδη παύσασθαι πρὸς ἐμὲ τῶν λόγων τῶν προτρε- d. πτικῶν. οἷον δὲ, εἰ περὶ γυμναστικῆς προτετραμμένος ἦς τοῦ σώματος δεῖν μὴ ἀμελεῖν, τὸ ἐφεξῆς ἂν τῷ προτρεπτικῷ λόγῳ ἔλεγες, οἷον τὸ σῶμά μου φύσει ὂν οἵας θεραπείας δεῖ-

sunt: sed cum diu supplex vos secutus fuerim, denique defessus sum, existimans, te ad inflammandos homines, ut studium virtutis capessant, ceteris esse vehementiorem. E duobus vero alterutrum necesse est. aut enim eatenus tantum vales, ultrà vero nihil, quod quidem in quavis arte contingere potest: ceu in arte gubernatoria fieri potest, ut, qui gubernare nescit, excogitaverit aliquas eius artis laudes, quibus ad eam homines provocet, quasi digniſſima sit: & in ceteris artibus eodem modo. Idem fortasse tibi quis tribuet, quasi nihilo magis iustitiam ipsam cognoscas, etsi praeclare eam laudas. Ego autem non sic existimo. e duobus enim alterum inquam: aut nescire te arbitror, aut nolle mecum communicare. Quamobrem ad Thrasymachum, ut opinor, me conferam, & alio, quocunque potero, spera veroque a dubitationibus liberari. Neque vero alio me conferrem, si velles ipse exhortationibus istis quandoque facere finem. Porro quemadmodum si me iam satis ad curam corporis, quae gymnasticae est, incitasses, post exhortationem huiusmodi aperires mihi, qualis mei corporis es-

ται· καὶ νῦν δὴ ταυτὸν γιγνέσθω. θὲς, τὸν Κλειτοφῶντα ὁμολογοῦντα ὡς ἔστι καταγέλαστον τῶν μὲν ἄλλων ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, ψυχῆς δὲ, ἧς ἕνεκα τἄλλα διαπονούμεθα,
e. ταύτης ἠμεληκέναι. καὶ τἄλλα πάντα οἷον μὲ νῦν οὕτως εἰρηκέναι τὰ τούτοις ἑξῆς, ἃ καὶ νῦν δὴ διῆλθον· καὶ σοῦ δεόμενος λέγω μηδαμῶς ἄλλως ποιεῖν· ἵνα μὴ, καθάπερ νῦν, τὰ μὲν ἐπαινῶ σε πρὸς Λυσίαν καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους, τὰ δέ τι καὶ ψέγω. μὴ μὲν γὰρ προτετραμμένῳ σὲ ἀνθρώπῳ, ὦ Σώκρατες, ἄξιον εἶναι τοῦ παντὸς φήσω· προτετραμμένῳ δὲ, σχεδὸν καὶ ἐμπόδιον τοῦ πρὸς τέλος ἀρετῆς ἐλθόντα, εὐδαίμονα γενέσθαι.

set affectio, & quali curatione indigeret: ita in praesentia facito. pone, Clitophonem tibi concedere, ridiculum esse, ut in aliis rebus quis studium ponat; animam vero, cuius gratia in ceteris laboratur, negligat, & alia, quaecunque post haec sequuntur, & dicta modo sunt, retulisse me puta. Obsecro te, Socrates, ne aliter facias, ne, quemadmodum nunc, ita & posthac coram Lysia ceterisque hominibus, partim quidem laudare te, partim vero vituperare necesse sit. Ei namque, qui nondum ad virtutem sit provocatus, conferre te plurimum asseram: persuaso autem contra, impedimento esse te propemodum, quo minus ad virtutis finem perveniens, beatus efficiatur.

# ΟΡΟΙ

## DEFINITIONES

*Sebaſtiano Corrado interprete.*

ΑΙΔΙΟΝ, τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὂν, καὶ p.
νῦν μὴ διεφθαρμένον. Θεὸς, ζῶον ἀθάνατον, αὐταρκες πρὸς 411
εὐδαιμονίαν· οὐσία ἀΐδιος, τῆς ταγαθοῦ φύσεως αἰτία. Γένε- a.
σις, κίνησις εἰς οὐσίαν· μετάληψις οὐσίας· πόρευσις εἰς τὸ
εἶναι. Ἥλιος, πῦρ οὐράνιον· ὃ μόνον ἀπ' ἠοῦς μέχρι δείλης
τοῖς αὐτοῖς ἐσιν ὁραθῆναι· ζῶον ἀΐδιον, ἔμψυχον· ἄστρον ἡμε- b.
ροφανὲς, τὸ μέγιστον. Χρόνος, ἡλίου κίνησις, μέτρον φορᾶς.
Ἡμέρα, ἡλίου πορεία ἀπ' ἀνατολῶν εἰς δυσμάς. Φῶς, τοὐν-
αντίον νυκτί. Ἕως, ἡμέρας ἀρχή· τὸ πρῶτον φῶς ἀπὸ τοῦ
ἡλίου. Μεσημβρία, χρόνος ἐν ᾧ τῶν σωμάτων αἱ σκιαὶ ἐλα-

AETERNITAS eſt, quae per omne tempus ante fuit, nec in praeſentia finitur. Deus animal immortale, ad beate vivendum ſe ipſo contentum: vis ſempiterna, & bonae naturae cauſa. Ortus, motio ad eam naturam, quae οὐσία dicitur: naturae adeptio: eo, ubi poſſit eſſe, profectio. Sol, coeleſtis ignis, qui ſolus ab ortu uſque ad occaſum idem videri poteſt: animal aeternum, & animatum: aſtrum maximum de die lucens. Tempus, ſolis motus: menſura coeleſtis converſionis. Dies, ſolis ab oriente ad occidentem iter. Lux, id, quod nocti eſt contrarium. Aurora, diei principium: prima lux a ſole proficiſcens. Meridies, tempus, in quo corporum um-

χίσου μήκους κοινωνοῦσι. Δείλη, ἡμέρας τελευτή. Νὺξ, σκότος τοὐναντίον ἡμέρᾳ· ἡλίου ϛέρησις. Τύχη, φορὰ ἐξ ἀδήλου εἰς ἄδηλον, καὶ ἐκ τοῦ αὐτομάτου· αἰτία δαιμονίας πράξεως.

c. Γῆρας, φθίσις ἐμψύχου ὑπὸ χρόνου γιγνομένη. Πνεῦμα, κίνησις ἀέρος περὶ τὴν γῆν. Ἀὴρ, στοιχεῖον οὗ πᾶσαι αἱ κατὰ τόπον κινήσεις, κατὰ Φύσιν εἰσίν. Οὐρανὸς, σῶμα περιέχον πάντα τὰ αἰσθητὰ, πλὴν αὐτοῦ τοῦ ἀνωτάτου ἀέρος. Ψυχὴ, τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν· αἰτία κινήσεως ζωτικῆς ζώων. Δύναμις, τὸ καθ' αὑτὸ ποιητικόν. Ὄψις, ἕξις διακριτικὴ σωμάτων. Ὀστοῦν, μυελὸς ὑπὸ θερμοῦ παγείς. Στοιχεῖον, τὸ συνάγον καὶ διαλύον τὰ σύνθετα. Ἀρετὴ, διάθεσις ἢ βελτίϛη ἕξις

d. ἐμψύχου ζώου, καθ' αὐτὴν ἐπαινετή· ἕξις, καθ' ἣν τὸ ἔχον, ἀγαθὸν λέγεται. Κοινωνία, νόμων δικαία διάθεσις, καθ' ἣν τὸ ἔχον, διακείμενον τελείως, σπουδαῖον λέγεται· ἕξις, ποιητικὴ εὐνομίας. Φρόνησις, δύναμις ποιητικὴ καθ' αὐτὴν τῆς ἀνθρώπου εὐδαιμονίας· ἐπιϛήμη ἀγαθῶν καὶ κακῶν· ἐπιϛήμη ποιητικὴ εὐδαιμονίας· διάθεσις καθ' ἣν κρίνομεν τί πρακτέον

brae ſunt minimae. Occaſus, diei finis. Nox, tenebrae, diei contrariae: ſolis privatio. Fortuna, ex incerto ad incertum tranſitus, & felicis actionis fortuita cauſa. Senectus, animati defectio, a tempore facta. Spiritus, aëris circum terram motus. Aër, elementum, cuius omnes motus in loco facti, ſecundum naturam ſunt. Coelum, corpus, omnia, quae ſenſu percipiuntur, praeter ipſum aërem ſummum, complectens. Animus, id, quod ipſum ſe ipſum movet: cauſa motus vitalis animalium. Potentia, id, quod per ſeſe facit. Aſpectus, habitus corpora diſcernens. Os, medulla calore concreta. Elementum, id, quod componit, & compoſita diſſolvit. Virtus, affectio animi, vel optimus mortalis animalis habitus, ſponte ſua laudabilis: habitus, quem qui tenet, bonus dicitur. Communitas, legum iuſta diſpoſitio, quam quicunque eſt adeptus, ſi modo ſit optime affectus, honeſtus appellatur: habitus bonas legum lationes efficiens. Prudentia, vis, quae per ſe homini felicitatem comparat: ſcientia rerum bonarum & ma-

καὶ τί οὐ πρακτέον. Δικαιοσύνη, ἐμόνοια τῆς ψυχῆς πρὸς αὐτὴν, καὶ εὐταξία τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν πρὸς ἄλληλά τε καὶ περὶ ἄλληλα· ἕξις διανεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάςῳ· ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων προαιρετικός ἐςι τῶν φαινομένων αὐτῷ δικαίων· ἕξις ἐν βίῳ, νόμου ὑπήκοος· ἰσότης κοινωνική· ἕξις ὑπηρετικὴ ὀρθῶν νόμων. Σωφροσύνη, μετριότης τῆς ψυχῆς περὶ τὰς ἐν αὐτῇ κατὰ φύσιν γιγνομένας ἐπιθυμίας τε καὶ ἡδονάς· εὐαρμοστία καὶ εὐταξία ψυχῆς πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἡδονὰς καὶ λύπας· συμφωνία ψυχῆς πρὸς τὸ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι· αὐτοπραγία κατὰ φύσιν· εὐταξία ψυχῆς, λογιστικὴ ὁμιλία ψυχῆς περὶ καλῶν καὶ αἰσχρῶν· ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων, αἱρετικός ἐςι καὶ εὐλαβητικὸς ὧν χρή. Ἀνδρεία, ἕξις ψυχῆς ἀκίνητος ὑπὸ φόβου· θάρσος πολεμικόν· ἐπιστήμη τῶν κατὰ πόλεμον πραγμάτων· ἐγκράτεια ψυχῆς πρὸς τὰ φοβερὰ καὶ δεινά· τόλμα ὑπηρετικὴ φρονήσεως· εὐθαρσία ἐπὶ θανάτου e. p. 412 a.

larum: ſcientia, quae dat felicitatem: habitus, quo iudicamus, quid faciendum ſit, & quid fugiendum. Iuſtitia, animi in ſe ipſo concordia, & in ipſius animi partibus inter ſe & ſecum ordinis conſervatio: habitus, ſuam cuique tribuens dignitatem: habitus, quem qui conſecutus eſt, eligit facitque libenter ea, quae iuſta ſibi videntur: habitus, in vita legi parens: aequitas communicans: habitus, rectis legibus obediens. Temperantia, animi moderatio ad eas cupiditates & voluptates, quae in ipſo natura fiunt, moderandas accommodata: congruens modus, & rectus animi ordo ad naturales voluptates & dolores ſedandos: concentus animi quidam & conſenſus ad imperandum, & parendum: actio, ſua ſponte naturae congruenter agens: ordo rectus animi: animi quaſi ſermo, de rebus honeſtis & turpibus ratiocinans: habitus, quo qui praeditus eſt, eligit, quae ſunt eligenda, & cavet, quae ſunt cavenda. Fortitudo, habitus animi, qui nullo metu moveri poteſt: magnanimitas bellica: rerum bellicarum ſcientia: conſtantia & firmitas animi in his rebus, quae formidoloſae graveſque ſunt, obeundis: fidentia, prudentiae obtemperans: praeſtans animi

προσδοκία· ἕξις διαφυλακτικὴ διαλογισμῶν ὀρθῶν ἐν κινδύνοις· ῥώμη πρὸς κίνδυνον ἀντίρροπος· ῥώμη καρτερικὴ πρὸς ἀρετήν· ἠρεμία ψυχῆς περὶ τὰ δεινὰ καὶ θαρσαλέα κατὰ τὸν ὀρθὸν λό-
b. γον φαινόμενα· σωτηρία δογμάτων ἀδήλων περὶ τὰ δεινά, καὶ ἐμπειρία πολέμου· ἕξις ἐμμενητικὴ νόμου. Ἐγκράτεια, δύναμις ὑπομονητικὴ λύπης· ἀκολούθησις τοῦ ὀρθοῦ λογισμοῦ· δύναμις ἀνυπέρβλητος τοῦ ὑπολιφθέντος τῷ ὀρθῷ λογισμῷ. Αὐτάρκεια, τελειότης κτήσεως ἀγαθῶν· ἕξις καθ' ἣν οἱ ἔχοντες, αὐτοὶ αὐτῶν ἄρχουσιν. Ἐπιείκεια, δικαίων καὶ συμφερόντων ἐλάττωσις· μετριότης ἐν συμβολαίοις, εὐταξία ψυχῆς λογιστικῆς
c. πρὸς τὰ καλὰ καὶ αἰσχρά. Καρτερία, ὑπομονὴ λύπης, ἕνεκα τοῦ καλοῦ· ὑπομονὴ πόνων, ἕνεκα τοῦ καλοῦ. Θάρσος, ἀπροσδοκία κακοῦ· ἀνεκπληξία διὰ κακοῦ παρουσίαν. Ἀλυπία, ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπτωτοι ἐσμὲν εἰς λύπας. Φιλοπονία, ἕξις ἀποτελεσικὴ οὗ ἂν προέληται· καρτερία ἑκούσιος· ἕξις ἀδιάβλητος πρὸς πόνον. Αἰδὼς, τολμήσεως ὑποχώρησις ἑκουσία δικαίως,

robur in mortis exſpectatione: habitus, rectas cogitationes in periculis conſervans: robur periculo par: robur, conſtanter ad virtutem tendens: tranquillitas animi in his rebus, quae graves horribileſque iure videntur: incertarum opinionum de rebus adverſis liberatio, & belli experientia: habitus ſtabilis, legi parens. Conſtantia, vis dolorem ſuſtinens, rectae rationis comes: vis invicta eius, quod recta cogitatione comprehenſum eſt. Beatitudo, perfectio poſſeſſionis bonorum: habitus, quem qui habent, ipſi ſibi ipſis imperant. Aequitas, rerum iuſtarum & utilium diminutio: in commerciis moderatio: ordo rectus animi, ratione utentis ad honeſta & turpia. Tolerantia, perpeſſio malorum propter honeſtatem: habitus perferendi labores, honeſtatis cauſa. Fidentia, nullius mali exſpectatio: firmitas in malo praeſenti. Hilaritas, habitus, qui prohibet, ne nos in moerores delabamur. Studium laborandi, habitus, id, quod prius faciendum ſumſeris, perficiens: perpeſſio voluntaria, habitus laborem nunquam reprehendens. Pudor, audaciae ceſſio voluntaria, iuſte ei, quod optimum vi-

καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον φανὲν· καταλαβὴ ἑκουσίου τοῦ βελτίστου· εὐλάβεια ὀρθοῦ ψόγου. Ἐλευθερία, ἡγεμονία βίου, αὐτοκράτεια ἐπὶ παντί· ἐξουσία τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἐν βίῳ· ἀφειδία ἐν χρήσει καὶ ἐν κτήσει οὐσιας. Ἐλευθεριότης, ἕξις πρὸς τὸ χρηματίζεσθαι ὡς δεῖ· πρόσθεσις ἢ κτῆσις οὐσίας ὡς χρή. Πραότης, κατάστασις κινήσεως τῆς ὑπ' ὀργῆς· κρᾶσις ψυχῆς σύμμετρος. Κοσμιότης, ὕπειξις ἑκούσιος πρὸς τὸ φανὲν βέλτιστον· εὐταξία περὶ κίνησιν σώματος. Εὐδαιμονία, ἀγαθὸν ἐκ πάντων ἀγαθῶν συγκείμενον· δύναμις αὐτάρκης πρὸς τὸ εὖ ζῆν· τελειότης κατ' ἀρετὴν, ὠφέλεια αὐτάρκης ζώου. Μεγαλοπρέπεια, ἀξίωσις κατὰ λογισμὸν ὀρθὸν τὸν σεμνότατον. Ἀγχίνοια, εὐφυΐα ψυχῆς, καθ' ἣν ὁ ἔχων στοχαστικός ἐστιν ἑκάστῳ τοῦ δέοντος· ὀξύτης νοῦ. Χρηστότης, ἤθους ἁπλαστία μετ' εὐλογίας· ἤθους σπουδαιότης. Καλοκαγαθία, ἕξις προαιρετικὴ τῶν βελτίστων. Μεγαλοψυχία, χρῆσις τοῖς συμβαίνουσιν ἀσείκ· μεγαλοπρέπεια ψυχῆς μετὰ λόγου. Φιλανθρωπία, ἕξις εὐάγωγος ἤθους d. e.

detur, locum dans: optimi comprehenſio voluntarie facta: iuſtae reprehenſionis vitatio. Libertas, vitae principatus: ſumma in ſe ipſo cuiuslibet rei poteſtas: in unoquoque ſita poteſtas vivendi, ut velit: libera facultas opibus uſu & poſſeſſione fruendi. Liberalitas, affectio & ſtudium lucrandi, ut decet: acceſſio vel poſſeſſio divitiarum iuſta. Manſuetudo, ſedatio motus, qui ab ira ſolet excitari: temperatio animi moderata. Venuſtas, voluntarius ad id, quod optimum videtur, acceſſus: modeſtia in corporis motu. Felicitas, bonum ex omnibus bonis compoſitum: vis, ad bene vivendum ſe ipſa contenta: perfectio a virtute profecta: auxilium animalis per ſe ſatis idoneum. Magnificentia, amplitudo a graviſſima mentis agitatione & propoſitione profecta. Induſtria, bona indoles animi, quam qui habet, ſollers eſt ad id omne, quod opus ſit, excogitandum: acumen mentis. Bonitas, morum cum beneficentia integritas: morum ardens ſtudium. Honeſtas, habitus, quem qui habet, cupide & libenter, quae honeſta ſunt, facit. Magnitudo animi, uſus in his, quae accidunt, civilis: magnificentia animi cum

πρὸς ἀνθρώπου φιλίαν· ἕξις εὐεργετικὴ ἀνθρώπων. Εὐσέβεια, δικαιοσύνη περὶ θεούς· δύναμις θεραπευτικὴ θεῶν· ἑκούσιος
p. περὶ θεῶν τιμῆς ὑπόληψις· ὀρθὴ ἐπιστήμη τῆς περὶ θεῶν τιμῆς.
413 Ἀγαθὸν, τὸ αὐτοῦ ἕνεκεν. Ἀφοβία, ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπτω-
a. τοι ἐσμὲν εἰς φόβους. Ἀπάθεια, ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπτωτοι ἐσμὲν εἰς πάθη. Εἰρήνη, ἡσυχία ἐπ' ἐχθρας πολεμικάς. Ῥαθυμία, ῥαχώνη ψυχῆς· ἀπάθεια τοῦ θυμοειδοῦς. Δεινότης, διάθεσις, καθ' ἣν ὁ ἔχων, σοχαστικός ἐστι τοῦ ἰδίου τέλους. Φιλία, ὁμόνοια ὑπὲρ καλῶν καὶ δικαίων· προαίρεσις βίου τοῦ αὐτοῦ· ὁμοδοξία περὶ προαιρέσεως καὶ πράξεως· ὁμόνοια περὶ
b. βίου κοινωνίαν, μετ' εὐνοίας· κοινωνία τοῦ εὖ ποιῆσαι καὶ παθεῖν. Εὐγένεια, ἀρετὴ εὐγενοῦς ἤθους· εὐαγωγία ψυχῆς πρὸς λόγους καὶ πράξεις. Αἵρεσις, δοκιμασία ὀρθή. Εὔνοια, αἵρεσις· ἀνθρώπου πρὸς ἄνθρωπον ἀσπασμός. Οἰκειότης, ταυτοῦ γένους κοινωνία. Ὁμόνοια, κοινωνία τῶν ὄντων ἁπάντων·

ratione. Humanitas, morum habitus ad hominis amicitiam valde propenſus: habitus, in homines beneficia conferens. Pietas, iuſtitia erga Deos: virtus Deos colens: voluntaria religionis Deorum ſuſceptio: recta cultus Deorum ſcientia. Bonum, quod ſua ipſius cauſa appetitur. Securitas, habitus nos a timore prohibens. Vacuitas perturbationum, habitus id agens, ne nos in perturbationes incidamus. Pax, hoſtilium contentionum quies. Deſidia, otium animi: impetus animi vacuitas. Sollertia, habitus, quem qui habet, idoneus eſt ad proprium finem coniectura conſequendum. Amicitia, de rebus honeſtis & iuſtis voluntatum conſenſio: electio vitae eiuſdem conſiderata: de eligendo & faciendo opinionum conſenſus: voluntatum ad vitae communitatem cum benevolentia coniunctio: dandi & accipiendi beneficii communitas. Generoſitas, generoſi moris virtus: animi ad rationes & actiones facilis inductio. Haereſis, recta comprobatio. Benevolentia, electio: complexus, hominem cum homine copulans. Cognatio, eiuſdem generis communio. Concordia, rerum omnium, quae vere ſint, communitas: ſententiarum & opinionum

συμφωνία νοημάτων καὶ ὑπολημμάτων. Ἀγάπησις, ἀπόδειξις παντελής. Πολιτικὴ, ἐπιστήμη καλῶν καὶ συμφερόντων· ἐπιστήμη ποιητικὴ δικαιοσύνης ἐν πόλει. Ἑταιρεία, φιλία κατὰ c.
συνήθειαν ἐν τοῖς καθ' ἡλικίαν γεγενημένοις. Εὐβουλία, ἀρετὴ λογισμοῦ σύμφυτος. Πίστις, ὑπόληψις ὀρθὴ τοῦ οὕτως ἔχειν ὡς αὐτῷ φαίνεται· βεβαιότης ἤθους. Ἀλήθεια, ἕξις ἐν καταφάσει καὶ ἀποφάσει· ἐπιστήμη ἀληθῶν. Βούλησις, ἔφεσις μετὰ λόγου ὀρθοῦ· ὄρεξις εὔλογος· ὄρεξις μετὰ λόγου κατὰ φύσιν. Συμβούλευσις, παραίνεσις ἑτέρῳ πρὸ πράξεως, τίνα δεῖ τρόπον πράττειν. Εὐκαιρία, χρόνου ἐπίταξις, ἐν ᾧ χρὴ παθεῖν ἢ ποιῆσαι. Εὐλάβεια, φυλακὴ κακοῦ· ἐπιμέλεια φυλακῆς. d.
Τάξις, ἐργασίας ὁμοιότης τῶν πρὸς ἄλληλα πάντων ὄντων· συμμετρία κοινωνίας· αἰτία τῶν πρὸς ἄλληλα πάντων ὄντων· συμμετρία πρὸς τὸ μαθεῖν. Πρόσεξις, συντονία ψυχῆς πρὸς τὸ καταμαθεῖν. Εὐφυΐα, τάχος μαθήσεως· γέννησις φύσεως ἀγαθή· ἀρετὴ ἐν φύσει. Εὐμάθεια, εὐφυΐα ψυχῆς πρὸς τά-

quasi concentus. Comitas, demonstratio perfecta. Civilis scientia, rerum honestarum & utilium scientia: scientia iustitiam in civitate constituens. Sodalitas, amicitia inter aequales consuetudine conciliata. Consilium bonum, vis cogitationis innata. Fides, opinio recta, rem ita, ut ipsi videtur, habere: certa veri comprehensio. Veritas, habitus, qui in affirmatione & negatione versatur: rerum verarum scientia. Voluntas, desiderium recta cum ratione: appetitio rationi consentanea: appetitio naturalis cum ratione. Consilii datio, admonitio ante actionem, alteri praescribens, quomodo agere oporteat. Occasio, temporis praescriptio, in quo pati vel agere oporteat. Cautio, mali declinatio: cura conservandi sui. Ordo, actionis rerum omnium, quae inter se connectuntur, similitudo: communitatis proportio: rerum omnium, quae inter se comparantur, causa: proportio ad discendum accommodata. Attentio, animi ad perdiscendum contentio. Indoles bona, discendi celeritas: procreatio naturae bona: virtus naturalis. Docilitas, indoles animi ad discendi celeritatem. Iudicium, ever-

χος μαθήσεως. Δίκη, ἀπόφασις κυρία περὶ ἀμφισβητουμένου πράγματος. Νόμος, ἀμφισβήτησις περὶ τοῦ ἀδικεῖν, ἢ μή.
e. Εὐνομία, πειθαρχία νόμων σπουδαίων. Εὐφροσύνη, ἐπὶ τοῖς τοῦ σώφρονος ἔργοις χαρά. Τιμὴ, δόσις ἀγαθῶν ἐν ταῖς δι' ἀρετὴν πράξεσι διδομένων· ἀξίωμα ἀπ' ἀρετῆς· σχῆμα σεμνότητος, τήρησις ἀξιωμάτων. Προθυμία, ἐμφανισμὸς προαιρέσεως πρακτικῆς. Χάρις, εὐεργεσία ἑκούσιος· ἀπόδοσις ἀγαθοῦ ὑπουργίας ἐν καιρῷ. Ὁμόνοια, δόξα ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, ὡς δεῖ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. Πολιτεία, κοινωνία πλήθους ἀνθρώπων, αὐτάρκης πρὸς εὐδαιμονίαν· κοινωνία πλήθους ἔννομος. Πρόνοια, παρασκευὴ πρὸς μέλλοντα τινά.
p. 414 a. Βουλὴ, σκέψις περὶ τῶν μελλόντων ὡς συμφέρει. Νίκη, δύναμις κρατητικὴ περὶ ἀγωνίαν. Εὐπορία, εὐκρίνεια κρατητικὴ τοῦ λογιζομένου. Δωρεὰ, ἀλλαγὴ χάριτος. Καιρὸς, χρόνου ἀκμὴ πρὸς τὸ συμφέρον· χρόνος ἀγαθοῦ τινος συνεργός. Μνήμη, διάθεσις ψυχῆς, φυλακτικὴ τῆς ἐν αὐτῇ ὑπαρχού-

tus rei, de qua ambigebatur, ratus. Lex, de rebus iuſtis vel iniuſtis diſceptatio. Legum recta inſtitutio, in legibus honeſtis obtemperatio. Laetitia, in temperantiae operibus gaudium. Honor, bonorum, quae in virtutis actionibus dantur, donatio: dignitas, ex virtute comparata: gravitatis ſpecies: auctoritatis conſervatio. Alacritas, voluntatis ad agendum propenſae ſignificatio. Gratia, beneficentia voluntaria: in officii tribuendi tempore boni remuneratio. Conſenſio, imperantium & parentium opinio, imperandum & parendum eſſe. Reſpublica, multitudinis hominum communitas, ſe ipſa ad bene vivendum contenta: communitas multitudinis legibus conſtituta. Providentia, ad quaedam futura praeparatio. Conſilium, de rebus futuris, ut expedit, conſideratio. Victoria, vis in certamine ſuperans. Perſpicientia, facultas eius, quod cogitatur, aſſequendi. Donum, gratiae commercium. Maturitas, ad rem utilem temporis occaſio: tempus, ad aliquid boni conficiendum ſimul adiuvans. Memoria, affectio animi, veritatem, quae in ipſo eſt, cuſtodiens. Conſideratio, cogitationis conten-

σης ἀληθείας. Ἔννοια, συντονία διανοίας. Νόησις, ἀρχὴ ἐπι-
στήμης. Ἁγνεία, εὐλάβεια τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς ἁμαρτημά- b.
των· τῆς θεοῦ τιμῆς κατὰ φύσιν θεραπεία. Μαντεία, ἐπιστή-
μη προδηλωτικὴ πράξεως, ἄνευ ἀποδείξεως. Μαντικὴ, ἐπι-
στήμη θεωρητικὴ τοῦ ὄντος καὶ μέλλοντος ζώῳ θνητῷ. Σο-
φία, ἐπιστήμη ἀνυπόθετος· ἐπιστήμη τῶν ἀεὶ ὄντων· ἐπιστήμη
θεωρητικὴ τῆς τῶν ὄντων αἰτίας. Φιλοσοφία, τῆς τῶν ὄντων
ἀεὶ ἐπιστήμης ὄρεξις· θεωρητικὴ τοῦ ἀληθοῦς, πῶς ἀληθές· ἐπι-
μέλεια ψυχῆς μετὰ λόγου ὀρθοῦ. Ἐπιστήμη, ὑπόληψις ψυ-
χῆς ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου· δύναμις ὑποληπτικὴ περὶ τινὸς c.
ἢ τινῶν, ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου· λόγος ἀληθὴς ἐπὶ διανοίᾳ
ἀμετάπτωτος. Δόξα, ὑπόληψις μετὰ πίστεως ὑπὸ λόγου· λο-
γιστικὴ φορά· διάνοια ἐμπίπτουσα εἰς ψεῦδος καὶ ἀληθὲς ὑπὸ
λόγου. Αἴσθησις, ψυχῆς φορά· νοῦ κίνησις· ψυχῆς διὰ σώ-
ματος εἰσάγγελσις εἰς ὥρας ἀνθρώπων, ἀφ' ἧς γίγνεται ψυ-
χῆς ἄλογος δύναμις γνωριστικὴ διὰ σώματος. Ἕξις, διάθεσις
ψυχῆς, καθ' ἣν ποιοί τινες λεγόμεθα. Φαντὴ, ῥεῦμα διὰ σό-

tio. Intelligentia, ſcientiae principium. Caſtimonia, vitiorum, quae Deos offendunt, cautio: cultus Deorum cura naturalis. Vaticinatio, ſcientia ſine demonſtratione, quid agendum ſit, ante ſignificans. Divinatio, ſcientia, id, quod adeſt, & quod eventurum eſt animali mortali, perſpiciens. Sapientia, ſcientia non ſuppoſita: rerum divinarum ſcientia: ſcientia, rerum cauſam contemplans. Philoſophia, ſcientiae rerum divinarum appetitio: veritatis, quo pacto veritas ſit, contemplatio: cura animi cum recta ratione. Scientia, animi perceptio, quae ratione refelli non poteſt: vis, aliquid aliquave ita ſuſcipiens, ut nullo modo poſſit dimittere: ratio vera in cogitatione immutabilis. Opinio, ſuſpicio, quae ratione confutari poteſt: ratiocinandi impetus: cogitatio, per rationem in falſum & verum incidens. Senſus, animi impulſio: mentis motus: animi nuntius per corpus, ad extremas hominum partes proficiſcens: a quo vis animi rationis expers, cognitionis particeps per corpus efficitur. Habitus, affectio animi, qua, quales ſimus, dici-

d. ματος ἀπὸ διανοίας. Λόγος, φωνὴ ἐγγράμματος, φραστικὴ ἑκάστου τῶν ὄντων· διάλεκτος σύνθετος ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἄνευ μέλους. Ὄνομα, διάλεκτος ἀσύνθετος ἑρμηνευτικὴ τοῦ τε κατὰ τῆς οὐσίας κατηγορουμένου, καὶ παντὸς τοῦ μὴ καθ' ἑαυτὸ λεγομένου. Διάλεκτος, φωνὴ ἀνθρώπου ἐγγράμματος· καὶ σημεῖόν τι κοινὸν ἑρμηνευτικὸν ἄνευ μέλους. Συλλαβὴ, ἀνθρωπίνης φωνῆς ἄρθρον ἐγγράμματον. Ὅρος, λόγος ἐκ διαφορᾶς καὶ γένους συγκείμενος. Τεκμή-
e. ριον, ἀπόδειξις ἀφανοῦς. Ἀπόδειξις, λόγος συλλογιστικὸς ἀληθής· λόγος ἐμφανιστικὸς διὰ προγινωσκομένων. Στοιχεῖον, φωνῆς φωνὴ ἀσύνθετος· αἰτία ταῖς ἄλλαις φωναῖς τοῦ φωνὰς εἶναι. Ὠφέλιμον, τὸ αἴτιον τοῦ εὖ πάσχειν· τὸ αἴτιον ἀγαθοῦ. Συμφέρον, τὸ εἰς ἀγαθὸν φέρον. Καλὸν, τὸ ἀγαθόν. Ἀγαθὸν, τὸ αἴτιον σωτηρίας τοῖς οὖσι· τὸ αἴτιον παντὸς τοῦ πρὸς αὐτὸ ἀφ' οὗ συμβαίνει ἃ χρὴ αἱρεῖσθαι. Σῶφρον, τὸ κόσμιον τῆς ψυχῆς. Δίκαιον, νόμου τάγμα ποιητι-

mur. Vox, fluxio a cogitatione per os egrediens. Sermo, vox, quae ſcribi poteſt, & unamquamque rem explicat: dictio, ex nominibus & verbis ſine cantu compoſita. Nomen, dictio ſimplex, quae cum id, quod de vi dicitur ea, quam οὐσίαν vocant, tum omne, quod non per ſe dicitur, ſignificat. Dictio, vox hominis, quae ſcribi poteſt, & ſignum quoddam commune ſine cantu rem declarans. Syllaba, humanae vocis articulus, qui ſcribi poteſt. Definitio, ratio ex differentia & genere compoſita. Indicium, rei latentis demonſtratio. Argumenti concluſio, ratio, quae argumentando colligit veritatem: ratio ex rebus ante perceptis aliquid demonſtrans. Elementum, vocis vox ſimplex: cauſa aliis vocibus, ut voces ſint. Utile, id, quod cauſa eſt, ut commodo aliquo afficiamur: cauſa boni. Conducens, id, quod ad bonum ducit. Honeſtum, bonum. Bonum, cauſa, ut ea, quae ſunt, ſerventur: cauſa rei omnis, quae ſpectat ad ipſum, a quo profiſcuntur omnia, quae ſunt eligenda. Temperantia, animi moderatio. Iuſtum, legis inſtitutum iuſtitiam exercens. Voluntarium, quod ſe ipſum

κὸν δικαιοσύνης. Ἑκούσιον, τὸ αὐτὸ προσαγωγόν· τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν, κατὰ διάνοιαν ἀποτελούμενον. Ἐλεύθερον, τὸ ἄρχον αὐτοῦ. Μέτριον, τὸ μέσον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως καὶ κατὰ τέχνην ἀρκοῦν. Μέτρον, τὸ μέσον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως. Ἄθλον, ἀρετῆς γέρας· τὸ ἑαυτοῦ ἕνεκα αἱρετόν. Ἀθανασία, οὐσία ἔμψυχος, καὶ ἀΐδιος μονή. Ὅσιον, θεράπευμα θεοῦ, ἀρεσὸν θεῷ. Ἑορτὴ, χρόνος ἱερὸς κατὰ νόμους. Ἄνθρωπος, ζῶον ἄπτερον, δίπουν, πλατυώνυχον· ὃ μόνον τῶν ὄντων, ἐπιστήμης τῆς κατὰ λόγους δεκτικόν ἐστι. Θυσία, θεῷ δόμα θύματος. Εὐχὴ, αἴτησις ἀνθρώποις ἀγαθῶν ἢ δοκούντων παρὰ θεοῖς. Βασιλεὺς, ἄρχων κατὰ νόμους ἀνυπεύθυνος, πολιτικῆς κατασκευῆς ἄρχων. Ἀρχὴ, ἐπιμέλεια τοῦ παντός. Ἐξουσία, ἐπιτροπὴ νόμου. Νομοθέτης, ποιητὴς νόμων καθ' οὓς δεῖ πολιτεύεσθαι. Νόμος, δόγμα πλήθους πολιτικὸν, οὐκ εἴς τινα χρόνον ἀφωρισμένον. Ὑπόθεσις, ἀρχὴ ἀναπόδεικτος· συγκεφαλαίωσις λόγου. Ψήφισμα, δόγμα πο- p. 415 a. b.

insinuat: quod per se eligitur, cogitatione perfectum. Liberum, quod in se ipsum dominatur. Mediocre, quod est inter superlationem & defectionem medium, & quod in arte satis est. Mediocritas, superlationis & defectionis medium. Palma, virtutis praemium: id, quod sua ipsius causa est optabile. Immortalitas, natura, quae οὐσία dicitur, animata, & perpetua mansio. Sanctitas, Dei cultus, res Deo grata. Dies festus, tempus sacrum, secundum leges indictum. Homo, animal sine pennis, bipes, ungues latos habens, quod solum rerum scientiam, quae ratione traditur, apprehendit. Sacrificium, donum ad rem sacram Deo dicatum. Votum, petitio, qua petunt homines a Diis bona, vel quae bona videntur. Rex, is, qui liber a reddenda ratione secundum leges imperat: civilis institutionis princeps. Magistratus, cura totius. Potestas, legis procuratio. Legumlator, effector legum, quibus rempublicam administrare oportet. Lex, scitum multitudinis civile, ad nullum tempus definitum. Argumentum, principium non perfecte demonstrans: orationis collectio summatim facta. Decretum,

c. λιτικὸν, εἰς τινα χρόνον ἀφωρισμένον. Πολιτικὸς, ἐπιςήμων πόλεως κατασκευῆς. Πόλις, οἴκησις πλήθους ἀνθρώπων κοινοῖς δόγμασι χρωμένων· πλῆθος ἀνθρώπων ὑπὸ νόμον τὸν αὐτὸν ὄντων. Πόλεως ἀρετὴ, κατάςασις ὀρθῆς πολιτείας. Πολεμικὴ, ἐμπειρία πολέμου. Συμμαχία, κοινωνία πολέμου. Σωτηρία, περιποίησις ἀβλαβής. Τύραννος, ἄρχων πόλεως κατὰ τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν. Σοφιςὴς, νέων πλουσίων ἐνδόξων ἔμμισθος ἀγρευτής. Πλοῦτος, κτῆσις σύμμετρος πρὸς εὐδαιμονίαν·
d. περιουσία χρημάτων εἰς εὐδαιμονίαν συντεινόντων. Παρακαταθήκη, δόμα μετὰ πίςεως. Κάθαρσις, ἀπόκρισις χειρόνων ἀπὸ βελτιόνων. Νικᾶν, κρατεῖν διαφερόμενον. Ἀγαθὸς ἄνθρωπος, ὁ τοιοῦτος οἷος ἀνθρώπῳ τἀγαθὰ ἐπιτελεῖν. Σώφρων, ὁ μετρίας ἐπιθυμίας ἔχων. Ἐγκρατὴς, ὁ κρατῶν ἀντιτεινόντων τῶν τῆς ψυχῆς μορίων τῷ ὀρθῷ λογισμῷ. Σπουδαῖος, ὁ τελείως ἀγαθός· ὁ ἔχων τὴν αὐτοῦ ἀρετήν. Σύννοια, διάνοια
e. μετὰ λύπης ἄνευ λόγου. Δυσμαθία, βραδυτὴς ἐν μαθήσει.

edictum civile, ad aliquod tempus definitum. Politicus, reipublicae conſtituendae peritus. Civitas, domicilium multitudinis hominum, qui communibus decretis utantur: multitudo hominum, qui ſub eadem ſint lege. Civitatis virtus, optimae reipublicae conſtitutio. Bellica virtus, belli gerendi ſcientia. Belli ſocietas, belli communitas. Salus, ſecuri ſtatus comparatio. Tyrannus, dominus civitatem ad ſuum ipſius arbitrium gubernans. Sophiſtes, qui iuvenes divites & glorioſos mercedis cauſa quaſi venatur, & captat. Divitiae, poſſeſſio ad bene vivendum moderata: pecuniarum, quae ſimul ad bene vivendum ſpectent, copia. Depoſitum, res cum fide data. Purgatio, rerum peſſimarum ab optimis ſecretio. Vincere, contendendo ſuperare. Bonus homo, talis, qui bene de hominibus meretur. Temperans, qui moderatas cupiditates habet. Continens, qui partes animi rectae cogitationi adverſantes vincit. Honeſtus, qui perfecte eſt bonus: qui ſuam ipſius virtutem habet. Conſcientia, tacita cum moerore cogitatio. Difficultas diſcendi, ad percipiendam diſciplinam tarditas. Prin-

Δεσποτεία, ἀρχὴ ἀνυπεύθυνος δικαία. Ἀφιλοσοφία, ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων, μισολόγος ἐστί. Φόβος, ἔκπληξις ψυχῆς ἐπὶ κακοῦ προσδοκίᾳ. Θυμὸς, ὁρμὴ βίαιος ἄνευ λογισμοῦ· νοῦς τάξεως ψυχῆς ἀλογίστου. Ἔκπληξις, φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ κακοῦ. Κολακεία, ὁμιλία ἡ πρὸς ἡδονὴν ἄνευ τοῦ βελτίστου· ἕξις ὁμιλητικὴ πρὸς ἡδονὴν, ὑπερβάλλουσα τὸ μέτριον. Ὀργὴ, παράκλησις τοῦ θυμικοῦ εἰς τὸ τιμωρεῖσθαι. Ὕβρις, ἀδικία πρὸς ἀτιμίαν φέρουσα. Ἀκρασία, ἕξις βιαστικὴ παρὰ τὸν p. ὀρθὸν λογισμὸν, πρὸς τὰ δοκοῦντα ἡδέα εἶναι. Ὄκνος, φυγὴ 416 πόνων ἀρχῆς. Δειλία, ἀντιληπτικὴ ὁρμῆς πρώτη τοῦ εἶναι a. αἰτία. Διαβολὴ, διάστασις φίλων λόγῳ. Καιρὸς, ἐν ᾧ ἔκαστον ἐπιτήδειον παθεῖν ἢ ποιῆσαι. Ἀδικία, ἕξις ὑπεροπτικὴ νόμων. Ἐνδεια, ἐλάττωσις τῶν ἀγαθῶν. Αἰσχύνη, φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ἀδοξίας. Ἀλαζονεία, ἕξις προσποιητικὴ ἀγαθοῦ, ἢ ἀγαθῶν τῶν μὴ ὑπαρχόντων. Ἁμαρτία, πρᾶξις παρὰ τὸν ὀρθὸν b. λογισμόν. Φθόνος, λύπη ἐπὶ φίλων ἀγαθοῖς ἢ οὖσιν ἢ ποτὲ

cipatus, iuſtus dominatus a reddenda ratione liber. Philoſophiae contemtio, habitus, quem qui habet, rationem odit. Timor, animi in mali exſpectatione conturbatio. Iracundia, appetitio ſine cognitione vehemens & violenta: ſignificatio ordinis in animo perturbati. Conturbatio, in mali exſpectatione timor. Aſſentatio, colloquium, quod ſit ad voluptatem fallax, & improbum: habitus ad voluptatem colloquendi, mediocritatem ſuperans. Ira, iracunda ad ulciſcendum cohortatio. Iniuria, iniuſtitia, ad ignominiam ferens. Intemperantia, habitus praeter rationem violentus, ad ea, quae iucunda videntur, trahens. Pigritia, principii laborum fuga. Ignavia, cauſa primam rei alicuius appetitionem faciendae reprimens. Diſputatio, amicorum in ſermone diſſenſio. Maturitas, tempus, in quo unaquaeque res ad patiendum, vel faciendum, eſt idonea. Iniuſtitia, habitus leges deſpiciens. Indigentia, bonorum defectio. Verecundia, in exſpectatione ignominiae metus. Arrogantia, habitus bonum, vel bona, quae non ſint, arrogans. Peccatum, actio praeter rectam rationem. Invidentia, aegri-

γεγενημένοις. Ἀναισχυντία, ἕξις ψυχῆς ὑπομονητικὴ ἀδοξίας, ἕνεκα κέρδους. Θρασύτης, ὑπερβολὴ θράσους πρὸς φόβους οὓς μὴ δεῖ. Φιλοτιμία, ἕξις ψυχῆς προετικὴ πάσης δαπάνης ἄνευ λογισμοῦ. Κακοφυΐα, κακία ἐν φύσει, καὶ ἁμαρτία τοῦ κατὰ φύσιν· νόσος τοῦ κατὰ φύσιν. Ἐλπὶς, προσδο-
c. κία ἀγαθοῦ. Μανία, ἕξις φθαρτικὴ ἀληθοῦς ὑπολήψεως. Λαλιὰ, ἀκρασία λόγου ἄλογος. Ἐναντιότης, τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος κατὰ τινὰ διαφορὰν πιπτόντων ἡ πλείστη διάστασις. Ἀκούσιον, τὸ παρὰ διάνοιαν ἀποτελούμενον. Παιδεία, δύναμις θεραπευτικὴ ψυχῆς. Παίδευσις, παιδείας παράδοσις. Νομοθετικὴ ἐπιστήμη, ποιητικὴ πόλεως εὐπαγής. Νουθέτησις, λόγος ἐπιτιμητικὸς ἀπὸ γνώμης· λόγος, ἁμαρτίας ἀποτρο-
d. πῆς ἕνεκεν. Βοήθεια, κακοῦ κώλυσις ὄντος ἢ γενομένου. Κόλασις, ψυχῆς θεραπεία ἐπὶ ἁμαρτήματι γενομένῳ. Δύναμις, ὑπεροχὴ ἐν πράξει ἢ ἐν λόγῳ· ἕξις, καθ' ἣν τὸ ἔχον δυνατόν ἐστιν· ἰσχὺς κατὰ φύσιν σώζειν, ἢ περιποιεῖν ἀβλαβῆ.

tudo ex amicorum bonis, quae vel ſint, vel olim futura ſint. Impudentia, habitus animi ignominiam lucri cauſa ferens. Audacia, confidentiae ad timores, ad quos opus non eſt, abundantia. Ambitio, habitus animi ad omnem ſumtum propenſus, & ſine cognitione liberalis. Malum nativum, vitium in natura, & peccatum naturale: morbus in natura inſitus. Spes, boni exſpectatio. Infamia, habitus veram perceptionem corrumpens. Loquacitas, inconſiderata ſermonis intemperantia. Contrarietas, rerum, quae ſub idem genus ſecundum aliquam differentiam cadunt, maxima diſtantia. Res non voluntaria, res, quae praeter cogitationem perficitur. Inſtitutio, vis animum curans. Eruditio, diſciplinae traditio. Legumlatio, ſcientia civitatem firmam conſtituens. Admonitio, ſermo cum obiurgatione ex animo factus: ſermo peccati avertendi cauſa inſtitutus. Auxilium, mali praeſentis vel imminentis propulſatio. Caſtigatio, animi in delicto, quod committitur, curatio. Potentia, in actione, vel in ſermone praeſtantia: habitus, quem qui habet, potens eſt: vis hominem naturaliter ſervans, vel tutum efficiens.

# VARIAE LECTIONES

# VARIAE LECTIONES.

## IN LIB. I DE LEGIBUS.

*Vol. VIII. p. 4. l. 1.* Θεὸς ἤ τις ἀνθρώπων ὑμῖν) *Legitur etiam* ἡμῖν; *ſed rectius* ὑμῖν, *quod hic ſonat, Veſtro iudicio.* Steph. Ἡμῖν legit Baſ. 2. quod utique praeferam. Nam hic quaeritur, quis legum *humano omnino generi* ferendarum auctoritatem ſibi vindicaverit. Stephani certe explicatio nimis longe petita videtur.

*ead. l. 4.* οἶμαι φάναι τούτους) Ante vel poſt φάναι opus eſt partic. ἂν, ut ſignificare poſſit *dicturos eſſe. Steph.*

*ead. l. ult.* ταῖς πόλεσιν ὑμῖν) Deberet eſſe, ὑμῶν. At bene Steph. hanc paulo inſolentiorem ſtructuram tuitus eſt ſimili illa, ὑμῖν ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσιν, quae in hoc dialogo occurrit.

*p. 5. l. 9.* κατὰ τὴν πορείαν ποιήσεσθαι. πάντως δή γε) Steph. corr. καὶ τὴν πορ. ποιήσεσθαι. πάντως δ' ἥ γε. illud male. nam verborum ſtructura haec eſt: προσδοκῶ οὐκ ἂν ἀηδῶς ἡμᾶς ποιήσεσθαι, *exiſtimo, nos rem vobis haud ingratam facturos, ſi inter eundum* (κατὰ τὴν πορείαν) *de conſtituenda civitate & legibus diſſeramus.*

*ead. l. 17.* ἐν οἷσιν ἀναπαυόμενοι) Stephanus Platonem ſcripſiſſe credebat, ἐν οἷς συναναπαυόμενοι. ſine idonea cauſa.

*p. 6. l. 8.* δρόμοισι δὲ ἡμεῖς.) Δρόμοισι quare Stephanus in corruptelae ſuſpicionem vocaverit, cauſam non video. Nam δρόμους ſtatim diſertius exponit τὴν τῶν πεζῇ δρόμων ἄσκησιν.

*p. 7. l. 13 ſq.* πάντα δὲ τὰ τῶν νικωμένων ἀγαθὰ, τῶν νικώντων γίγνεσθαι.) Mutandum eſt fortaſſe γίγνεσθαι in γίγνεται: niſi φιλεῖ, vel εἰώθε, vel aliud quodpiam verbum ante illum infinitivum omiſſum eſſe dicamus. Nam quod ex praecedentibus ſubaudiri queat, nihil video. Immo vero (dicet fortaſſe quiſpiam) ſubaudiri poteſt ἀνευρήσεις, ex longiculo intervallo repetitum. At ego, ne repeti poſſit, obſtare puto, quae interiecta ſunt, mutata etiam facie orationis: praeſertim, cum haec πάντα δὲ τὰ τῶν νικωμένων &c. cum proxime praecedentibus cohaereant, & veluti ex illis pendeant: perinde ac ſi dictum eſſet, ὡς τῶν ἄλλων οὐδενὸς οὐδὲν ὄφελος ὂν, &c. ἂν μὴ τῷ πολέμῳ ἁρα κρατῇ τις· πάντα δὲ τὰ τῶν νικωμένων ἀγα-

τὰ, τῶν νικώντων γιγνόμενα. pro ὡς πάντων γιγνομένων, ſicut οὐδὲν ὂν pro οὐδενὸς ὄντος, praeceſſit. Atque adeo haec lectio (ſi a noſtra diſcedamus) non minus, quam illae in principio huius adnotationis propoſitae, recipi poſſe videtur. *Steph.*

*p.* 8. *l.* 15. καὶ ἰδίᾳ ἑκάστους &c.) Steph. notat, legi quoque, ἰδίᾳ ἑκάστους, καὶ αὐτοὺς σφίσιν αὐτοῖς. Ita enim Ficinus: *tam publice, quam privatim, & ſingulos ſibi ipſis.* Unde appareret, τὸ καὶ rectius ante ἑκάστους inſeri.

*p.* 9. *l.* 13. Τὸ μὲν τοίνυν) Steph. malit, τὸ μέντοι νῦν.

*ead. l.* 15. ὥς ποτε πολῖται) Steph. praefert lect. vet. ὡς εἴποτε πολῖται.

*p.* 10. *l.* 1. καὶ ὅταν μὲν) Sine cauſa Steph. partic. καὶ delendam cenſet.

*ead. l.* 7. τοὺς πλείστους μὲν ἀδίκους) Legitur etiam, teſte Steph. πλείους. Nimirum in Ficini verſione. At vero, quod πλεῖστοι τοῖς ἐλαττόσι, (Superlativ. Comparativo) opponantur, morari vix quemquam debet.

*p.* 11. *l.* 5. μήτε ἀπολέσειε) Particulam μήτε in μήποτε mutandam cenſebat Stephanus, cum nihil ſit, quod illi apte ſubiungatur.

*p.* 12. *l.* 15. πολιτικὸς γένοιτο, ὀρθῶς) *Vox iſta* πολιτικὸς *ex vet. exempl. ſumta eſt: a quibus tamen fortaſſe diſſentiendum potius hoc in loco fuit, retinendo* πολεμικός. *Quin etiam poſt* ὀοθῶς, *quam ante, malim interpungere.* Steph. V. πολεμικὸς ex Ald. Baſ. 1 & 2. ut reducatur, ipſa orationis ſeries iubet. Rectius quoque poſt ὀρθῶς interpungetur cum Ficino, cuius verſionem Steph. omnino ſub vet. exemplo in animo habuit. Ita vero ille: *Nec civilis revera unquam vir erit*, &c. Cornarius quoque: *Nunquam recte civilis vir fuerit.* v. eiuſd. Ecl. p. 117. ed. Lipſ. Eandem ſententiam fovet Interpres Francogall. T. I, p. 13.

*p.* 14. *l.* 16. Οἳ μὴ τολμήσουσι μὲν ὁρᾶν) *Redundat vocula* μὲν *in hoc verſu. Apud alios ita:*

Εἰ μὴ τετλαίη μὲν ὁρῶν φόνον αἱματόεντα,
Καὶ δηΐων ὀρέγοιτ' ἐγγύθεν ἱστάμενος.

*qui numerus ſingularis convenit cum iis, quae praecedunt apud ipſum Tyrtaeum.* Steph. Si a Platonis libris ſtandum eſt, ſcribendum utique:

Οἳ μὴ τολμῶσι μὲν ὁρᾶν φόνον αἱματόεντα,
Καὶ δηΐων ὀρέγοιντ' ἐγγύθεν ἱστάμενοι.

ut οἳ ad omnes referatur, quos ſigillatim in antec. recenſuit poëta. Sed praeſtat altera lectio, quam ipſam Plato affert Lib. II, de Legg. p. 75. καὶ δὴ καὶ δηΐων, τοιοῦτος ὢν, ὀρέγοιτο ἐγγύθεν ἱστάμενος.

*ead. l. ult.* οὐκοῦν) Steph. dubitat, an non ſcribendum ſit οὔκουν. Mihi magis idoneum videtur vulgatum, quod & Ficinus expreſſit.

*p.* 15. *l.* 3. ὁμολογοῖ.) *Invenitur etiam* ὁμολογοῖ, *ſequente interrogationis nota.* Steph. Nempe in Baſ. 2. Ficin. & Serrano. Rectius utique.

*ead. l.* 13. διαβάντες δ' εὖ &c.) Reſpexit Tyrtaei III, v. 16

Ξυνὸν δ' ἐσθλὸν τοῦτο πόληΐ τε, παντί τε δήμῳ,
Ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ
Νωλεμέως.

& I, in fin.

Ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι
Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χείλεσι δοῦσι δακών.

Ante Tyrtaeum vero iam Homer. Il. 12, v. 458.

*ead. l.* 14. φράζει Τυρταῖος) Legitur etiam, teſte Steph. φράζοι, quod fuerit pro φράζοι ἂν. Ficin. *quod non negabit Tyrtaeus.*

*p.* 16. *l.* 3. οὐκ ἄλλο ἢ πρὸς — ἀρετὴν βλέπων) *Niſi dicamus ſcribendum*, οὐ πρὸς ἄλλο, ἢ πρὸς &c. *in uno eodem loco duae erunt participii* βλέπων *conſtructiones. Sed praepoſitioni* πρὸς *id iungit etiam paulo poſt; inferius autem, praepoſ.* εἰς. Steph. Sed talem ſtructurae negligentiam paſſim in optimis ſcriptoribus animadvertere licet.

*ead. l.* 14. ὑπέρ γε θείας διαλεγομ.) *Poſt* θείας *aut deeſſe aut relinqui ſubaudiendum* πολιτείας *fatendum eſt: illud vero potius, quam hoc dixerim.* Steph. Recte, & expreſſit cum Ficino Serranus. Aliter prorſus Interpres Francogall. T. I, p. 18. qui κεφαλῆς inſerendum, & Minoëm intelligendum eſſe ſtatuit.

*ead. l. ult.* οἱ τῶν νῦν) Steph. πλεῖστοι vel πολλοὶ ante τῶν νῦν deeſſe videbatur. Quam ſuſpicionem debet Ficino, vertenti: *quas* multi *modo proponentes quaerunt.*

*p.* 18. *l.* 17. ἐπικοινωνουμένους.) *In praeced. editt.* ἐπικοινουμένους, *vel pro* ἐπικοινωνουμένους (*quod affertur ex quodam vet.*) *vel pro* ἐπικοινουμένους. Steph. in marg. Praeſtat haud dubie lectio Baſ. 2. (qui eſt vetus liber Steph.) ἐπικοινωνουμένους.

*p.* 19. *l.* 14. πᾶσι τούτοις — καὶ διαλύσεις) Steph. pro καὶ ſcribendum ſuſpicatur κἄθ', quod ſit pro καὶ εἶτα. Sine cauſa. Idem ante πᾶσι τούτοις omiſſam, ſubaudiendam certe cenſet praepoſit. ἐν. Male. Nam dativus regitur a v. κοινωνίας.

*ead. l.* 15. καθ' ὁπῶιον ἂν ἕκαστον) Steph. auctor eſt, legi quoque ἕκαστοι. Ald. & Baſ. 2. habent ἕκαστος.

*ead. l. ult.* εὐπειθέσι τῶν νόμων) τῷ νόμῳ, vel τοῖς νόμοις, ſcribendum eſſe contendit Steph.

*p.* 21. *l.* 14. τέταρτον δὲ — πειρώμεθα.) Ante τέταρτον invenitur notata persona Athenienſis, & poſt πειρώμεθα persona Megilli, notante Steph. & rectius quidem. Eandem rationem ſecutus eſt interpres Gall. p. 25.

*p.* 22. *l.* 9 *ſqq.* Εὖγε, ὦ Λακεδ. — ξύμπαντα) Haec verba, quae in Ald. Baſ. 1. 2. & hinc Steph. edit. Cliniae tribuuntur, Athenienſi vindicavit doctus interpres Gall. T. I, p. 20. quod idem iam Ficinus fecerat.

*p.* 23. *l.* 9 *ſq.* ὑμῖν ἀμφοτέρ. ταῖς πόλεσιν, ἃ γεύοντα) Hic locus eſt, cuius exemplo confirmari poſſe dixi lectionem illam initio huius libri: ταῖς πόλεσιν ὑμῖν. In iis autem, quae proxime ſequuntur, non puto Ficinum legiſſe γευόμενα, ſed γεύοντα (quod hic recte redditur) confudiſſe cum γευόμενα: ſicut antea illum γευστέον a γεύω, male interpretatum eſſe monui, tanquam a γεύομαι. *Steph.*

*p.* 26. *l. ult.* καὶ ἐλεύθεροι) Marg. Steph. ἐλευθέριοι.

*p.* 28. *l.* 1. παλαιὸν νόμιμον δοκεῖ) παλαιῶν νόμων δ. legi quoque teſtatur Steph. aeque bene. Ceterum Ficinus totum hunc locum paulo aliter legiſſe videtur.

*ead. l.* 12. ὡς λογοποιησάντων τούτων) *Legitur etiam* τοῦτον. *Sed videri etiam poſſit deeſſe* καὶ *ante* ἐπειδή· *ut intelligatur* κατηγοροῦμεν, ὡς λογοποιησάντων, καὶ προστεθεικέναι *pro* προστεθεικότων. *Vel ſubaudiendum* φαμὲν, *ſive* λέγομεν. Steph. Varie olim hic lectum fuiſſe patet vel e Ficini verſione, niſi ſenſum potius, quam verba exprimere ſtuduerit.

*p.* 29. *l.* 1. ἐν ἰδίοις ἔθεσι) Steph. malit ἐν ἰδίοις ἤθεσι, *in privatis ſedibus.* ſine cauſa. & ἤθη poëtis magis, quam proſaicis ſcriptoribus, in uſu.

*ead. l.* 16. ἀπαντῶν κωμάζοντι) Baſ. 1. 2. cum Ald. exhibent ἀπάντων κωμάζων τι, quod bene correxit Steph. duce Ficino: *qui cuidam ebrietate laſcivienti obviam factus.*

*p.* 30. *l.* 6. ὅπου δ' ἀνεῖνται) Steph. ſuſpicatur, ſcriptum fuiſſe ἀνεῖται, ea nimirum forma, qua quaedam imperſonaliter dicuntur; perinde ac ſi ita locutus eſſet, ὅπου ἀνεσίς ἐστι, vel ὅπου βίος ἀνειμένος ἐστί.

*p.* 31. *l.* 1. λέγω δ' οὐκ οἴνου πέρι πόσεως) Hanc praeclaram Cornarii coniecturam tacite in textum admiſit Stephanus, addicentibus Ficini libris. Omnes editt. tenent οὐ κείνου.

*ead. l.* 3. καὶ Κελτοὶ, καὶ Ἴβηρες) Ficinus legit: Κελτίβηρες, nam vertit *Celtiberi.*

*ead. l.* 15. λέγοντες) γραι. βλέποντες. *Steph.* Scilicet Ficinus vertit: *ſi ad victoriam belli fugamque* reſpexerimus.

*ead. l.* 16. ἐπειδὴ γὰρ) *Si vacet* γὰρ, *dicta haec fuerint per parentheſin.* Steph.

*p.* 32. *l.* 2. Κείους δὲ) Marg. Steph. γραι. Χίους δέ.

*ead. l.* 11. πυρούς) *Affertur & alia lectio (ex coniectura, opinor)* τυρούς. Steph. τυρούς praeclare emendavit Cornarius in Eclog. IX, p. 117. ed. Lipſ. idque Hippocratis loco Platoni docte aſſeruit.

*ead. l.* 12. μήτε μὲν ἐργασίαν) μήτε τὴν ἐργασ. Stephanus legendum opinatur. recte.

*p.* 33. *l.* 2. τὶ λέγειν καίριον) Steph. in marg. notat, legi quoque κύριον: ſibi tamen potiorem videri lectionem καίριον. Κύριον in ſuis libris habuit Ficinus, unde vertit: *aliquid* fide dignum *afferre putamus.*

*p.* 34. *l.* 7. μήτ' ἔχῃ τὴν τέχνην) τέχνην omittunt Baſ. 1 & 2. habet tamen Ald. Neque recte abeſſe poteſt.

*p.* 36. *l.* 8 *ſq.* Ἔστι — ἀθόρυβος;) Steph. ſcribendum videtur: ἔσται — ἀθ. Iam Ficinus: *tumultu carebit.* Idem partic. οὐκ ante ἀθόρυβος non legiſſe videtur, quam & Cliniae reſponſio reſpuit.

*ead. l.* 11 *ſq.* Τί μήν;) Videtur rectius ſcriptum iri τί μή; Eiuſdem tamen erroris & alii multi loci ſuſpecti eſſe poſſunt, niſi τί μὴν poni etiam pro τί μὴ dicamus. *Steph.*

*p.* 37. *l.* 1. δεῖ καθιστάναι) Sic omnes editt. vetuſtiores. Steph. tamen auctor eſt, legi quoque καθεστάναι, eodem manente ſenſu.

*ead. l.* 6. αὐτῷ τῷ πράγματι) Sic Ald. Baſ. 1. 2. Ficin. In quodam tamen vet. αὐτῶν τῷ πράγματι ſcribi, ait Steph.

*ead. l.* 14. τὸ ἐπὶ τῷδε) *Elegantius eſt, quod habet vet. liber,* τοὐπὶ τῷδε. Steph. At Ald. Baſ. 1 & 2. ſervant vulgatum.

*p.* 38. *l.* 5. βραχύ τι πόλει) Steph. iterum ad librum ſuum veterem provocat, & inde aliam lectionem profert, nempe βραχὺ τῇ πόλει. In Ald. Baſ. 1 & 2. nulla eſt varietas, & verius fortaſſe, βραχύ τι τῇ πόλει, ut τῇ propter antec. τι excidiſſe videatur.

*p.* 40. *l.* 5. ταύτη τις εὔνοια) In praeced. edit. magno errore ſcriptum eſt ἄνοια pro εὔνοια. In iiſdem clauditur ſententia ſeu periodus poſt πόλιν, cum ibi τελεία ſtigme ponatur: at ego hypoſtigmen tantum poſui, quoniam alioqui ſuſpenſa poſt illos dativos πᾶσι τοῖς παισὶ maneret oratio: poſt quos ſubaudiendum eſt ἐγγίνεται, ſumtum ex ſequenti ἐγγέγονεν. Sed vereor, ne ἡμῶν, quod eſt poſt ἕκαστον, expungere oporteat, cum turbare potius orationem, quam illi uſum aliquem praebere, videatur. Haec Steph. Et εὔνοιαν quidem legendum eſſe, cum ex toto ſententiarum ordine manifeſtum ſit, inprimiſque ex illis, quae ſequuntur, πᾶσαν εὔ-

νοιαν ἔσχον, tum firmatur edit. Baſ. 2. id quod Stephano diſſimulandum non erat. Diſtinctionem vero, quam orationi Steph. induxit, unice e Ficini verſione hauſtam puta. En illam: *Et quod omnibus, arbitror, pueris* accidit (hinc Stephani ἐγγίνεται) *ut, cum audiunt, ſe civitatis alicuius hoſpites eſſe*, benevolentia *quaedam* (adeoque & Ficin. legit εὔνοια) *erga illam quaſi alteram patriam confeſtim a teneris uſque annis eorum illabatur, mihi quoque contigit.* Cæterum, qui vitioſum ἄνοια ingerunt, ſunt Ald. & Baſ. 1.

*ead. l.* 8. ἀκ. γὰρ τῶν παίδων) Sic Ald. Baſ. 1 & 2. Stephanus tamen auctor eſt, legi quoque, ἀκ. γὰρ ἐκ τῶν παίδων. Sed praeſtat vulgata lectio, quam Ficin. quoque expreſſit.

*p.* 42. *l.* 6 *ſq.* ἐν τοῖς τοῦ πράγματος ἑκάστοις προσήκουσιν) Steph. cenſet, dicendum fuiſſe ἐν τοῖς πράγματος ἑκάστου προσήκουσιν; niſi illa ita intelligi poſſe videantur, ac ſi dictum eſſet: ἐν ἑκάστοις τοῖς τοῦ πράγματος προσήκουσιν. Hoc recte.

*p.* 43. *l.* 3. ὅπερ εἶπον) Recte parentheſi haec verba incluſit Steph. propter ſeq. λεχθέν. Nam ὅπερ εἶπον reſpiciunt illa verba: σκέψασθε, ἂν ἀρέσκῃ τὸ λεχθέν.

*ead. l.* 7. εἰς τε καπηλείας) *Vel* εἰς τὰ τῆς καπηλείας *legendum, vel accuſ.* παιδείαν *ſubaudiendus videtur.* Steph. Mox idem pro πεπαιδευμένων ἀνθρώπων & pro ἡγουμένων, quod ſtatim ſequitur, legendum cenſet, πεπαιδευμένον ἄνθρωπον — ἡγούμεθα. Quod utrumque Steph. hauſit e Ficini verſione: *Cum enim vituperamus — dicere ſolemus, — illum diſciplinae expertem, quamvis cauponariam & navigandi artem ceteraque huiuſmodi optime calleat. Quippe — putamus.*

*ead. l.* 9. ἡγουμένων cet.) Aliam huius loci lectionem e veteri quodam, quem plane ignoramus (nam Ald. Baſ. 1 & 2. tenent vulg.) affert Steph. nimirum: ἡγουμένων, ὡς ἔοικεν, εἶναι παιδείαν, ὃ νῦν λόγος ἂν εἴη· τὴν δὲ πρὸς ἀρετὴν ἐκ παίδων παιδείαν, ποιοῦσαν ἐπιθυμητὴν &c. Veſtigia quaedam huius lectionis deprehendas in Ficino: *ſed eam, quae a puericia deſiderari amarique virtutem faciat.*

*ead. l.* 12. ἐξ ὧν φαίνεται) Margg. Steph. γρ. ὡς ἐμοὶ φαίνεται. cuius lectionis fontem ignoramus.

*p.* 44. *l.* 6. διὰ βίου παντὶ) Ficinus vertit: *per totam vitam.* Legit igitur διὰ βίου παντὸς, notante iam Stephano, qui recte monet, παντὶ cum δραστέον iungi debere.

*ead. l.* 13. αὐτῶν τιθῶμεν;) αὐτῶν quid ſibi hic velit, non facile extrices. Steph. coni. αὖ τιθῶμεν. Ficinus in ſuis libris non habuiſſe videtur. Certe non expreſſit.

*ead. l.* 16 *sq.* Πρὸς δὲ τούτοιν — μελλόντων) Stephanus malit μελλόντοιν, quod iungatur ἀμφοῖν, interpunctione post τούτοιν facta.

*p.* 45. *l. ult.* οὖσαν) Post h. v. Ficinus legisse videtur καὶ μονοειδῆ, siquidem vertit, *& uniformem praeterea.* quae sane verba postulare videntur sequentia.

*p.* 46. *l.* 16. εἶναι φαύλου πέρι μῆκος) Steph. suspicatur, Platonem scripsisse, εἶναι φαῦλον, καὶ φαύλου πέρι μῆκος π. λ. τ. εἰρημένον, φανεὶν δὲ, &c. ut haec εὖ λέγεις usque ad προσδέροντες, sint Cliniae; vel usque ad γίγνηται: ut λέγε δὴ cum sequentibus continuetur sub persona Athenienſis. Hoc amplexus est Int. Gall. p. 58.

*p.* 47. *l.* 5. Οὐδέν πω) Marg. Steph. *forte* οὐδέπω, *& subaud.* λέγω. Nimirum Ficinus: *nondum dico.*

*p.* 49. *l.* 2. κάλλιστα) Aliam lectionem, quae est μάλιστα, invenit Steph. quam omnino sequendam putat. In Ald. Bas. 1. 2. & Ficin. exstat κάλλιστα.

*ead. l.* 16. δοξάζεσθαι) Hoc praesens in futurum Steph. mutandum censet, δοξάσεσθαι aut δοξασθήσεσθαι. sine causa.

*ead. l. ult.* τὸν φόβον) *Articulus* τὸν *expungendus hic videri posset* (*ne diceretur* ὃν τὸν φόβον, *pro* ὃν φόβον) *nisi talis pleonasmi eius alia apud hunc ipsum scriptorem exstarent exempla.* Steph. Dictum videtur pro τοῦτον τὸν φόβον, *hoc genus timoris.*

*p.* 50. *l.* 3. ἐναντίος δ' ἐστὶ) Marg. Steph. γρ. ἐναντίος δ' ἔτι. At Ald. Bas. 1. 2. & Ficin. vulgatum tenent.

*p.* 51. *l.* 4. προσγυμνάζοντας) Steph. coni. προγυμνάζοντας.

*p.* 53. *l.* 13. ἀναγκαίᾳ διαφθορᾷ) Sic Ald. cum Ficini libris, qui vertit: *in poculo necessario exhauriendo perdendoque.* At Bas. 1 & 2. legunt διαφορᾷ.

---

## IN LIB. II.

*p.* 58. *l.* 9. τούτου γὰρ) Sic omnes editt. vett. cum Ficino. Steph. tamen ait, alios habere τοῦτο, quod vulgatae praeferendum esset.

*p.* 59. *l.* 4. πρῶτον παισὶν) Steph. aliam lectionem affert πρώτην, cuius fontem ignoro. Praestat vero vulgata.

*ead. l.* 6. λόγῳ λαμβάνειν) Al. λόγον. Qui Accus. cum eiusdem verbi participio statim post sequitur. *Steph.*

*ead. l.* 8. αὐτῆς δ' ἢ ξυμφ.) Ficin. *haec ipsa consensio.* Invenerat igitur in suis libris αὐτὴ δ' ἡ ξυμφ. Hinc Steph. *legitur etiam* αὐτὴ δ' ἢ ξ. *& ita legere malim.*

*ead. l.* 12. κατὰ γε τὴν ἐμὴν δόξαν) Steph. auctor est, in quodam vet. omitti δόξαν. Sane & alias subaudiendum relinquitur.

*p.* 61. *l.* 9 *sq.* πότερον καὶ καλὰ) Legitur etiam, πότερον εἰ καὶ καλὰ, Steph. auctore. Male.

*ead. l.* 13. τὴν χορηγίαν) Marg. Steph. *Al.* (Cornarii versionem puta) χορείαν. *Quam lectionem sequitur & Ficinus* (nam is vertit, *choream*) *ac genuinam esse puto.*

*p.* 62. *l.* 14. ἐσχομένης) Steph. Platonem scripsisse suspicabatur ἐχομένης. Mihi potius legendum videtur ἐῤῥωμένης.

*p.* 65. *l.* 4. Μῶν οὖν τι βλάβην) *Quidam vet.* μῶν οὖν βλάβην, *absque* τι. *& rectius: cum perinde sit ac si dictum esset,* βλάβην τῷ χαίροντι φέρει τὸ χαίρειν, ἢ τιν' ὠφελειαν τὸ ἀποδεχεσθαι φέρει τοῖς ἀποδεχομενοις Steph. Quam doctrinam sublegit Stephanus Cornario, qui vertit: *Num igitur damnum aliquod infert hoc ei, qui pravis gestibus aut concentibus gaudet; aut utilitatem aliquam* rursus his, *qui ex contrariis voluptates suscipiunt?*

*p.* 66. *l.* 8. νομοθετεῖσθαι) Steph. coni. νενομοθετῆσθαι.

*p.* 67. *l.* 4 *sq.* τοῦτο δὲ τὸ περὶ μ.) Marg. Steph. γρ. τοῦτο δ' οὖν τὸ περὶ μ. quod frustra in editt. vett quaesivimus.

*ead. l.* 8. θείου τινὸς ἂν εἴη) Euseb. legit θείου τινὸς ἀνδρὸς ἂν εἴη. Facile sane fieri potuit ut ἀνδρὸς ante partic. ἂν excideret. Ficinus quoque & Cornarius expressere h. v.

*ead. l.* 14. ἐπικαλοῦσα) *Quidam vet.* ἐπικαλοῦσαν. Steph.

*p.* 68. *l.* 8. νέοι αὐτοὶ) Post νεοι Steph. malit interpungere, ut iungatur αὐτοὶ cum ἕτοιμοι, & intellig. *Sponte sua parati.* Iam Cornarius: *Nonne igitur iuvenes ex nobis, ipsi ad choreas ducendas parati sunt?*

*ead. l.* 11. ἑπειδὴ τὸ παρ' ἡμῖν ἡμᾶς ἑλαφρὸν ἐκλείπει νῦν) Facile est perspicere, verba haec ita esse collocanda: ἑπειδὴ τὸ παρ' ἡμῖν ἑλαφρὸν ἡμᾶς ἐκλ. νῦν. quod Cornarius quoque monuit.

*p.* 70. *l.* 15 *sq.* εἴη τὸ μετὰ τοῦτο; ἢ γάρ;) *Ante hasce duas voculas* ἢ γὰρ *non existimo posse per parentheſin interiici haec:* τίς οὖν ὀρθῶς ἂν νενικηκὼς εἴη τὸ μετὰ τοῦτο; *Ne autem possint illae duae voculae praefigi his verbis* τίς οὖν &c. *obstat responsio illa,* Ναί. *Malim igitur absque interr. legere, interpungendo post* εἴη. Steph. Atqui nulla vetus editio prae se fert parenthesin, neque interrogandi notam figit post τοῦτο. Atque ita fere Cornarius interpretatur: *Quis igitur recte victor fuerit, deinceps dicendum est.*

*p.* 71. *l.* 1. τὸ γὰρ ἦθος ἡμῖν τῶν νέων δὴ) *Legitur etiam* ἔθος *&* τῶν νῦν δή. Steph. Ald. Bas. 1 & 2. tenent vulga-

tam. Ficinus vertit *usus rerum*. Atque ἔθος firmes loco valde appositio p. 72. ἵν' ἡ ψυχὴ τοῦ παιδὸς — ἐθίζηται &c.

*ead. l. 7. εἴτις ἕνα*) *Al. ἥτις, quod & proxime praecedit.* Steph. Utraque bene habet lectio. Alteram Steph. delibavit e Ficini versione: *praecipue vero*, quae *virum virtute & disciplina praestantem* sc. delectet.

*ead. l. 12. καὶ τῆς αὐτοῦ ἀπαιδευσίας*) Praeferenda est utique altera, quam Ficinus in suis libris habuit, lectio αὐτοῦ. vertit enim: *tam clamore multorum, quam ignorantia* sua. Ita quoque Cornarius. Steph. αὐτοῦ referendum censet ad θορύβου. Inepte.

*p. 72. l. 6. αὐτοὶ αὐτοὺς*) *Sequendo vet. Cod. in quo legitur ἑαυτοὺς, scribendum hic esset αὐτούς.* Steph. Immo Ficinus (nam is est Steph. vet. cod.) legisse videtur αὐτοὺς καὶ ἑαυτοὺς &c. ut καὶ insuper inferatur. Vertit enim: *ita ut spectatores* poëtas, & se ipsos *erudiant.*

*ead. l. 11. σκοπεῖσθε τόδε.*) Marg. Steph. *Quidam vet. σκοπεῖσθ' εἰ τόδε.* Nempe Ficinus: *Animadvertite*, num hoc sit, *quod volunt.*

*p. 73. l. 2. γεγονέναι*) Steph. testatur, legi quoque γεγονυῖαι; nimirum in Ficini libro. vertit enim: quae *revera incantationes circa animos* sunt.

*p. 75. l. 15. ἰσχύς· τέταρτον δὲ*) Desunt haec verba in Ald. Bas. 1 & 2. etiam Eusebii libris. Exstitere tamen in Ficini libris, quos, dum h. l. verteret, ob oculos habuit. Eadem verba supplenda esse dudum ante Stephanum monuerat Cornarius in Eclog. p. 118. ed. Lips. Haec enim ipsa quatuor bona in Dial. I de Legg. exposuerat Plato. Steph. ne γοῦ quidem, unde ea petierit, addidit.

*p. 76. l. 12. πείσετε*) Marg. Steph. *Legitur etiam ποιήσετε: sed lectionem alteram tuetur locus pag. 73. πείσει τε καὶ ἀναγκάσει μὴ πειθων.* Ita legit quoque Euseb. Praep. Ev. p. 349.

*p. 78. l. 9 sq. τοὺς πολίτας μοι φῇς.*) Steph. testatur, legi quoque τ. τ. μου φῇς. nempe in Ficini & Cornarii versione: *civibus meis persuaderem.*

*p. 79. l. 3. πατέρα τε καὶ νομοθέτην*) Videtur deesse πρὸς ante haec verba; alioqui accusativi mutandi essent in nominativos πατήρ τε καὶ νομοθέτης. *Steph.*

*ead. l. 9. ξυμφωνούντως*) In Ald. Bas. 1 & 2. vitiose exstat ξυμφωνοῦντος, quod bene Steph. correxit.

*ead. l. 16 sq. ἥκιστα, ὦ φίλε νομοθέτα, φήσομεν. ἀλλὰ τὸ μήτε τινὰ ἀδικεῖν, μήτε ὑπό τινος ἀδικεῖσθαι*) Verba haec non comparent in editt. vett. primusque hoc supplemen-

rum in textu repoſuit Stephanus, ducente Ficino, qui vertit: *Minime dicemus, o legislator,* (expung. φίλε.) *Sed iniuriam neque inferre, neque pati.* V. ἀνδὲς, quod ſtatim recurrit, fraudi fuit librariis, ut hanc orationis particulam omitterent.

*p.* 80. *l.* 8 *ſq.* νομοθέτης δ' ἡμῖν) *In quodam vet.* δ' εἰ μή: *ſed vel in* δή μοι *mutanda ſunt illa, vel* δ' ἡμῖν *retinendum.* Steph. In vulgata conſpirant editt. & Ficinus.

*ead. l.* 12. τῷ τοῦ δικαίου) Voc. τῷ abeſſe malit Steph.

*ead. l.* 13. καὶ κακοῦ ἑαυτοῦ θεωρούμ.) *Non* ἑαυτοῦ (*quod nullum hic locum habet*) *ſed* ἀνθρώπου *ſcriptum fuiſſe ſuſpicor, & quidem compendiaria ſcriptura: hoc modo nimirum,* ἄνου; *ſicut* ἄνος *pro* ἄνθρωπος *in vet. libris ſaepe occurrit, itidemque in ceteris caſibus ſervatur eadem forma compendii; quod & in Ald. editione alicubi viſitur. Facilis autem fuerat ex* ἄνου *in* αὐτοῦ, *ex hoc deinde in* ἑαυτοῦ *lapſus.* Steph. ἑαυτοῦ neque Ficinus agnoſcit neque Cornarius, & turbat omnino orationem.

*ead. l.* 14. παντὶ) *Pro* παντὶ *rectius ſcribetur* πάντῃ, *ex vet.* Steph. Nimirum Cornar. *penitus.*

*p.* 81. *l.* 8. μᾶλλον ποιεῖν) *Sive* ποιεῖν *retinendum, ſive in* πείθειν *mutandum putemus, alio infinitivo videtur opus fore: quid ſi igitur,* μᾶλλον πείθειν, ποιεῖν μὴ βίᾳ &c. *legamus?* Steph. Induxit eum Ficini verſio, quae eſt: *quod videlicet ita* trahere *audientes valeat, ut non vi, ſed ſponte iuſtitiam velint ſuſcipere.* Legit igitur ἀκούοντας πείθειν, ποιεῖν μὴ &c. ἀκούοντας excidit forte propter v. ſimilis ſoni ἀλλ' ἑκόντας.

*ead. l.* 15. ἐπιχειρῇ τις) τὶς videri poſſet expungendum: & a Ficino quidem certe non agnoſcitur, qui refert ἐπιχειρῇ ad *νομοθέτην*: ſed ſciendum eſt, non aliter debere intelligi hunc locum, quam ſi dictum eſſet: μέγα γ' ἐστὶ νομοθέτῃ παράδειγμα τοῦ πείσειν τινὰ ὅ, τι ἂν ἐπιχειρῇ πείθειν. atque hunc illius voc. τὶς uſum exemplo minime carere. Senſus igitur erit: Quod ille fecit, ut res adeo abſurda & incredibilis fidem impetraret, exemplo eſt legislatori, poſſe quempiam animis iuvenum, quidquid velit, perſuadere. *Steph.* Ficinus vertit: *Magnum enim id legislatori exemplum eſt, poſſe animis iuvenum, quodcunque velit, perſuadere.* Sed recte vulgatam lectionem Steph. defendit.

*p.* 83. *l.* 5. μυθολόγους περὶ τῶν — ᾠδῶν) Margg. Steph. *Invenitur etiam genit.* ἠθῶν *ſcriptus loco genitivi* ᾠδῶν, *& adiect.* μυθολόγους *iunctum cum ſubſtantivo* ᾠδάς. Nempe in Ficini libris, quorum auctoritatem ſecutus vertit: *quia non amplius* de eiſdem moribus fabulas *poterunt decantare.*

*p.* 84. *l.* 16. ἐπάδουσαν, μὴ ταύεσθαι) Steph. ἐπάδουσαν

malit iungere cum μὴ παύεσθαι; quam rationem cum Ficino secutus est iam Cornarius.

*p.* 85. *l.* 2. καὶ ἡδονὴν) Platonem sic scripsisse non putat Stephanus, sed potius τῆς ἡδονῆς, iungentem cum ἀπληστίαν, ἡδονῆς vero cum ὕμνων. Sic autem legendo, ita intelligendum esse hunc locum, ac si dictum esset: ἀπληστίαν ἡδονῆς τῆς ἐκ τῶν ὕμνων. Uti fere Ficinus: *ut ex innumerabili hymnorum varietate, inexplebili quodammodo voluptate concinentes efficiantur.* Et Cornarius: *quo inexplebili quadam hymnorum voluptate canentes efficiantur.*

*p.* 86. *l.* 8. τὴν ἐκμανῆ) Marg. Steph. γρ. ἐμμανῆ. Nimirum in Bas. 2.

*ead. l.* 13. πρεσβυτῶν) Stephanus auctor est, legi quoque πρεσβυτάτων, & sine ἄλλοις ante ἀνθρώποις. Ficinus quidem non expressit ἄλλοις, legit tamen πρεσβυτῶν. nisi in hoc Cornarium potius, qui vertit, *seniorum*, respexerit. Athenaeus quoque, qui Lib. X, p. 440. C. h. l. laudat, omittit ἄλλοις, habet tamen idem πρεσβυτῶν.

*p.* 87. *l.* 8. δεῖ γέ τινα.) Vel δή γε scribendum, vel cum δεῖ γε subaudiendum ᾄδειν, sumtum ex praecedente ᾄσουσιν, opinabatur Steph.

*ead. l.* 12. ἐπήβολοι) Ald. Bas. 1 & 2. ἐπίβουλοι. Certissima illa emendatio ἐπήβολοι debetur, quod Stephano minime dissimulandum erat, Cornario in Eclog. IX, p. 118. ed. Lips. & firmatur consensu Eustath. ad Od. B. p. 1448. & Etymol. M. p. 357. 23. monente Ruhnkenio ad Timae. h. v.

*p.* 88. *l.* 8. δρῶ τοῦτο, εἰπεῖν·) *Affertur & alia lectio, quae habet* δρῶ *post* εἰπεῖν. Iterum hoc sublegit Cornario Stephanus. Vide eius Ecll. p. 118. Iam Ficinus: *Non ex animo facio, bone vir*, si quidem facio.

*p.* 89. *l.* 1. ἑκάστοτε) Ex ἑκάστοτε lubenter fecerim ἕκαστον, quod iungatur cum τῶν προσφερομένων. Nisi forte dicendum sit, deesse articulum τὸ ante ὑγιεινὸν, & τὸ ὑγιεινὸν cum genit. τῶν προσφερομένων substantivi usum habere. Pro ἦν autem, quod praecedit statim, ante accus. ἡδονὴν, legitur etiam ἧν: quod nullum hic locum, ut opinor, habere potest: cum subaudiendum sit προσαγορεύομεν (ex praeced. προσείπομεν) cum illis accusativis ὀρθότητα & ὠφέλειαν: perinde ac si diceret: Quod autem attinet ad ea, quae vocamus ὀρθότητα & ὠφέλειαν. *Steph.*

*p.* 90. *l.* 5. ἢ μή τις χαίρει) Aliam hic lectionem afferri, nempe ἢ τις χ. quam & Ficinus sequatur, ait Steph. Haec vero le-

ctio est e coniectura Cornarii. vid. Ecl. IX. l. c. quam firmat Ficini interpretatio.

*ead. l.* 16. εἰ τὸ μιμηθὲν) Ald. Bas. 1. 2. ἢ τὸ μιμηθ. sine sensu omnino. Steph. vel εἰ ex vet. (is est Ficini liber & Cornarii versio) vel ἢ scribendum putat. Idem & ὀρθότης mavult legi, ut in vet. (nempe Ficino: *Rectitudo* enim imitationis in hoc consistit, *si* &c.)

*p.* 92. *l.* 2. ἢ πάντα ταῦτα) Marg. Steph. *Vel partic.* ἢ *in* εἰ *mutanda, vel potius haec illi subiungenda esse videtur: atque ita legisse Fic.* Cornarius quoque: *aut an* omnia haec confuse effecta sint?

*ead. l.* 10 *sqq.* πάντες — ἐγιγνώσκομεν. ΚΛ. Ὀρθ. λέγεις. ΑΘ. Ἆρ' οὖν) Verba πάντες — ἐγ. Cliniae tribuit Ficinus, quem Ath. statim excipit his verbis: Ὀρθ. λέγεις. Quam rationem versione sua approbavit Cornar.

*ead. l.* 14. ὅ, τέ ἐστι) *Legitur etiam* ὅ, τι τέ ἐστι. Steph. Ficinus: *quid sit, quod* in imitationem cadit.

*p.* 93. *l.* 3. χαλεπώτατόν γε) Ut hoc membrum praecedenti respondeat, Steph. scribendum putat χαλεπώτατόν τε. Ficinus legisse videtur χαλ. δέ.

*p.* 94. *l.* 6. καὶ ἀπταισίας) *Affertur & alia lectio, videlicet* ὀψίας: *sed nihilo magis hoc quam illud legisse aut legendum censuisse Ficinum existimo, cum interpretetur* tarditatis. Steph. Ὀψίας legendum statuebat Cornarius in Eclog. IX, p. 118.

*ead. l.* 12. ἀλλ' ὅτι πότε δεῖ) Steph. scribendum putat: ἀλλ' ὅτε ποτὲ δεῖ. Quam suam doctrinam hausit e Ficino & Corn. Vitium natum ex antec. οὐχ ὅτι μὴ δεῖ.

*p.* 95. *l.* 12. αὐτὰ νῦν) Non plurali, sed αὐτὸ singul. hic opus esse arbitratur Steph. Ante eum vero iam Cornarius, qui vertit: *Hoc igitur* ipsum *nunc invenimus.*

*p.* 96. *l.* 16. ἐπὶ μᾶλλον εἰ — γιγνόμενος) *Pro vocula* εἰ, *quae hic nobis negotium facessit, substituendum puto adverbium* ἀεὶ, *quod apud Eusebium exstat; sicut &* ἔτι μᾶλλον *pro* ἐπὶ μᾶλλον: *item* γενόμενος *pro* γιγνόμ. *verum in his duabus lectionibus non itidem sequendum esse illum puto, praesertim in posteriore. De hoc quoque moneo, verba haec,* προϊούσης τῆς πόσεως, *interpunctione utrinque posita a praecedentibus & sequentibus esse separanda.* Steph. ἔτι μᾶλλον expressit quoque Cornar. cum partic. ἀεί. Vertit enim: *progrediente* semper amplius *potione.* Ficinus neque εἰ, neque ἀεὶ agnoscit. Et recte omittas.

*ead. l. ult.* τῶν νῦν γιγνομένων) Euseb. λεγομένων.

*p.* 98. *l.* 12. ἀφηγοῖντο) Editt. vett. ἀφίκοιντο. Ficinus vertit: *ducentibus sobriis.* Hinc Stephani coniecturam derivatam

puta ἀφηγοῦντο, unice veram, quam & firmant praecedentia, ubi ἀθόρυβοι καὶ νήφοντες praeficiuntur tanquam στρατηγοὶ τῶν μὴ νηφόντων.

*p.* 99. *l.* 3. ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς) *Pro* μητρυιᾶς *legitur* θεοῦ Ἥρας *in praeced. edit. ſed ſcripturam illam, non hanc, agnoſcit & Fic.* Steph. In Athenaei libris, qui L. X, p. 440. D. hanc particulam laudat, exſtat: ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς Ἥρας. recte.

*ead. l.* 11. ἀποκτείνῃ τις αὐτὸ) In vet. ἀκταινώσῃ ἑαυτὸ τάχιστα, pro iſtis ἀποκτ. τις αὐτὸ (quae lectio non videtur poſſe ferri.) Fic. autem ita vertit, ac ſi participio utens ſcripſiſſet, καὶ ἀκταινοῦν, vel ἀκταῖνον, ſine pronominis adiectione. *Steph.*

*ead. l. ult.* τούτων αἰτίους) Ald. Baſ. 1 & 2. θεῶν αἰτίους. τούτων Ficino debetur, qui vertit: *duces* ad haec *nobis eſſe tributos.* Ita quoque corrigendum ſtatuit Cornar. in Eclog. l. l.

*p.* 101. *l.* 7. πότερον ἡμῶν) Stephano ſcribendum videbatur ὁπότερον, quo & alibi Plato utatur pro ὁποτερονοῦν, *utrumlibet* vel *alterutrum*, uti plane Cornarius vertit. Ficinus quoque *utrumvis* noſtrum.

*ead. l.* 13. γνώριμα) Ald. Baſ. 1 & 2. γνώρισμα. Steph. dedit γνώριμα, ſecutus Ficin. *quae utriſque vobis* notiſſima *ſunt.*

*p.* 102. *l.* 6. τῇ τῆς μέθης χορείᾳ τὸν κολ. πρ. ἐπιθῶμεν) Sic Editt. vett. cum Fic. Stephanus tamen ait afferri quoque χρείᾳ pro χορείᾳ, quod & amplectendum cenſet, cum ea, quae antea dicta ſunt, poſſint oſtendere, quae ſit χρεία μέθης, ſicut & mox dicit, μέθῃ χρῆσθαι, & χρείαν de eadem. Debetur vero haec egregia emendatio ingenio Cornarii, vertentis: *Ebrietatis itaque* uſui *primum Colophonem imponamus.* v. eiuſd. Eclog. IX, p. 118.

*p.* 103. *l.* 2. ἀλλ' ὑδροποσίᾳ) Euſeb. ὑδροποσίαις.

---

## IN LIB. III.

*p.* 105. *l.* 1. δὴ ταῦτα) *Legitur etiam* ταύτῃ. Steph. Sic Baſ. 2.

*ead. l.* 9. Οὔκουν ῥᾷόν γε) In vet. ῥᾴδιον. Verum & alibi invenitur ῥᾷον apud hunc ſcriptorem, ubi comparationis ſignificatio locum nullum habet. *Steph.*

*p.* 106. *l.* 8. μετάβασιν.) Sic editt. vett. Ald. Baſ. 1 & 2. Stephanus tamen in margine exempli ſui notat ſcribi quoque μεταβολήν. Utrumque bene. Illud tamen malim, quia hoc ſtatim praecedit.

*p.* 107. *l.* 8 *ſq.* τέχνης — σπουδαίας) Legitur quoque, teſte Steph. σπουδαίως.

*ead. l.* 11 *sqq.* ΚΛ. Πῶς γὰρ ἂν — καὶ ὁτιοῦν του) Haec verba Ficinus Athenienſi tribuit, & Cliniae inde ab ὅ, τι μὲν γάρ —. Pro ὁτιοῦν του aliam lectionem afferri, ὁτῳοῦν abſque του, ait Steph. qui vero libenter retinuerit ὁτιοῦν, ſed itidem abſque τὸ, ut in quodam vet. legitur. Et ὁτῳοῦν quidem eſt e praeclara coniectura Cornarii Eclog. IX, p. 119. ed. Lipſ. quam firmat Ficini verſio: *quomodo novum quidquam alicui eſſet inventum.*

*ead. l.* 14. διελάνθανεν ἄ. τοὺς τότε·) Cornar. l. l. poſt τότε inſerendum cenſet, δῆλόν γε· explicatque: Quod enim innumera millia annorum illos, qui tunc fuerunt, latuere, *manifeſtum eſt.* Hinc videre licet, qua fide agat Stephanus, notando: *Poſt τότε invenitur ſcriptum δῆλόν γε· quae verba niſi addantur, ſuſpenſa poſt ὅτι manet oratio.*

*p.* 108. *l.* 7. οὕτω λέγωμεν) Legitur etiam, teſte Stephano, λέγομεν. Nempe in Ficini libris, qui vertit: *arbitramur.*

*ead. l.* 14. οἰόμεθα) Vel οἰώμεθα, ut paulo poſt, atque ut paulo ante λέγωμεν. Niſi potius & ibi λέγομεν, & οἰόμεθα utrobique legamus. *Steph.*

*p.* 109. *l.* 13. πόρεια δὲ) Steph. monet, rectius ſcribi πορεῖα, qua in ſignificatione & πορία apud Poll. nempe πορεῖα, πορία, τὰ ὀχήματα. & alibi: τὰς ναῦς καὶ πορεῖα θαλάττια.

*p.* 111. *l.* 10. δικαιότατα) Marg. Steph. γρ. γενναιότατα. Editt. vett. tanquam Ald. Baſ. 1. 2. cum Ficino in vulgata conſpirant.

*p.* 112. *l.* 1. Οὐκοῦν εἴπωμεν) Legitur etiam εἴπομεν. Unde Ficin. *diximus.* Retinenda tamen potius altera lectio, cum nonnulla quidem huc pertinentia, ſed non eadem dixiſſe comperiantur. *Steph.*

*ead. l.* 6. μόνον αὐτοῦ) Steph. auctor eſt inveniri quoque αὐτό.

*ead. l. ult.* Εἰκὸς γοῦν. ΑΘ. Πολιτείας δέ γε) Haec πολιτείας δέ γε &c. cum εἰκὸς γοῦν continuantur a Clinia apud Ficinum, interrog. τρόπος ἐστὶ τίς; Reſpondit autem Athen. Οὗτος. ſed Clinias reſponſionem interrumpit; notante iam Steph.

*p.* 114. *l.* 1. ΚΛ. Καλῶς) Megillo καλῶς tribuit Ficinus, uti & ea, quae infra & p. 116. a Clinia proferuntur. Rectius utique.

*ead. l.* 6. ποιήσουσι) Legi quoque ποιοῦσι in praeſenti teſtatur Steph. eamque lectionem praefert vulgatae, convenientem quippe cum antec. & ſeq. συνέρχονται & τρέπονται. Ficinus nempe: *gregem unum* conficiunt. Cornarius quoque: *gregem unum* faciunt.

*p.* 115. *l.* 8. ἀρέσκειν ἑκάστοις) *Deeſſe vocem* πρώτους *poſt vel ante* ἑκάστοις *perſuaſum habeo; cum ſequatur* τοὺς δὲ τῶν

ἄλλων, ὑστέρους. Steph. Hoc perſuaſum habet Steph. e Ficino: *neceſſe eſt, leges ſuas cuique* inprimis *placere, aliorum vero leges loco ſecundo.*

*p.* 117. *l.* 7. τι μακρὸν — χρόνον) Turbat utique partic. τι, quam in τινὰ, ut conveniat cum χρόνον, mutandam cenſebat Stephanus.

*p.* 119. *l.* 1. εἴτι ξυνεῖναι δυνάμεθα) Niſi pro εἴτι legamus ἔτι, dicendum eſt, eſſe ita locutum ἐλλειπτικῶς, relinquendo verba quaedam ſubaudienda in fine periodi, cuiuſmodi fuerint haec: ἀγαπητόν ἐστι. Ita certe Ficinus vertit, quaſi illa aut illis ἰσοδύναμα invenerit in aliquo exemplari, aut ſubaudiverit. *Steph.* Fic. vertit: *Ex quibus omnibus ſi intelligere potuerimus — ſatis nobis factum putabimus.*

*ead. l.* 11. χειμερινὰ) Stephanus ait, ſe interpunctionem poſt h. v. ſuſtuliſſe, quod εἰς τὰ χειμερινὰ neceſſe ſit iungi cum τρεπομένου. At vero nullam agnoſcunt editt. vett. ideoque ſuſpicor, eum Ficini verſionem in animo habuiſſe. Vertit is: *quamvis ab aeſtivali ſolſtitio ad hiemalia dies modo vertatur.*

*p.* 120. *l.* 4. Πατροκλῆς) Προκλῆς olim legebatur in Ficini verſione, pro quo vulgatam Πατροκλῆς repoſuit Grynaeus.

*p.* 122. *l.* 14. κατοικισίς τε) Paulo poſt leg. κατοικήσεων; unde Steph. bene monet, & hic ſcribi debere κατοίκησις, aut infra ſcrib. κατοικίσεων. Alterum tamen praeſtat.

*p.* 123. *l.* 2. ἐν τῷ νῦν σκοποῦντας) Ald. Baſ. 1 & 2. ἐν τῷ νῷ σκοποῦντας. Unde Steph. hanc correctionem petierit, haud difficile eſt aſſequi. Nempe Ficinus vertit: *Atqui opus eſt, ut id* modo *conſiderantes* cet.

*ead. l.* 4. πρεσβυτικὴν σώφρονα) Steph. καὶ ante σώφρονα deeſſe ſuſpicabatur. Ecce iterum Ficinus: *differentes de legibus ſenili modeſtoque ioco.*

*ead. l. ult.* καθάπερ νῦν) Ante vel poſt καθάπερ deeſſe videbatur Steph. particula quaedam: ut legatur, καὶ καθάπερ, vel καθάπερ γὰρ, aut καθάπερ οὖν, ut Ficinum legiſſe putabat. Vertit vero: Quare, *quemadmodum nunc* &c.

*p.* 125. *l.* 4. ὅπερ εἰπομεν νῦν δὴ σμικροῦ μέρ.) *Legendum eſt, meo quidem iudicio,* οὗπερ εἰπομεν *v. d. σ. μ. vel, ſi retinere velimus* ὅπερ, *ita ſcribendum,* πλὴν (ὅπερ εἰπομεν νῦν δὴ) σμικροῦ μέρους. Steph. Hanc rationem ſecutus eſſe videtur Ficinus, vertendo: *praeter parvam*, ut modo *diximus*, *partem.*

*p.* 126. *l.* 7. ἀποβλέψας γὰρ — ἔδοξέ μοι) Vel ſcribendum ἀποβλέψαντι, ut conveniat cum ſequent. ἔδοξέ μοι; vel potius dicendum, ἀνακολούθως ſubiunxiſſe ἔδοξέ μοι πάγκαλός τ' εἶναι, pro ἔδοξα πάγκαλόν τ' εἶναι. *Steph.*

*ead. l.* 10. ἐχόντως νοῦν) Alius eſt locus, qui, cum ſuſpectus merito eſſe videretur, ab hoc confirmatur, habente itidem ἐχόντως νοῦν, pro νουνεχόντως. *Steph.*

*p.* 128. *l.* 15. τὴν βούλησιν δὲ μᾶλλον) Legitur etiam πολὺ μᾶλλον: ſed illud adverbium ante μᾶλλον Ficinus haud agnoſcit. *Stephan.*

*p.* 130. *l.* 9. ἐπαίνων καὶ μὴ) Steph. teſtatur, exſtare quoque ἐπαινῶν, quod praefert. Nam utendo genitivo partiente, dicendum potius fuiſſe οἵ γε ἐλεύθεροι τῶν ἐπαίνων, καὶ μὴ, μ. εἰσὶ καταφανεῖς. Ficinus vertit: *qua in re liberalis veruſque laudator maxime perſpicuus ſit.* Ita quoque Cornarius, niſi quod inſuper legiſſe videatur ἐλευθέρως ἐπαινῶν cet.

*p.* 131. *l.* 10. τοῖς φύσει ἀρχικοῖς) Ald. Baſ. 1. ἀρχικωνοῖς. At Baſ. 2. ἀρχικοῖς, quod Steph. iure recepit.

*ead. l.* 12. τὸ πλῆθος· ταυτὸν δὴ κ. ε.) *In uno vet. ſcriptum eſt,* ὅταν ἄρχουσι καὶ νόμοις μὴ πείθηται τὸ πλῆθος, ταυτόν· καὶ δὴ καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς, ὁπόταν &c. *ſed noſtra lectio retinenda eſt, ut* ταυτὸν, *a quo alterum orationis membrum incipit, adverbialiter ponatur, pro* κατὰ ταυτὸν, *ſicut L. IV, p. 180.* ταυτὸν ἄρα καὶ ὁ θεὸς δὴ καὶ φιλάνθρωπος ὢν &c. *quam ſignificationem agnoſcens & Ficinus vertit,* Similiter. Steph. Utraque diſtinctio proba videtur; ſcribendum vero inſuper puto ταὐτὸν, ut Eutyphr. 1, 6. ed. Fiſch.

*p.* 132. *l.* 2. ταῦτ' ἀμαθαίνουσι) *Exſtat & alia lectio* ταῦτα μανθάνουσι, *aperte mendoſa.* Steph. Editt. vett. cum Ficino tenent vulgatam.

*ead. l.* 10. οὐκ ἔστιν.) *In quibuſdam editt. haec verba* οὐκ ἔστιν *a Clinia interiiciuntur, ſequentia autem dicit Athen. ſermonem ſuum proſequens; ſed credo potius illa quoque huius eſſe, ſive* πῶς *pro* ὅπως *accipiatur abſque interrog. ſive eius nota poſt* εἶδος *ponatur, ut ad ſuam ipſe interrogationem reſpondeat.* Steph. Quae Cliniae tribuit, οὐκ ἔστιν, ſola eſt Ficini verſio. Praeſtat tamen vulgaris ratio.

*p.* 134. *l.* 3. δικαίοτ. εἶναι φαμὲν) Steph. notat, legi quoque, ſed perperam, φαῖμεν. Nempe Ficini verſio haec eſt: *iuſtiſſimum eſſe ducamus.* Is vero inſuper legiſſe videtur paulo ante προάγωμεν, ad ſortem *producamus.*

*ead. l.* 9. ἁμαρτάνοντες) Steph. malit ἁμαρτόντες, ut in vet. cum ſequatur ἀγνοήσαντες.

*ead. l.* 15. ἀμεινον ὂν χείρονος.) Poſt ὄν ponenda fortaſſe ſuerit hypoſtigme, ut non aliter intelligamus, quam ſi dictum eſſet, τότε τὸ μέτριον, ἀμεινον ὄν, ἠγήσατο πλέον τοῦ ἀμέτρου, χείρονος ὄντος. *Steph.*

*p.* 135. *l.* 12. εἰ δὲ — προϊδών;) Baſ. 1 & 2. habent poſt προϊδὼν maius ſtigma; at Ald. interrogandi ſignum, rectius, iudice Steph.

*p.* 136. *l.* 3. εἰς νόσους ἴσει) Sic omnes editt. Stephanus tamen aliam lectionem affert πίπτει, quam hauſiſſe videtur e Ficini verſione: *& alia quidem in morbos* incidunt. Unde tamen vix recte cogas, eum aliter legiſſe.

*p.* 137. *l.* 8. σωζεῖσα αὕτη) Rectius ſcribetur αὐτὴ, auctore Steph.

*ead. l.* 16. ταῦτα — γενόμενον) Vel retinendo ταῦτα ſcribendum videbatur Steph. γενόμενα, vel τοῦτο cum γενόμενον. Hoc vere. Ficinus enim: Quod *quidem a nobis intelligi, poſtquam factum eſt*, &c.

*p.* 139. *l.* 8. λεγομένοις καὶ νομοθέταις) Sic editt. vett. cum Fic. At Steph. contendit, partic. καὶ vix ferri poſſe, propter illa, (p. 128.) καὶ δὴ καὶ πολιτικόν γε ἄνδρα νομοθετην ὡς ἀεὶ δεῖ πρὸς τοῦτο βλέποντα τιθέναι τὰς τάξεις τῶν νόμων.

*ead. l.* 10. καὶ τὸ παρὸν) Ald. Baſ. 1 & 2. καὶ τοπαράπαν. Ficinus vero: *quale eſt, quod* nunc *expoſuimus*. Hinc Steph. reſcripſit παρόν.

*ead. l.* 12. ὅτι τὴν πόλιν) In quodam vet. non legitur artic. τὴν, atque adeo abeſſe illum malim. *Steph.*

*p.* 140. *l.* 4. Πειρασώμεθα) Pro πειρασώμεθα inveniri quoque fut. indic. πειρασόμεθα, teſtatur Steph. Nimirum Ficinus vertit: *Conabimur* &c.

*p.* 141. *l.* 15. τοὺς εἴτι δυναμένους) Sic omnes editt. At Marg. Steph. *Quidam ſcr.* τοὺς εἴς τι. *videndum, an non &* τοὺς οἵ τι *ſcribi poſſit.*

*ead. l. ult.* ἀπέδωκεν αὐτοῖς) Magnum errorem (ni fallor) unius literae mutatione ex hoc loco eximam, ſubſtituendo videlicet ἐπέδωκεν pro ἀπέδωκεν; inter quae verba, alioqui ſcriptura adeo ſimilia, magnum fuerit ſignificationis diſcrimen. Quanto autem ſit huic loco aptior ſignificatio verbi ἐπέδωκεν, quam alterius ἀπέδωκεν, te, Lector, mecum velim expendere. Perſae, inquit, cum ſub Cyro maiorem ſervitutis & libertatis mediocritatem tenerent, liberi primum ipſi, deinde aliorum multorum domini exſtiterunt. Nam cum imperantes libertatis participes facerent eos, quibus imperabant, & quandam iuris aequabilitatem illis tribuerent, magis amici ducibus milites, & ad ſubeunda pericula promti erant. Quin etiam, ſi quis inter eos prudentia valebat, & conſilium dare poterat, ab eo communis facultas prudentiae in medium afferebatur, cum rex

minime invidus esset, sed loquendi libertatem concederet, atque adeo illos, qui aliquid consilii dare ipsi possent, honoraret. Haec autem postquam commemoravit, tandem addit, καὶ πάντα δὴ τότε ἐπέδωκεν αὐτοῖς, δι' ἐλευθερίαν &c. id est, Tunc igitur illis omnia progressus habuerunt, propter libertatem, amicitiamque, & mentis communionem. At Fic. ita: *Cuncta igitur tunc illis libertate, amicitia, mentisque communione facilia reddidit.* In qua interpretatione illi alteri verbo ἀπέδωκεν novam quandam tribuit significationem, & huic loco tamen prae illa, quam habet verbum ἐπέδωκεν, parum convenientem. Potest autem hoc & aliter exponi, manente tamen eodem sensu. nam πάντα ἐπέδωκεν reddere etiam liceat: Melior fuit illis rerum omnium suarum status; vel: Omnia illis incrementum ceperunt; vel: Suas res omnes in melius provexerunt. Haec est mea de loci huius emendatione sententia: quam confirmare videtur etiam quod sequitur ἀπώλετο, velut illi ἐπέδωκεν oppositum. Ceterum νοῦ κοινωνίαν (ut de hoc quoque obiter moneam) audaculo genere loquendi utens vocat quod dixit κοινὴν τὴν τοῦ φρονεῖν δύναμιν. Ego, ut illud repraesentarem, verti, Mentis communionem: cum alioqui dicere possem, Prudentiae communionem, aut prudentium consiliorum communionem. Iam vero, quod hic dicit, ἐπὶ τὸ ἴσον ἄγειν, aliquanto post dicet ἰσότητα τινὰ κοινὴν εἰσφέρειν. Iam vero & quod ad verba illa attinet, quae, Graecorum verborum vestigiis insistens, ita sum interpretatus: Cum sub Cyro maiorem servitutis & libertatis mediocritatem tenerent: eorum velut expositionem habes pag. 149. nam ei, quod hic vocatur τὸ μέτριον δουλείας τε καὶ ἐλευθερίας, possumus dicere opponi quam ibi appellat τὴν σφόδρα δουλείαν τε καὶ δεσποτείαν. *Steph.*

*p.* 142. *l.* 7. παιδείας δὲ ὀρθῆς οὐχ ἥφθαι) Apud Gellium scriptum est ὀρθῶς, L. XIV, c. 3. cuius initium est, Qui de Xenophontis Platonisque vita & moribus pleraque omnia exquisitissime scripsere, non abfuisse ab eis motus quosdam tacitos & occultos simultatis aemulationisque mutuae putavere. Aliquanto post enim haec subiungit: Id etiam esse non sincerae neque amicae voluntatis indicium crediderunt, quod Xenophon inclito illi operi Platonis, quod de optimo statu reipublicae civitatisque administrandae scriptum est, lectis ex eo duobus fere libris, qui primi in vulgus exierant, opposuit contra conscripsitque diversum regiae administrationis genus, quod παιδείας Κύρου inscriptum est. Eo facto scriptoque eius usque adeo permotum esse Platonem ferunt, ut quodam in libro,

mentione Cyri regis habita, retractandi levandique eius operis gratia, virum quidem Cyrum navum & strenuum fuisse dixerit, παιδείας δ' οὐκ ὀρθῶς ἥψατο τοπαράπαν. Haec enim verba sunt de Cyro Platonis. Hactenus Aulus Gellius, sive (ut nunc a quibusdam vocandus creditur) Agellius: qui certe fieri potest ut ita scripserit, οὐκ ὀρθῶς, cum in exemplar, quod hanc lectionem haberet, incidisset; sed ego quandam esse παιδειαν dico, quam Plato non hic solum, sed alibi etiam vocet ὀρθὴν, & quidem duobus aliis in locis, nisi me fallit memoria. Unum saltem illa repraesentare potest ex libro De Republica III, non procul a fine: Καὶ ἔγωγ' εἶπον, Τοῦτο μὲν οὐκ ἄξιον διϊσχυρίζεσθαι, ὦ φίλε Γλαύκων· ὃ μέντοι ἄρτι ἐλέγομεν, ἄξιον, ὅτι δεῖ αὐτοὺς τῆς ὑρθῆς τυχεῖν παιδείας, ἥτις ποτὲ ἐστὶν, εἰ μέλλουσι τὸ μέγιστον ἕξειν πρὸς τῷ (vel potius πρὸς τὸ, ut legendum mihi videri ibi admonui) ἥμεροι εἶναι αὐτοῖς τε καὶ τοῖς φυλαττομένοις ὑπ' αὐτῶν. Ex hoc certe loco (cuius scriptura minime vocari in dubium potest) ipse quoque Gellius, ut opinor, ὀρθῆς in altero etiam legendum fateretur. De hoc autem merito quis ambigat, an sit μνημονικὸν ipsius Gellii ἁμάρτημα, locum, qui est in opere de Legibus, afferentis tanquam ex opere, quod scripsit περὶ πολιτείας (sicut Athenaeus memoria lapsus quendam in quinto de Legibus exstare dicit, qui in quinto non huius sed illius operis invenitur) an una eademque appellatione comprehendi posse utrumque existimaverit, quod ad rem unam eandemque pertineant. Iam vero haec verba, περὶ πολιτείας, sic ab eo reddi miror, De optimo statu reipublicae civitatisque administrandae: miror, inquam, illa verba sic ab eo reddi, quod duae interpretationes in unam misceri quodammodo videantur; cum dicendum esset, De optimo statu reipublicae, vel, De optimo genere administrandae reipublicae, sive, De optima ratione reipublicae administrandae. Haec autem omnia lectori consideranda relinquo, atque hoc inprimis, an Gellium ita scripsisse verisimile sit. Nam ad ὀρθῶς quidem quod attinet, non absimile vero fuerit, eum in exemplar (uti dixi) incidisse, quod hanc lectionem haberet. *Steph.*

*p.* 143. *l.* 7. σκληρὰν καὶ ἰκαν.) *Quidam* σκληρὰν δὲ καὶ ἰκανὴν *scribunt, sed hac particula opus esse non puto: atque haec* σκληρὰν καὶ ἰκανὴν *&c. referri ad illa* ποιμένων ὄντων *&c. q. d.* σκληρὰν, ἅτε ποιμένων ὄντων Per. Steph. Σκληρὰν δὲ Ficinus videtur legisse.

*ead. l. ult.* ἀπώλεσεν ὑπὸ Μήδων) Post ἀπώλεσεν distinguit Ficinus, vertitque: *Ipse ignorantia — principatum perdidit.*

*Medi enim — ipsum quasi* amentem *contemserunt.* Hinc etiam patet, ipsum μανίας pro μωρίας legisse. Vulgatam interpunctionis rationem Steph. ex loquendi usu ita defendit, ut, sicuti dicatur ἡ ἀρχὴ ἀπώλετο ὑπὸ Μήδων, ita quoque dici posse ἀρχὴν ἀπώλεσεν ὑπὸ Μήδων, pronuntiet.

*p.* 144. *l.* 11. εἰς τὸν νόμον ἐνέδυ) Steph. auctor est, legi quoque εἰς τὸν νόμον ἐνέδει. quam praestantem lectionem eruisse videtur e Ficini versione: *lege complexus est.* Eadem haec loquendi ratio occurrit apud Plutarch. in Romulo.

*ead. l. ult.* ὃς τοῦ Κύρου) Steph. coni. ὡς τοῦ Κ. κακὸν οὐκ ἔμαθες.

*p.* 145. *l.* 5. οὐ τύχης) Stephano scribendum videtur οὐ τύχη, cum sequatur ὁ κακὸς βίος. Alioqui, ut τύχης, ita τοῦ κακοῦ βίου dicturum fuisse existimat.

*ead. l.* 13. τροφὴν νέμετε) *Affertur alia lectio,* ἀρχὴν νέμετε. *Illam certe alteram non agnovit Fic. cuius interpretatio unicam vocem habet,* magistratum. Steph. Ἀρχὴν est ex emendatione Cornarii in Ecl. IX, p. 119. uti quoque Ficinus legisse videtur in edit. prima (anni 1491.) nam vertit: *Nullos excellentes honores* munerave *praebetis.*

*ibid.* τὸ καταρχὰς) Vel τὸ κατ' ἀρχὰς, vel una voce τοκαταρχὰς Stephanus scribere malit.

*ead. l.* 17. ΚΛ. Πῶς τοῦτο — λέγεις;) Haec in Bas. 1. 2. & Fic. tribuuntur Megillo, quae in Ald. Cliniae: quae personarum commutatio extenditur usque ad illa verba, Πάνυ μὲν οὖν εἰρήσθω σαφῶς, quae itidem a Megillo dicuntur.

*p.* 146. *l.* 6. ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ;) Stephano scribendum videtur, πῶς γὰρ ἄν; intell. enim, πῶς γὰρ ἂν τόγε δίκαιον φύοιτο χωρὶς τοῦ σωφρονεῖν. Nimirum Ficinus vertit: *Quomodo enim aliter?* Unde tamen neutiquam colligendum esse puto, Ficinum hic aliter legisse.

*ead. l. ult.* πρόσθημα, τιμαί τε καὶ ἀτιμίαι) Verba haec τιμαί τε καὶ ἀτιμίαι, i. e. honores & ignominiae, palam redundant, & ex margine in contextum irrepserunt. Adscripsit autem illa quidam vocis πρόσθημα exponendae gratia, velut per πρόσθημα significentur τιμαί τε καὶ ἀτιμίαι. Sed & hoc falsum est. Non enim hae πρόσθημα dicuntur, sed ipsa temperantia est πρόσθημα reliquarum virtutum, ad quas ipsam apponi & accedere oportet, sicut in praecedentibus dixit. Et propterea subdit Clinias: *Temperantiam mihi dicere videris.* Et deinde Athenienſis hospes dicit: *Quod vero ex aliis plurimum nobis prodest cum appositione,* id est, *cum temperantia.* Cornar. in Ecl. IX, p. 119.

*p.* 147. *l.* 15 *ſq.* διανέμειν. ΚΛ. Ὀρθῶς. ΑΘ. Ἔστι δὲ ὀρθῶς) Ficinus (in prima edit. nam altera ad vulgarem rationem accommodata eſt) vertit: *Oportere itaque dicimus civitatem* — recte *honores & opprobria diſtribuere. Recta* autem *diſtributio eſt* &c. Hinc patet, Ficinum continuaſſe orationem Athenienſis, neque ante ὀρθῶς Cliniae nomen poſitum inveniſſe.

*p.* 148. *l.* 8. ἐπὶ ἔτι) Aut inter ἐπὶ & ἔτι deeſſe aliquid, aut ἐπὶ abeſſe debere recte opinabatur Steph.

*ead. l.* 15. ἕκάστοτε ἥττῶνται) *Pro* ἥττῶνται *alia eſt lectio* (*& quidem genuina*) ἡγῶνται, *cum quo verbo iungendum eſt* ἔσεσθαι, *ut diſtinguatur poſt* σφίσιν: *hoc ſenſu, Sed ob ſuum imperium non dubitant evertere & civitates & gentes, everſaſque igni vaſtare, ſi hac ex re vel exiguam ad illud redituram eſſe utilitatem exiſtiment.* Steph. Ἡγῶνται Cornarii praeclaro acumini debetur. v. eius Ecl. IX, p. 119.

*p.* 149. *l.* 14. τῆς μέτριον ἐχούσης ὑφ' ἑτέρων) Ficinus vertit: *Quam illa, quae* mediocritatem *magiſtratuum dominatione conſequitur.* Quam verſionem reſpicere videtur Steph. ubi notat, legi quoque μέτρον. Vulgatum tamen defendit loco appoſito (p. 141.) Πέρσαι γὰρ, ὅτε μὲν τὸ μέτριον μᾶλλον δουλείας τε καὶ ἐλευθερίας ἦγον ἐπὶ Κύρου &c. Idem verba ὑφ' ἑτέρων, quae facile in corruptelae ſuſpicionem vocari poſſint, bene expedivit, vertendo, Sub aliorum poteſtate, ſive Sub aliorum dominatu.

*p.* 150. *l.* 4. φόβον ἄπειρον) Marg. Steph. *Quidam vet.* φόβον ἄπορον. non male. Eſſet enim: *terrorem inexpugnabilem*, adeoque *graviſſimum.* Eadem lectionis varietas eſt in Apol. Socr. init. ubi v. Fiſch.

*p.* 151. *l.* 4. λεγόμενον ὕστερον) Hoc partic. extra etiam parentheſin poſitum videri poteſt. Legitur autem & ὕστεροι. *Steph.*

*p.* 152. *l.* 3. ἐξ ἀπόρων ἐφαίνετο) *In quodam vet. eſt καὶ τότε inter* ἀπόρων *&* ἐφαίνετο. Steph. In vett. Edd, & Ficin. non leguntur, & recte abeſſe poſſunt, propter illa: πρὸς τὸ πρότερον γενόμενον.

*p.* 153. *l.* 3. ειτι — προσήκοντα λέγομεν) Steph. legendum coni. εἰ τὰ cet. Grammatices ſane legibus convenientius. Ficinus quoque, *Si, quae ad legumlationem pertinent, dicimus.*

*ead. l.* 4. οὗ λέγω δ' ἕνεκα.) *In aliis exemplis poſt verba haec,* οὗ λέγω δ' ἕνεκα, *ponitur tantum hypoſtigme, tanquam cum ſequentibus cohaereant. quod fieri tamen nullo modo poteſt, propter* γάρ. *nam ut expoſitio, quam & Fic. dat huic loco* (*haec videlicet*, Cuius autem gratia iſta dicam, videte) *ei convenire poſſet, oporteret dictum eſſe,* οὗ λέγω δ' ἕνεκα, ὁρᾶτε γὰρ,

*pro* ὁρᾶτε γὰρ, οὗ λέγω ἕνεκα, *vel* λέγω δ' οὗ ἕνεκα, ὁρᾶτε: *quorum neutrum admitti poteſt. At cum praecedentibus iungendo illa verba,* οὗ λέγω δ' ἕνεκα, *& ſenſum aptum, & nihil ab uſitata ſermonis forma alienum habemus.* οὐ γὰρ μύθων ἕνεκα (*inquit*) διεξέρχομαι, οὗ λέγω δ' ἕνεκα, *i. e. Non enim haec confabulandi gratia dico, ſed ad confirmandum id, de quo ſermo eſt inſtitutus. Steph.* Si vulgarem rationem teneas, partic. γὰρ aut omnino tollenda, aut τῷ ἐπειδὴ poſtponenda videtur. Stephanianam tamen firmat Ald.

*ead. l.* 6. ἄγουσι) Steph. ait, legi quoque ἀγαγοῦσι.

*ead. l.* 11. τὸ νῦν λεγόμενον) Legitur etiam, teſte Steph. τὸν, ut ſubaud. λόγον ex praeced. λόγοι.

*p.* 154. *l.* 10. δεδομένον ἀκούειν) Quidam δεδογμένον, auctore Steph. qui praeterea malit αὐτῆς, pro αὐτοῖς. Neutrum neceſſe puto. Nam ſyntaxeos ratio haec eſt: δεδομένον ἦν αὐτοῖς ſc. τοῖς γεγονόσι περὶ παίδευσιν, ἀκούειν &c.

*p.* 156. *l.* 11 *ſq.* ἐπὶ τὰ αὐτὰ — μὴ λῆξαι) Ante haec verba ὥστε deeſſe putabat Steph. quod iungatur cum μὴ λῆξαι. Rectius tamen ante μὴ λῆξαι intelligas illud ὥστε.

*p.* 159. *l.* 6 *ſq.* ΚΛ. Εὖ λέγεις. ΜΕΓ. Καὶ μὴν καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ.) Haec a Megillo proferuntur in Ficini verſione, anni 1491.

## IN LIB. IV.

*p.* 161. *l.* 4. τοῦτο μὲν γὰρ — ὁ κατοικισμὸς αὐτῆς) Cum τοῦτο ſubaudiendum eſſe e praeced. τοὔνομα, facile quiſque Stephano dabit. At, quod idem cenſebat, verbum δοίη aut aliquod tale deeſſe videri, hoc, temere, puto. Referenda enim omnia ad προσθείη, quod ſtatim ſequitur. Sed in hanc ſuſpicionem Stephanum adduxit Ficini verſio: *Id enim forſan aut ipſa coloniae deductio* dabit, *aut* &c.

*ead. l.* 11. κατὰ ταῦτα αὐτῆς) Euſeb. qui hunc locum affert, legit κατ' αὐτῆς: quae tamen lectio Steph. non ſatisfacit, qui haec verba omnino in corruptis habet.

*p.* 162. *l.* 1. Γείτων δὲ αὐτῆς πόλις — τις πλησίον;) Euſeb. αὐτῇ. Alterutrum vero redundare videtur, γείτων aut πλησίον, quod iam vidit Steph. qui, ſi utrumque retineatur, rem ita expediendam cenſet, ut γείτων ea quoque vocari poſſit civitas, quae non ſit πλησίον, ſed longiculo intervallo remota.

*ead. l.* 7. Τραχυτέραν αὐτὴν — ἂν λέγοις) Ficinus: *Aſperam igitur illam — dic's?* interrogative, Stephano non improbante.

*p.* 164. *l.* 7. εἶπον ὡς ὅτι) *Non male poſt* ὡς *interpungeretur, cum non dicatur* ὡς ὅτι *per pleonaſmum (poſitis videlicet*

*his duabus voculis ἐκ παρελλήλου*) *sed ad diversa verba tendant, ὡς ad ἔχοι & ad ξυνεχώρουν: at ὅτι ad βλέποι. perinde ac si ita collocata essent verba: εἶπον, ὡς καλῶς μὲν ἔχοι* (*subaudiri autem videtur λέγειν*) *ὅτι εἰς ἀρετὴν βλέποι*, &c. *οὐ ξυνεχώρουν δὲ ὅτι πρὸς μέρος* &c. Bene haec Steph. quoad prius orationis membrum, nempe *ὡς — καλῶς ἔχοι*. At *ξυνεχώρουν* nullo modo respicit illud *ὡς*. Sensus enim & orationis structura haec est: *τὸ δ' ὅτι πρὸς μέρος, ἀλλ' οὐ πρὸς πᾶσαν* (sc. *ἀρετὴν τὰ τῶν Κρητῶν νόμιμα βλέποι*, h. e. propterea quod Cretensium leges non virtutem omnino, sed bellicam tantum spectarent, eas equidem non admodum laudavi.

*p.* 165. *l.* 2 *sq. οἷον — Μίνως γὰρ*) Quae in medio sunt, *φράσω γὰρ. οὔτι μνησικακεῖν βούλομενος ὑμῖν*, per parenthesin posita esse, & *οἷον* ad *Μίνως* referri debere, notat Steph. Hoc quidem parum commode, propter *γὰρ* post *Μίνως*. Malim itaque *οἷον*, absolute positum, cum Ficino reddere, *Quale illud fuit.*

*ead. l.* 11. *νομίμων*) Ficinus vertit *firmisque;* unde Stephano verisimile est, eum legisse *μονίμων.*

*ead. l. ult. φασὶ ξυμβαίνειν*) Steph. auctor est, legi quoque *φιλεῖ ξυμβαίνειν*, quod & praeferendum censet vulgato *φασί*. Ficinus ad sensum magis vertit: *Audire contingit.*

*p.* 166. *l.* 1. *πολλάκις μυρίων*) Steph. malit coniunctim *πολλακισμυρίων.*

*p.* 170. *l.* 4 *sq. καθάπερ ἵππων ζεῦγος — ξυμφυσῆσαι*) *In praeced. edit. ἱππέων & ξυμφῦσαι, pro ἵππων & ξυμφυσῆσαι, ut in vet. ubi legitur etiam, ἀλλ' ὄντως ἐστὶ νομοθεσία &c.* Steph. Depromta haec e Ficino vel Cornarii Eclogis puta. Ficinus nimirum: *Et tanquam sub uno iugo* equi, *unum idemque, ut dicitur*, efflare *possint. Sed* enim cet. v. Cornarii Ecl. IX, p. 120. Ficinum tamen *ὁμῶς*, non *ὄντως*, legisse, mihi probabilius videtur.

*ead. l.* 8 *sq.* ΑΘ. *Ὦ 'γαθὲ — περὶ νομοθετῶν ἐπαινῶν*) *In vet. ὦ 'γαθὲ iungitur praeced. verbis Cliniae, ubi & ἐπαινιὼν scriptum est, non ἐπαινῶν.* Steph. Ficinus quidem v. *ὦ 'γαθὲ* Cliniae tribuit, at manifesto legit *ἐπαινῶν*. Stephanus igitur aut alium librum respexit, aut fraudem lectori facere voluit, sua alienis immiscendo. Praestat *ἐπαινῶν.*

*p.* 171. *l.* 2. *πολλάκις ἀκαιρία.*) Sic omnes editt. Stephanus vero ait, legi quoque *ἀκαιρίαι*, qui sane numerus magis conveniret cum illis *χρόνον ἐπὶ πολὺν ἐνιαυτῶν πολλῶν.*

*ead. l.* 7. *ἀλλὰ γὰρ ὁμοίως*) *ὅμως* a quibusdam legi, monet Steph.

*p.* 172. *l.* 2. τι παρὸν αὐτῷ) Steph. coni. ὃ παρὸν &c. ut intellig. pro οὗ παρόντος.

*ead. l.* 14 *sq.* τῇ τυραννουμένῃ ψυχῇ) *Affertur & alia lectio*, τῇ τοῦ τυράννου ψυχῇ. Steph. Atque ea quidem est e coniectura Cornarii Ecl. IX, p. 120.

*ead. l. ult.* Τὴν δημώδη γε, ὦ Κλεινία,) Ficinus vertit: *Popularem, o Clinia, dico.* Quam versionem respicere videtur Stephani nota: *Non deest verbum, sed relinquitur subaudiendum* φράζω *ex praeced. infin.* φράζειν.

*p.* 173. *l.* 13. ΚΛ. Πῶς λέγεις; εἰ τύραννος) In praeced. edit. (praeterquam in Lovaniensi) haec verba εἰ τύραννος &c. adscribuntur Athenienſi, una cum illis πρόσθες μὴ κατ' ἄλλο, & iis, quae sequuntur; quorum postrema sunt, ὅσῳ δ' ἐναντίον, ἐναντίως. Sed minime dubium est, quin contra, haec, πῶς λέγεις; εἰ τύραννος γένοιτο, φὴς, νέος &c. dicantur a Clinia: illa autem πρόσθες μὴ κατ' ἄλλο &c. ab alia persona, videlicet ab Athenienſi, respiciente ad postremum Cliniae verbum εὐτυχής. quasi dicat: ἀλλὰ κατὰ τί οἴει δεῖν αὐτὸν εἶναι εὐτυχῆ; πρόσθες, μὴ κατ' ἄλλο &c. *Steph.* Eandem rationem cum Ficino sequitur Cornarius. Mox cum ἅπερ subaudiendum esse ἀπεργάζεται recte monuit Steph. & expressit Ficinus: *quae dare solet.*

*ead. l.* 15. μὴ κατ' ἄλλο) Legitur etiam μὴ καί τι ἄλλο, sed malo μὴ κατ' ἄλλο, & refero ad praeced. εὐτυχής. ut tyranno vel una haec res ad felicitatem satis esse possit, si eodem tempore aliquis laude dignus legislator exsistat, & contingat, ut in eundem locum conveniant. *Steph.* Editt. vett. nihil mutant.

*p.* 174. *l.* 8. ἢ πῶς λέγεις;) Haec verba post δημοκρατίας, in fine sermonis Cliniae, poni videntur a Ficino: *Tertio ex populari. An non ita?*

*ead. l.* 14. κοινὴ — ῥώμη) Legitur etiam, teste Steph. κοινῇ, quod nusquam reperimus.

*p.* 177. *l.* 13. τι λέγειν βουληθεὶς) Marg. Steph. *Scribendum fortasse* τι λέγειν ἐβουλήθης, *sive* ἠβουλήθης: *nisi ex quodam vet. legatur* λέγεις, *ut intelligatur* βουληθεὶς, *dictum pro* ἐὰν βουληθῇς, ἐὰν ἢ σοι βουλομένῳ.

*p.* 179. *l.* 3. τὸ τοῦ ἀληθοῦς τοῦ τῶν νοῦν ἐχόντων) Steph. malit ἀληθῶς, sine causa. Idem affert hanc lectionis varietatem: τῶν τὸν νοῦν ἐχόντων. male.

*ead. l.* 10. ἥτις τῶν νῦν ἀριστοκρατεῖται) In vet. ἄριστα οἰκεῖται. alteram tamen lectionem sequitur Fic. (*quae nunc ab optimatibus gubernatur*) in qua non est opus artic. τῶν ante νῦν.

Alioqui ſuſpicarer, Platonem ſcripſiſſe, ἥτις τῶν νῦν ἀριστα ἀριστοκρατεῖται, vel ἥτις ἀριστα τῶν νῦν ἀριστοκρατεῖται. Quod ſi quis durum putet ἀριστα, cum ſequatur ἀριστοκρατεῖται, non minus veriſimile fuerit, ſcriptum ab eo fuiſſe, ἥτις τῶν νῦν βέλτιστα ἀριστοκρατεῖται. Alioqui ſi intelligamus, Platonem non de quadam Ariſtocratiae praeſtantia, ſed de quavis republica loqui voluiſſe, quae ἀριστοκρατεῖται, intelligendum erit τῶν νῦν, ex numero earum, quae hodie ſunt. *Steph.*

*p.* 180. *l.* 13. ἐλευθερίαν) Marg. Steph. γρ. εὐνομίαν.

*p.* 181. *l.* 8. ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν,) Haec verba ſequentibus potius iungi debere, monet Steph.

*p.* 182. *l.* 1 *ſq.* ταύτην δεῖν) *Legitur etiam* ταύτῃ, *ut intelligatur*, βλέπειν δεῖν τοὺς νόμους τὸ ξυμφέρον ταύτῃ. *Alioqui, legendo* ταύτην, *intelligendum eſſet* ταύτην δεῖν βλέπειν τὸ ξυμφέρον, *vel* πρὸς τὸ ξυμφέρον, *retinendo eandem conſtructionem.* Steph. Videtur reſpicere verſionem Ficini: *Quod conſtitutae* reipublicae *conferat.* Sed & vulgaris lectio proba.

*cad. l.* 8. ἢ καὶ τυραννίδα) Ficinus vertit: *Vel tyrannum.* legit igitur ἢ καὶ τύραννον.

*p.* 183. *l.* 15. στασιωτείας, ἀλλ' οὐ πολιτείας) *In vet.* στασιώτας, ἀλλ' οὐ πολίτας. Steph. Vetus ille eſt Ficinus, qui vertit: *Eos non* cives, *ſed* ſeditioſos *putamus.*

*p.* 185. *l.* 2. φῶμεν πρὸς αὐτούς) Haec verba Steph. per parentheſin accipienda cenſet.

*cad. l.* 7. ταπεινὸς κεκοσμημένος) Fic. vertit, *humilis ſubſequitur* atque *compoſitus.* Legit igitur ταπεινὸς καὶ κεκοσμημένος. Potior tamen videtur Stephani coniectura, legentis ταπεινῶς κεκοσμημένος.

*p.* 186. *l.* 1. ΚΛ. Δῆλον δὴ τοῦτό γε) Haec uſque ad πάντα ἀνδρα in Ald. Baſ. 1 & 2. tribuuntur Cliniae. At apud Ficinum Athenienſis orationem continuant. Illa autem τοῦτό γε cum διανοηθῆναι iungi debere, per ſe patet.

*p.* 188. *l.* 16. τοὺς ἑαυτῶν γεννήτας ἐτίθεσαν) Steph. coni. εἰς τοὺς ε. γ. ἐτίθεσαν.

*p.* 189. *l.* 16. δεῖγμα προσενεγκόντα) Marg. Steph. *Malim* προενεγκόντα, *ut in vet.* quem ignoramus.

*p.* 191. *l.* 15. ΚΛ. Ποῖα τάδε; ΑΘ. Παλαιὸς μῦθος) Duo haec nomina ποῖα τάδε inveniuntur etiam ſeparata, ut ποῖα dicatur a Clinia: at τάδε ab Athen. ſubiungente illa: παλαιὸς μῦθος. Sed retineo alteram lectionem. *Steph.*

*p.* 192. *l.* 3. τῷ δὲ νομοθέτῃ τοῦτο οὐκ ἔστι) In veteri quodam τοῦτο abeſſe, teſtatur Steph. idque recte, eodem iudice. Ficinus quidem non vertit; at is ſenſum magis, quam verba,

expreſſiſſe videtur. Et τοῦτο reſpicit ſequentia: δύο περὶ ἑνὸς, ἀλλὰ ἕνα περὶ ἑνὸς, &c.

*p.* 193. *l.* 4. καθάπερ ἰατρὸς δέ τις) Lectionem, uti vulgatur, mancam habens Cornarius legendum ſuſpicatur: ἢ καθάπερ ἰατρός τις, ὁ μὲν οὕτως, ὁ δὲ ἐκείνως, ἡμᾶς εἰωθεν ἑκάστοτε θεραπεύειν, καὶ αὐτὸς οὕτω ποιήσει. In qua lectione Steph. ποιήσει in ποιήσῃ mutari velit, ut conveniat cum praeced. verbis ſubiunctivi modi. Idem mox δὴ ante τὸν τρόπον ἑκάτ. legerit pro δέ.

*p.* 195. *l.* 4. τὴν περὶ γενέσεως ἀρχὴν) Videndum, an non potius τὴν παρὰ γενεσ. ἀρχὴν ſit ſcribendum. *Steph.*

*ead. l.* 15 *ſq.* μέχρι τῶν πέντε καὶ τριάκοντα· διανοηθέντα) Verba μέχρι — τριάκοντα omittunt Ald. Baſ. 1 & 2. At Ficinus iam expreſſit, & Cornarius ſic emendandum ſtatuit in Eclog. IX, unde Steph. tacite in textum admiſit.

*p.* 197. *l.* 17. καὶ καθ' ὅσον οἷόντε) *In quibuſdam vet. non eſt* καὶ *hoc in loco; ac potius certe abeſſe hinc debet.* Steph. Abeſt ſane καὶ a Ficini verſione.

*p.* 198. *l.* 1 *ſqq.* ἐγὼ δὲ, ὦ μακάριε, — οὐ ταυῦν γιγνόμενον) Ficinus vertit: *Ego vero*, o viri beati, *quod fieri* nuſquam *videmus*. Hinc Steph. ſuſpicatur, eum legiſſe: ἐγὼ δὲ, ὦ μακάριοι, — οὐδαμῆ ταυῦν γιγνόμενον.

*p.* 200. *l.* 8. οὐδὲ γὰρ ἄσματος) Stephano ἐπὶ ante ἄσματος deeſſe videbatur.

*p.* 201. *l.* 11. ὡς χρὴ περὶ τὰς) Legitur etiam, teſte Steph. ὡς χρὴ τὰ περὶ τ. &c.

---

## IN LIB. V.

*p.* 203. *l.* 3 *ſq.* τὰ δ' αὐτοῦ διττά ἐστι παντάπασι.) Legitur etiam τὰ δ' αὐτοῦ διττὰ πάντ' ἐστὶ πᾶσι. Sed παντὶ potius, quam πᾶσι ſcribendum videtur, & αὐτοῦ non αὐτοῦ legendum, ſive πᾶσι retineatur, ſive in παντὶ mutetur. Contra in praeced. periodo malim αὐτοῦ. *Steph.*

*ead. l.* 11. ἢ δώροις αὐτὴν αὔξειν) Ficinus vertit: *Quiſquis igitur putat, vel ſermonibus quibuſdam, vel muneribus*, vel obſequiis *extolli*. Hinc Steph. ſupplendum cenſebat: ἤ τισιν ὑπείξεσιν.

*p.* 204. *l.* 8 *ſq.* ὁ δὲ πολλοῦ δεῖ δρᾷν τοῦτο.) Cum iam praecedat nominativus ἄνθρωπος, Steph. malit: οὐδὲ πολλοῦ δεῖ δρᾷ τοῦτο.

*ead. l. ult.* κακὰ ἡγούμενος τῆς ψυχῆς εἶναι) Ficinus ver-

tit: *Nam* animo exiſtimanti *omnia apud inferos mala eſſe.* hinc Steph. putat, eum legiſſe κακὰ ἡγουμένῃ τῇ ψυχῇ εἶναι.

*p.* 205. *l.* 11. παντὸς μὲν οὖν λείπει) Cornarius legendum arbitrabatur, πάντως μὲν οὖν λυπεῖ, *penitus itaque laedit.* Vulgatam Steph. ut genuinam retinendam cenſet, quam & Ficinus dedit.

*eod. l.* 14. οὐδὲ — ὅσάπερ) *Lege, ut in vet.* ὃς δὲ *pro* οὐδὲ (*ut* ὃς δὲ *iungatur cum* μὴ ἐθέλῃ, *ante* ἀπέχεσθαι, *deinde cum* ἐθέλῃ *ſubaudito ante* ἐπιτηδεύειν) & *adde partic.* ἂν *poſt* ὅσάπερ. Steph. praeeunte Ficino, qui vertit: *Denique, quicunque* &c.

*ibid.* εἰπεῖν ξυλλήβδην) Legitur etiam pro οὐδὲ (εἰπεῖν ξυλ.) ſi Stephano fidendum, ὡς δ' εἰπεῖν ξυλ.

*p.* 206. *l.* 14. ψυχῆς οὖν ἀνθρώπῳ) Aliter etiam legitur hic locus, teſte Steph. nimirum ψυχῆς οὖν ἀνθρωπίνης κτῆμα οὐκ ἔστιν εὐφυέστερον.

*p.* 207. *l.* 8 *ſq.* σωφρονέστατα ἅμα τε ἀσφαλέστατα) Steph. magis placerent comparativi modi σωφρονέστερα & ἀσφαλέστερα. Iidem nimirum placuere Ficino: *moderatiora tutioraque.*

*p.* 208. *l.* 16. τιμῶν τις καὶ σεβόμενος) In vet. τιμῶντι καὶ σεβομένῳ, ut verba iſta εὔνους ἂν γενέσθαι cum his dativis iungantur, non cum iis, quae ſequuntur. *Steph.*

*p.* 209. *l.* 7. ὡς ὑπηρετικῶς) In vet. ὑπηρετικὸς, teſte Steph. At Ald. & Baſ. utraque vitioſe ὑπηρετικῶς.

*p.* 210. *l.* 11. εὐνοϊκοὺς μᾶλλον καὶ εὐμενεῖς) Ficinus hunc locum ita vertit: *Ut non lex, ſed laus & vituperatio ſingulos docens*, refrenet *magis, & obtemperantiores ferendis legibus faciat.* Unde Stephanus legendum vidit: εὐηνίους μ. κ. εὐμεν. ſatis docte.

*eod. l.* 17. ἄνους. ὧν οὐδέτερον ζηλωτόν.) *In praeced. edit. legitur* ἀνους ὢν, οὐδέτερον ζηλωτόν. *In qua lectione poſſet quidem ſubaudiri*, vivit, *ex illo praecendenti* διαβιοῖ *ſumtum: ſed tum quoque, vel* ὢν οὐδέτερον ζηλωτὸν, *vel* οὐδέτερον δὲ ζηλωτὸν, *legendum videretur. Ideo longe praeferenda eſt altera lectio,* ὅτῳ δὲ ἀκούσιον, ἀνους. ὧν οὐδέτερον ζηλωτόν. *in qua cum nominativo* ἀνους *non aliud ſubaudiendum verbum fuerit, quam quod paſſim ſubauditur,* ἐστί. Steph. Ecce fontem, unde Steph. ſuam derivavit doctrinam, Ficin. qui vertit: *qui vero non ſponte, amens. Quorum neutrum optabile eſt.*

*p.* 213. *l.* 8. πρέπειν — δεῖν) *Ex his duobus infinitivis alterum non immerito (meo quidem iudicio) quis dixerit eſſe expungendum.* Steph. Ficinus certe priorem πρέπειν non videtur agnoſcere, vertendo: *Propterea diximus, animoſum, i. e. generoſae iracundiae non expertem, ac ſimul mitem, bonum eſſe debere.*

Respicit vero Plato superiora: *συμοειδῆ μὲν δὴ χρὴ πάντα ἄνδρα εἶναι, πρᾷον δὲ ὡς ὅτι μάλιστα.*

*ead. l.* 12. *καὶ ὀρθῶς ἔχει τὸ δεῖν εἶναι τοιοῦτον*) Hic non expungendum e duobus infinitivis unum, sed contra duobus addendum tertium suspicor; ut dicat: *ὀρθῶς ἔχει τὸ λέγειν, τοιοῦτον εἶναι δεῖν.* Credibile tamen est, ita locutum esse Platonem, ut tres infinitivi non concurrerent. *Steph.*

*p.* 214. *l.* 16. *καὶ ὅλην περιχάρειαν πᾶσαν*) Scio Platonem alibi quoque haec duo adiectiva coniungere, sed interiecta connexiva particula: ut aliquanto post, *ὥστε τὸν ἔχοντα αὐτὸν, ζῆν εὐδαιμονέστερον ἀπεργάζεσθαι τοῦ ἐναντίου τῷ παντὶ καὶ ὅλῳ*: quem locum, sicut & alios quosdam sequendo, putet fortasse quispiam ferri posse & eius, de quo nunc agitur, loci lectionem, praefigendo voculam *καὶ* accusativo *πᾶσαν*: sed praeterquam quod illa particula ter ponenda esset, ita legendo, *καὶ ὅλην περιχάρειαν καὶ πᾶσαν ἀποκρυπτόμενον καὶ περιωδυνίαν*, atque haec eius *ἐπαλληλία* (ut ita dicam) dura hic esset: non videtur solitus duo illa adiectiva talibus locis adhibere. Puto igitur, te meae coniecturae subscripturum, qua in locum nominis *ὅλην*, substituo ex eo factum adverbium *ὅλως*. *Steph.* Ficinus alterutrum tantum agnoscit, rectius, opinor.

*p.* 216. *l.* 6 *sq. εἴτε οὕτως ἡμῖν κατὰ φύσιν πέφυκεν, εἴτε ἄλλως παρὰ φύσιν. βίον δὲ χρὴ παρὰ βίον ἡδίω καὶ λυπηρότερον ὧδε σκοπεῖν*) Haec verba absunt ab Ald. Bas. 1. 2. & Lovan. suppleta primum, puto, a Stephano, duce Ficino, qui vertit: *Sive ita nobis secundum naturam insit, sive aliter praeter naturam. Vitam itaque ad vitam iucundiorem & molestiorem ita conferre oportet.*

*ead. l.* 11. *ἡδονῆς βουλόμεθα, ἡδονὴν δὲ ἐλάττω μετὰ μείζονος*) Etiam haec verba desunt in editt. vett. expressa tamen a Ficino: *Dolorem etiam minorem maiore cum voluptate volumus: voluptatem minorem cum maiore dolore nequaquam.* Ita quoque legendum coniecerat Cornar. Ecl. IX, p. 120. ed. Lipsi. Corruptelae causa satis patet. Nempe librariorum oculi a priori *μείζονος* ad posterius aberrantes arripuere statim, quae huic subiiciebantur.

*ead. l.* 13. *οὐχ ὡς βουλόμεθα*) Lectionem sequitur Ficinus, quae valde diversum sensum efficit, quod negativam particulam, quae hic est ante *ὡς*, ponat ante *βουλόμεθα*. Cum enim hic sit, *ἴσα δ' ἀντὶ ἴσων ἑκάτερα τούτων, οὐχ ὡς βουλόμεθα, ἔχοιμεν ἂν διασαφεῖν*· ille ita vertit, ac si legeretur *ὡς οὐ βουλόμεθα, ἔχοιμεν ἂν διασαφεῖν*. Eius enim verba sunt:

*Pari autem modo utrumque horum habere nos nolle, possumus declarare.* Sequendam vero hanc eius lectionem censeo. *Steph.*

*p.* 217. *l.* 14. εἰς νόμον ἑαυτῷ ταξάμενον) *Pro* νόμον *in praeced. edit. male scr.* μόνον. *Sed & εἰς lubenter in εἶτα mutaverim.* Steph. Νόμον primus correxit Cornar. Ecl. IX, p. 121. addicente Ficino: *Legem sibi ipsi praescribere.*

*p.* 219. *l.* 5 *sq.* ὁ δὴ σώφρων τοῦ ἀκολάστου) Haec verba redundare videbantur Cornario (Ecl. IX, p. 121.) cum de temperata & intemperata vita antea egerit.

*ead. l. ult.* λεχθὲν τῶν λόγων, τέλος ἐχέτω) Stephano ante τῶν λόγων potius quam post interpungendum esse videbatur, ut λόγων iungeretur cum τέλος, sicut νόμων cum προοίμιον.

*p.* 220. *l.* 11. κατάστασις ἑκάστοις) Legitur etiam plural. καταστάσεις, teste Steph.

*ead. l. ult.* περί τε σῶμα καὶ ψυχὰς) Stephano dubium non est, quin scribendum sit περί τε σώματα καὶ ψυχάς.

*p.* 222. *l.* 6. δι' εὐφημίαν ἀπαλλαγῆς) Quidam vetus: δι' εὐφημίας ἀπαλλαγήν. *Steph.*

*p.* 224. *l.* 7. ὀρθότερον, εἰ καὶ μὴ ἐκφεύγομεν) Hunc locum Stephanus ita refingendum censet: ὀρθότερον εἴη, μὴ ἐξεφεύγομεν.

*p.* 225. *l.* 9. ὁπόσῃ πόσους) Invenitur etiam scriptum ποσούς. quam lectionem sequor. non enim intellig. Quanta quot hom. alendis sit satis: sed, Quanta sit satis alendis tot hom. vel, Alendo certo hominum numero. Deest autem, vel subaudiendum relinquitur, simplex δεῖ ex seq. compos. προσδεῖ. Haec Stephanus, duce Ficino.

*p.* 226. *l.* 1. διανεμηθέντων) *In vet.* διανεμηθήτων. *Retinendo autem alteram lectionem erit participium pro verbo imperat.* Steph. Διανεμηθήτων haud dubie orationis seriei convenientius, & ita legisse videtur Fic.

*ead. l.* 3. τρία τὸν αὐτόν.) Stephano sequi debere videbatur τοῦ αὐτοῦ, cum praecedat τοῦ παντὸς ἀριθμοῦ.

*ead. l.* 4 *sq.* περὶ ἀριθμοῦ — νενοηκέναι τὸν ἀριθμὸν) *Hic accus.* τὸν ἀριθμὸν *a vet. abest: neque vero quidquam eo opus esse videtur, cum praecedat* περὶ ἀριθμοῦ. *Sed pro hoc singul. genit. in eodem legitur plur.* περὶ ἀριθμῶν. Steph. Vetus ille est Ficini versio, quae ita habet: *Oportet certe omnem legislatorem* de numeris *tantum intelligere, ut &c.*

*ead. l.* 12. μιᾶς δεούσῶν) Sensus loci est: At quinque millium & quadraginta numerus, & ad bellum, & ad pacem, & ad omnia commercia, & societates, & tributa, & divisiones, non in plures, *quam una minus*, sexaginta partes secari potest,

continuas autem istas ab una usque ad decem. In Graecis recta lectio est, quam expressimus, nisi quod μιᾶς δεουσῶν falso habetur, pro μιᾶς δεούσης. Sunt autem partes quinquaginta novem, in quas dividi potest hic numerus, hae, quas subiecimus: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 18. 20. 21. 24. 30. 35. 40. 42. 45. 48. 55. 56. 60. 70. 80. 90. 104. 105. 106. 112. 113. 120. 123. 126. 140. 144. 168. 180. 210. 240. 252. 280. 315. 336. 360. 420. 504. 560. 630. 720. 840. 1008. 1260. 1680. 2520. Porro, quod in sexaginta, una minus, partes secari posse dicit, & continuas istas ab una usque ad decem, recte dictum est, & supputanti clarum evadit. Infra tamen in sexto dialogo, eundem quinque millium & quadraginta numerum, omnes distributiones habere dicit ad duodecim usque, ab una exorsum. Sed & hoc recte dictum est. Nam undecimam mox excipit, quae non omnino respondet, sed duobus focis redundat, ut ita continuitas usque ad duodecim dissolvatur, quae tamen duobus focis detractis redintegratur. *Cornar. Ecl. IX, p. 121 sq.* Stephanus μιᾶς δεούσης tanquam aliam lectionem affert, eamque sequendam statuit.

*p.* 228. *l.* 13. τόδ' ἐστὶν ὀρθότατα εἰπεῖν) *Alia est lectio,* ὀρθότατον: *quam malo, interpungendo post vocem illam* ὀρθότατον. *Steph.* Ita quidem, aut τάδ' ἐστὶν ὀρθότατα certe Ficinus legit. Nam vertit: *Recte sane agetur, si* &c.

*ead. l.* 16. εἰπόντες ἀρετῇ) *Legitur etiam* ἀρετὴν, *sed Fic. illam lectionem, non hanc sequitur.* Steph. Immo Ficinus vertit: *Et cum primam* virtute *rempublicam, secundamque & tertiam exposuerimus.*

*p.* 229. *l.* 10. ἐξήρηται.) Steph. scribendum putat ἐξηρῆσθαι, reliquae orationi convenientius.

*p* 231. *l.* 10. οἷς ἂν τῆς γενέσεως ἐλλείπῃ) *Fortasse* τὰ τῆς γενέσεως *scribendum fuerit. Illi autem* ἐλλείπει τὰ τῆς γενέσεως, *cui non contingit, ut masculam etiam prolem suscipiat.* Steph. Quam emendationem minime necessariam puto.

*p.* 232. *l.* 3. πρεσβυτῶν περὶ νέους) *Male* λόγους *pro* νέους *in praeced. edit.* Steph. Huic vero non dissimulandum erat, hanc praeclaram emendationem deberi Cornario (in Ecl. IX, p. 122.) quam vero ex parte tantum, ne fraus patesceret, in usum suum convertit. Legendum ille omnino statuit πρεσβυτῶν πρὸς νέους, adstipulante Ficino, qui vertit: *Monitionibusque senum* ad iuvenes.

*ead. l.* 10. οἷ ἂν ἐπιτήδειον εἶναι δοκῇ) Legitur etiam ὦν, sed alteram lectionem sequitur Ficinus. *Steph.*

*p.* 234. *l.* 7. ἔθεσι) Steph. legendum putabat ἤθεσι.

*p.* 235. *l.* 3 *ſq.* καί τινος ἀναγκαίας ἄλλης τῇ πόλει νόμισμα Ἑλληνικόν.) Poſt ἄλλης ſubſtantivum πράξεως deeſſe videbatur Stephano, qui inſuper monuit, verba νόμισμα Ἑλληνικὸν redundare videri poſſe, niſi inter πόλει & illa interiicerentur haec in vet. κηρυκείαν ἐκπέμπειν τινὰ ἂν δέῃ. τούτων χάριν ἀνάγκη ἑκάστοτε κεκτῆσθαι τῇ πόλει. ut poſt hunc poſteriorem dativum πόλει, non poſt priorem, ſequantur illa νόμισμα Ἑλληνικόν. Enimvero tota haec particula, quam in vet. exſtare ait Stephanus, ab ipſo conficta putanda eſt. Nam Ficini verſio, quae eum in hunc errorem induxit, Platonis verba paulo diſertius exponit, unde, Ficinum aliter in ſuis libris habuiſſe, temere iſti ſuſpicio enata eſt. Nam ἕνεκα στρατειῶν exponit, *cum bella ſaepe gerenda ſint*, ἕνεκα ἀποδημιῶν εἰς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, *& peregre proficiſcendum*, οἷον πρεσβειῶν, *quando ad externas gentes legati nuntiique mittuntur* (videtur igitur, tranſpoſitis vocibus, ita legiſſe: καὶ ἀποδημιῶν, οἷον πρεσβειῶν εἰς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους) ἢ καί τινος ἀναγκαίας ἄλλης, plane omiſit, nam, quae ibi ſequuntur, *neceſſe eſt*, *ut civitas ſemper communem Graeciae monetam poſſideat*, explicant illa τῇ πόλει νόμισμα Ἑλληνικὸν, ſubintellecto ex antec. κτητέον. Iſthaec vero ſermonis redundantia, qua νόμισμα Ἑλληνικὸν mox repetitum ponitur, propter multa ea, quae interiecta ſunt, vitio verti nequit; & cum ἀναγκαίας ἄλλης ſubaudiendum cenſeo χρείας aut ſimile; niſi quis potius ἄλλης in ἀλλαγῆς mutandum ſuſpicetur.

*p.* 237. *l.* 8 *ſq.* ὁ δὲ οὐκ ἀγαθὸς) Pro οὐκ ἀγαθὸς alia in vet. eſt lectio, οὐ κακός: quam ſequitur & Ficin. *Steph.*

*p.* 239. *l.* 4. τί τε βούλομαι) *Lectionem aliam hic ſecutus eſſe videtur Ficinus, niſi potius ex coniectura quaedam ſua addiderit.* Steph. Vertit vero: *Quid ipſe velit, quod ſi contigerit, bene ſuccedet. Sin minus, inſtituti ſui ſpes eum fruſtrabitur.*

*ead. l.* 14. τὴν τῆς ἀξίας ἐκ. τιμὴν) Ante τὴν praepoſ. κατὰ deeſſe opinatur Stephanus.

*ead. l.* 16 *ſq.* κατὰ πλούτου χρῆσιν καὶ πενίας) Pro πενίας legitur etiam πενίαν. Verum ſive poſt πενίαν, ſive poſt πενίας, deſiderari puto γίγνωνται, vel καθιστῶνται, aut aliquod huiuſmodi verbum. *Steph.*

*ead. l. ult.* τιμάς τε καὶ ἀρχὰς) Steph. τε in δὲ mutare geſtiebat, nempe ut γίγνωνται in antec. recte deſiderari poſſit.

*p.* 241. *l.* 2. τὰ περιγιγνόμενα τῇ πόλει) Poſt τὰ περιγιγνόμενα in quodam vet. comparare τοῦ μέτρου, auctor eſt Steph. Quod tamen rectius intelligitur.

*ead. l.* 10. ὅσαι εἰς χρήματα) Stephanus non dubitat, quin

ſcribendum ſit ὅσα, i. e. omnes lites de iis, quae ad pecunias pertinent. Vulgatam Ficinus ſequitur.

*p.* 243. *l.* 13. τὰ τοιάδε πάλιν,) *Rectius fortaſſe* πάλιν *ſequentibus iungetur, & ἄρα ſcribetur.* Steph. Priori rationi adſtipulatur Ficini verſio: *Quae legislator* adverſus *diceret.*

*p.* 245. *l.* 1. διατάττειν) In vet. quodam, teſte Steph. eſt ſimplex τάττειν loco illius compoſiti διατάττειν.

*ead. l.* 16. παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν) Poſt φύσιν interpungitur in praeced. editionibus: at Ficinus haec verba παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν iungit ſequentibus. vertit enim: *Quodque maximum eſt, ſomnolentos etiam & natura rudes exſuſcitat: & dociles, memores, ſollerteſque facit, praeter naturam ſuam divina arte proficientes.* Ego de induſtria locum hunc ſine interpunctione reliqui, ut liberum lectori iudicium relinquerem. *Steph.*

*p.* 246. *l.* 8. φαῦλος ἂν γενόμενος) Steph. male ἂν pro αὖ ſcriptum putat. recte.

*ead. l.* 11. ὡς οὐκ εἰσὶν ἄλλοι) Cornarius (Ecl. IX, p. 122) legendum monet ὡς εἰσὶν ἄλλοι, abſque partic. negativa. Quam lectionem firmat Ficini verſio: *Magnam eſſe locorum ad ferendos meliores peioreſque homines differentiam.*

*p.* 247. *l.* 1 *ſq.* οἷς ὄγε νοῦν ἔχων) Non videtur οἷς iungi cum ἐπισκεψάμενος, ſed cum τιθέναι τοὺς νόμους. ut intell. ἐπισκ. τὰ τοιαῦτα, ὡς ἄνθρωπον οἵοντ' ἐστὶ σκοπεῖν. Steph.

## IN LIB. VI.

*p.* 249. *l.* 11. τοῦ πόλιν εὖ παρεσκευασμένην) Non videtur debere ita legi hic locus, cum non intelligat Plato, τὸ πόλιν εὖ παρεσκευασμένην ἀρχὰς ἀνεπιτηδείους ἐπιστῆσαι τοῖς εὖ κειμένοις νόμοις, eſſe μέγα τῆς νομοθεσίας ἔργον: (abſurde enim hoc diceretur, quamvis primo aſpectu occurrat) ſed velit ſignificare, cum legum latio res ardua ſit, ſi tamen contingat, ut civitas, quae legibus alioqui bene ſit inſtructa, magiſtratus minime idoneos illis praeficiat, futurum eſſe, ut non ſolum nihil proſit bonas leges eſſe ſancitas, & ut ludibrio exponantur, ſed etiam, ut maxima damna & maximas calamitates illis importent. Cum autem hunc eſſe iſtius loci ſenſum conſtet, videndum eſt, quomodo emendari poſſit. Mihi certe alia emendatio non ſuccurrit, quam ut praepoſitio ἐκ praefigatur illis verbis, τοῦ πόλιν εὖ παρεσκευασμένην &c. ut intelligamus dictum eſſe, οὐ μόνον οὐδὲν πλέον εὖ τεθέντων, ἐκ τοῦ πόλιν ἐπιστῆσαι, pro, ἐὰν πόλις ἐπιστήσῃ. quae tamen emendatio non plane mihi ſatisfacit. Quod autem ad locum

illum attinet, οὐδ' ὅτι γέλως &c. ſuſpectum non debere eſſe puto, ſed οὐδ' ὅτι eodem dici modo pro οὐδὲ μόνον, quo οὐχ ὅτι pro οὐ μόνον dicitur. Cum autem praeceſſiſſet iam οὐ μόνον, noluit, μόνον repetendo, dicere οὐδὲ μόνον, ſed pro his vocibus uſus eſt illis οὐδ' ὅτι. *Steph.*

*p.* 250. *l.* 2. Τοῦτο τοίνυν νοήσομεν) Steph. coni. νοήσωμεν. temere.

*ead. l.* 10. τοὺς ἀξίους ἑκατέρου) In vet. teſte Steph. exſtat ἑκατέρων. Illi tamen ἑκατέρου videbatur retineri poſſe, explicando, ἢ τοῦ κρίνεσθαι ἢ τοῦ ἀποκρίνεσθαι. Ficini vero verſio prae ſe ferre videtur alteram lectionem ἑκατέρων, *Et erga utroſque pro dignitate ſe gerere.*

*ead. l.* 13 *ſq.* οὐ πάνυ δέχεσθαι) Poſt h. v. deeſt, vel ſubaudiendum eſt φασὶ, iudice Steph. atque hoc ſupplendum eſſe dudum viderat Cornarius in Ecl. IX, p. 122.

*p.* 251. *l.* 8. Περὶ τί βλέπων) Steph. non dubitat, quin ſcribendum ſit πρὸς τί βλέπων, pervulgatiore verbi ſtructura.

*ead. l.* 11. δέξωνται) Legitur etiam δέξονται, quod non minus placet. *Steph.*

*p.* 252. *l.* 9. νομοφύλακας δ' ἂν ἡμῖν) Steph. ſcribendum videbatur αὖ pro ἄν. recte.

*p.* 253. *l.* 5. ὥσπερ τὰ περὶ σοῦ νῦν λέγομεν) *Alia eſt lectio,* νῦν λεγόμενα, *quae magis placet: i. e. quae modo dicebantur.* Steph. Nimirum Ficinus: *Quae de te modo* dicta ſunt.

*p.* 254. *l. ult.* ΑΘ. Μὴ τοίνυν — ἔσται τρόπον) Steph. auctor eſt, in vet. haec quoque dici a Clinia: at illa, ἐγὼ μὲν οὖν — λόγου ab Athen. Libri ſane veteres Ald. Baſ. 1. 2. & Ficini verſ. nihil mutant.

*p.* 255. *l.* 3. εὐπορῶ πλήν γε ἑνὸς εἰπεῖν) *Putavit Ficinus, poſſe dici,* εὐπορῶ ἑνὸς εἰπεῖν: *quod ego vix crediderim; ſed hic* εἰπεῖν *iungi cum* ἀναγκαίου καὶ ξυμφέροντος *dixerim: interim tamen locum ſine interpunctione reliqui, ſimul liberum lectori iudicium relinquens.* Steph. Verba ſic ordinabis: ἐγὼ μὲν οὖν οὐδαμῶς εὐπορῶ, εἰπεῖν τι (hoc ſuppl.) πρὸς τὸ παρὸν, πλήν γε ἑνὸς ἀναγκαίου καὶ ξυμφέροντος λόγου. Hinc patet, diſtinctionem vix ullam locum habere poſſe.

*ead. l.* 15. δὶς γὰρ τόγε καλῶς ῥηθὲν) *Videtur deeſſe* ἔχον *poſt* καλῶς, *ut intell.* δὶς καὶ τρὶς ῥηθὲν τόγε καλῶς ἔχον. (*ſic in Phil. p.* 59 & 60, δὶς καὶ τρὶς τόγε καλῶς ἔχον ἐπαναπολεῖν τῷ λόγῳ δεῖν) *Alioqui mutandum eſſet* καλῶς *in* καλόν. Steph. Ficinus ſupplet orationem ſic: δὶς γὰρ λέγειν τὸ καλῶς ῥηθὲν, οὐδὲν βλ. Vertit enim: *Non enim nocet* bis dicere, *quod bene dicitur.* faciliori modo.

*p.* 256. *l.* 7. εἰρείσθωσαν) *In quodam vet.* ἐρείσθωσαν. *Videndum, an non* αἰρείσθωσαν *ſcribi debeat.* Steph. Bene quidem, at vulgata lectio aeque proba videtur.

*ead. l.* 9. ὧν ἂν ἕκαστ.) Legendum eſt fortaſſe δι' ὧν ἂν &c. cum ſequatur & alius caſus, videlicet accuſ. τὸ πλῆθος. *Steph.*

*p.* 258. *l.* 9. δοκιμασθέντων) Legitur & δοκιμαζέσθων. ſed in altera lectione erit partic. pro verbo imperat. ut paſſim. *Steph.*

*p.* 261. *l.* 2. μεσεύειν) Legitur etiam, teſte Steph. μεσιτεύειν. In Ald. & Baſ. utr. duplici ſibilo ſcribitur μεσσεύειν.

*p.* 262. *l.* 4. ἀρετῆς τε καὶ παιδείας) Stephano poſt παιδείας deeſſe videbatur, quod opponatur illi μείζους: ſive id ſit ἥττους, ſive ἐλάττους, ſive σμικροτέρας. Alioqui bis fortaſſe ſcribendum eſſet τοὐναντίον: hoc modo, τοῖς δὲ τοὐναντίον, τοὐναντίον ἔχουσιν. Sic plane Ficini libri, nam vertit: *Minoribus autem virtute & diſciplina*, minores. Cornarium quoque ſic legendum cenſuiſſe, ex ipſius verſione facile fidem capias. Et ſane res ipſa & contextus ratio flagitat, ut ſic legatur.

*ead. l.* 13 *ſq.* καὶ τούτοις παρωνυμίοισι — εἰ μέλλοι) In quodam vet. teſte Steph. παρωνύμοισι, & μέλλει.

*p.* 265. *l.* 5. Λέγωμεν δὴ) Baſ. 1 & 2. λέγομεν. At Ald. cum Fic. λέγωμεν, recte.

*ead. l.* 14. ἤ τισιν ὀλίγοις οἷς μὴ καθεστήκοι) Particulam negativam hinc debere abeſſe arbitror: & Platonem ſcripſiſſe ἤ τισιν ὀλιγίστοις καθεστήκοι, vel ὀλιγίστοισι. fuerit enim facilis lapſus ex ὀλιγίστοις in ὀλίγοις οἷς: nec difficilis ex ὀλιγίστοισι (quae terminatio paſſim his in libris occurrit) in ὀλίγοις οἷς μὴ fuerit. Nec Ficinus certe illam ἀρνητικὴν vocalem agnoſcit: qui hunc locum ita reddit: *Et ſacerdotia quidem, quae a parentibus per ſucceſſionem ſeu viris ſive mulieribus tradita ſunt, nequaquam movenda. ſi vero aut nullis aut paucis aliqua huiuſmodi ſunt, (quod accidere par eſt illis, qui in novae civitatis habitationem conveniunt) ubi haec deſunt, ſacerdotes tam viri, quam mulieres, & aeditui conſtituendi ſunt.* Ceterum, quod ad ſuperlativum ὀλιγίστοις attinet, quem huius loci emendationi adhibeo, eo ipſe quoque utitur cum alibi, tum vero in principio paginae proxime praecedentis. *Steph.*

*p.* 266. *l.* 10. περὶ τὰ θεῖα κομισαμ.) Poſt θεῖα in vet. ſcriptum eſt πάντα. *Steph.*

*ead. l.* 12. τὴν ἱερωσύνην ἑκάστῳ) Pro ἑκάστῳ legi quoque ἑκάστην auctor eſt Steph. Ficinus vertit: *Sacerdotium non diuturnius ſit, quam annuum.*

*p.* 267. *l.* 1. ἀφελεῖν) Eſt & alia lectio, teſte Stephano, ἀνελεῖν. Libri tamen vett. nil mutant.

*ead. l. ult.* νενέμηται·) Legitur etiam, ſi Stephano fides habenda, *νενεμήσθω*. Vulgatam lectionem cum Ald. & Baſ. utraque ſequitur Ficinus.

*p.* 268. *l.* 2. καταλεξασθαι) *Alia etiam lectio eſt*, καταδέξασθαι: *ſed illa retinenda videtur.* Steph. Καταλέξασθαι ſervant omnes Platonis libri, eſtque haud dubie aptius Ficinus vertit, *habeat*; nempe ut varietur oratio, nam paulo ante dederat, *deligat.*

*p.* 270. *l.* 12. σώματα δεχομένους εὐμαρῶς, ἰατροῦ δ' ἕξιν) Hic locus alter eſt eorum, de quibus mentionem feci in iis, quae his adnotationibus praefixi: quem me multum torſiſſe non diſſimulavi, neque tamen eius emendandi rationem mihi in mentem veniſſe, priuſquam pagina, in qua eſt, prelo commiſſa eſſet: ſed tandem certe eam mihi videor inveniſſe, de qua mihi omnes ſint aſſenſuri. Non enim magna eſt, quod ad ſcripturam attinet, mutatio, ex his duobus verbis δ' ἕξιν in iſtud δείξειν: quamvis longe alium hoc verbum, quam illa duo, ſenſum efficiat. Quod tamen cum dico, de hoc loco non intelligo: cum hic nullus plane ſenſus ex illis vocibus δ' ἕξιν poſſit elici, atque adeo ne ſalvam quidem eſſe ſinant orationis ſtructuram. Unum eſt, in quo haereo, quod, ſcribendo δείξειν, vereor, ut invenire hic aut etiam extrinſecus poſſim ſubaudire verbum, a quo pendeat hic infinitivus. Ideoque peto, ut ex δείξειν ad δεῖξαι tranſire mihi liceat, quod a verbo χρὴ, ex praecedentibus repetendo, pendeat. dixit enim, παντα χῇ δὲ ἐν τοῖς τοιούτοις γυμνάσια χρὴ κατασκευάζειν τοὺς νέους αὐτοῖς τε καὶ τοῖς γέρουσι, γεροντικὰ λουτρὰ θερμὰ παρέχοντας. atque formam orationis eandem ſervans, aliis participiis utitur, hoc modo, ὕλην παρατιθέντας αὖην καὶ ξηρὰν ἄφθονον, ἐπ' ὀνήσει καμνόντων τε νόσοις, καὶ πόνοις τετρυμένα γεωργικοῖς σώματα δεχομένους εὐμαρῶς (vel potius εὐμενῶς, quam lectionem margini adſcripſi) ἰατροῦ δεῖξαι μὴ πάνυ σοφοῦ βελτίονα συχνῷ, i. e. efficere illa (corpora nimirum) multo magis vegeta, quam a quopiam medico poſſent effici: quopiam, inquam, ex eorum numero, qui ſuae artis partem ſunt periti. At Fic. qualemcunque poterat ſenſum ex loco ita depravato eliciens, ita hunc locum (altius autem repetam) vertit: *Ubique autem in his gymnaſia iuvenes, tam ſibi commoda, quam ſenibus, praeparent, calidis balneis conſtituris, & copioſe ſiccis appoſitis lignis, ut & remedium aegrotantibus, & lenimen labore defeſſis agricolis benevole* (agnoſcit enim & ipſe εὐμενῶς, non εὐμαρῶς) *afferatur. quae ſane curatio longe melior eſt, quam medici parum periti medela. Steph.* Ceterum v. γεροντικὰ, quod

τῷ λουτρὰ adiectum est, rectius carebimus. Nam balneorum usus & ad iuvenes pertinebat, omninoque ad eos, qui aut morbo affecti, aut labore fessi erant. Neque ξηρὰν post αὖην tulerim.

*ead. l.* 15. μετὰ παιδιᾶς — ἀχαρίστου.) Quid. ἀχαρίτου: quae scriptura magis est recepta, in ea quidem significatione, quae loco huic convenit. *Steph.*

*p.* 274. *l.* 3. εἰθ' ὅ, τι καλῶν) Ald. Bas. 1 & 2. καλὸν, vitiose, monente iam Steph. qui, re ipsa iubente & suadente Ficini explicatione correxit, καλῶν, h. s. Aut quocunque nomine uti gaudet, cum id vult appellare.

*ead. l.* 10. λεωφόρων — τεταγμένων) Ficinus vertit: *Vulgariumque itinerum, quae a regione in urbem* tendunt. Hinc Stephani lectionem, quam tanquam alius libri laudat, seu potius suspicionem, ortam puta, τεταμένων, quam & sequendam censebat.

*ead. l.* 13. οἱ φρουρ. τεθεραπευμένα,) Ante hoc participium, non post, Stephano interpungendum videbatur.

*p.* 276. *l.* 10. παιδείας αὐτῆς ἕνεκα) Steph. auctor est, legi quoque, αὐτῶν. Ficinus neutrum expressit.

*ead. l.* 12. καὶ διδασκαλιῶν) *Vide, num scribendum sit potius* διδασκαλείων. Steph. Idem cum παιδείας subaudiendum esse ἄρχοντας ex praecedentibus, itidemque cum ἀγωνίας, monuit.

*ead. l.* 15. ἔν τε τοῖς γυμνικοῖς) *In vet.* γυμναστικοῖς. Steph. Nimirum Ficino: *In* gymnastica *& musica.* Sed Plato forte orationis variandae causa dedit γυμνικοῖς.

*p.* 280. *l.* 1. καθιστάντα προστάτην καὶ ἐπιμελητήν.) *Legitur etiam* καθιστάντα προστάττειν ἐπιμελητήν. Steph. Sic fere Ficinus: *Qui quam maxime pro viribus educandis pueris praeponatur.*

*p.* 284. *l.* 16. ἢ δικῶν) Marg. Steph. *Scribo* δικανικῶν. uti nempe Ficinus vertit: *Nam* iudicialium legum *exacta positio* &c. Nisi potius περὶ ante δικῶν subintelligendum censeas.

*ead. l. ult.* εἰρήσθω πρὸς τῷ τέλει περιμένειν ἡμᾶς) *In Ald.* (adde Lovan.) εἰρώσθω *male pro* εἰρήσθω, *ut in Germ. edit.* (Bas. 1 & 2.) *sed in hac* (immo in omnibus, tanquam Ald. Bas. 1 & 2.) *fuerat itidem* περιμένει, *mutandum in* περιμένειν, *hoc sensu*, Hae itaque iubeantur nos ad finem exspectare. *atque hanc lectionem, quae aptissima est, agnoscere videtur & Ficinus. Affertur tamen & ista:* ταύτης μὲν οὖν ἡ θέσις πρὸς τῷ τέλει περιμένει ἡμᾶς. Steph. Quomodo Ficinus legerit, non satis patet. Vertit enim: *Quare ad idem tempus has differamus.* Posterior legendi modus ταύτης μὲν οὖν ἡ θέσις &c. est e coniectura Cornarii Ecl. IX, p. 122.

*p.* 286. *l.* 3. οὐκ ἄν ποτε δοκεῖ παύσασθαι) Stephano scribendum potius videbatur δοκεῖ, cum ἄν iungatur non cum illo δοκῇ, sed cum παύσασθαι.

*p.* 287. *l.* 6 *sq.* ΚΛ. Εἰκός. πῶς γὰρ οὐ βούλεσθαι) Non habet infin. βούλεσθαι, unde pendeat. nihil enim esse videtur, quod subaudiri commode possit. ideoque lego, Εἰκὸς (πῶς γὰρ οὔ;) βούλεσθαι &c. *Steph.*

*ead. l. ult.* ΚΛ. Τί μήν) Idem hic dico, quod antea de alio dixi loco, pro τί μὴν legendum τί μὴ videri: nisi τί μὴν illam quoque significationem interdum habere putemus. *Steph.*

*p.* 288. *l.* 2. λέγωμεν) Ald. Bas. 1 & 2. λέγομεν. male.

*ead. l.* 4. ΚΛ. Ἀνάγκη γάρ.) Haec verba quoque Atheniensi, continuata orationis serie, tribuuntur a Ficini libris.

*p.* 289. *l.* 1. εἰς ταυτὸν — τεταγμένη σπουδὴ) Steph. & hic malit τεταμένη σπ. uti pag. 274 τεταμένων pro τεταγμένων, facem praeferente Ficino: *Quisque per totam vitam omni studio* tendat. Sic infra habes ἐπιτηδεύματα πρὸς ἄλλα τείνοντα.

*ead. l.* 10 *sqq.* Φέγετε μὲν — ζῆτε ἐν αὐτοῖς.) Φέγετε μὲν omittunt plane Ald. Bas. 1 & 2. lapsu propter antec. Φέγετε facili. Iidem pro ζῆτε offerunt ζητεῖτε. male. Utramque emendationem debemus sollertiae Cornarii, in Ecl. IX, p. 122. addicentibus Ficini libris; unde vertit: *Eas, inquam*, vituperate, *quae haec assequi minime possunt: eas, quae possunt, amate; libenterque illas amplexi*, in ipsis vitam agite. Stephanus de hac textus mutatione, eiusque auctore ne γρῦ quidem monuit. Eadem lectionis varietas in Plat. Critone § 50. est obvia, ubi vid. Fisch.

*p.* 290. *l.* 2. ὀρθότατα φῦν) *Legitur etiam* φῦναι: *sed retineri potest illud participium, mutato tantum accentu: ut scribatur* φύν. Steph. Φῦναι Ficinus agnoscere videtur.

*ead. l.* 8 *sqq.* ἡμεῖς δὲ οὖν νῦν φαμὲν — ἀπονεμηθείσαιν) Nos autem nunc quinque millium & quadraginta numerum rectissime nos elegisse asserimus, qui omnes distributiones habet ad duodecim usque ab una exorsus, undecima excepta, quae tamen facillime curatur. In alteram enim partem sana evadit, duobus focis detractis. Ita habet Graeca lectio, velut converti, & recte, quemadmodum etiam supra in quintum dialogum dixi. Dum enim in undecim partes distribuitur numerus 5040, remanent superfluae partes duae, sive foci, sive agri duo, sive quidquid tandem eius numeri distribuitur. *Cornar. in Ecl.* IX, p. 123. Quocum componenda duxi, quae *Grou*, ut versionis suae rationes redderet, ad h. l. adnotavit, & quidem

ſervatis auctoris verbis. Haec vero ille : En diviſant 5040 par 11, on a pour quotient 458 2/11. Si donc on met à part deux unités de 5040, 11 & 458, en ſeront les diviſeurs exacts. Ainſi ce paſſage, ἐπὶ θάτερα γὰρ ὑγιὴς γίγνεται, δυοῖν ἑστίαιν ἀπονεμηθείσαιν, ſignifie : car le nombre 5040 devient ſain de part & d'autre, c'eſt-à-dire, diviſible exactement par 11 & ſon correſpondant 458, *en mettant a part deux foyers* ſur la totalité. Ficin traduit : *Reſtituitur enim, ſi duae ad alteram partem domus acceſſerint.* De Serres l'a copié, mettant ſeulement *reſtauratur*, au lieu de *reſtituitur*. Au cas, que le verbe ἀπονέμω n'ait point la ſignification, que je lui attribue ici, je ne ferois nulle difficulté de lire ἀποτμηθείσαιν.

*ead. l.* 16. ἐπιφημήσαντες) Recte Steph. ſcribendum cenſuit ἐπιφημίσαντες, ab ἐπιφημίζω.

*p.* 292. *l.* 16 *ſq.* ὁπόθεν τὶς) *In vet.* ὁπότε. Steph. Nimirum in Ficino : Quandocunque *igitur aliquis* &c.

*p.* 293. *l.* 6. περιτιθέναι.) Steph. ait, legi quoque προτιθέναι, hocque ſequendum cenſet. Ficinus ſimpl. *ponere* adhibuit.

*ead. l.* 8. Εὖ λέγεις, ὦ παῖ.) *Haec*, ὦ παῖ, *iungo potius ſequentibus* τοὺς παρὰ &c. Steph. Uti iam Ficinum feciſſe ex ipſius verſione, *Probe loqueris. Dicamus itaque ſic : O fili, qui* &c. ſatis conſtat.

*p.* 295. *l.* 9. καταλείποντι) Scribendum potius, καταλείποντα. Intelligendum enim : τῷ ἀεὶ παραδιδόναι τ. Θ. π. π. ἀνθ' αὑτοῦ, διὰ τοῦ καταλείπειν, &c. Paulo ante autem ἀσιγενοῦς potius ſcribendum eſt. *Steph.*

*p.* 296. *l.* 10 *ſq.* τῷ μήτε λαμβάνοντι, μήτ' ἐκδιδόντι, διὰ χρημάτων ἀπορίαν, διδάσκειν τοὺς πένητας) *Lectio alia affertur*, τὸ μήτε τῷ λαμβάνειν τὶ, μήτ' ἐκδιδόναι τὶ, διὰ χρημάτων ἀπορίαν γηράσκειν τοὺς πένητας. *Sed verbum* γηράσκειν *eſt in pluribus exemplis, quam cetera, quae hic alitei leguntur.* Steph. Cornario haecce huius loci debetur emendatio (Ecl. l. l.) quam & res ipſa & Ficini libri maxima ex parte volunt. Hic enim : *Aequalia pro aequalibus eſſe, ſiquidem neque qui acceperit, neque qui dederit, pecuniarum inopia con ſeneſcet.* Grou quoque, vulgatam in corruptis reponens lectionem, Cornarii correctionem in reddendis verbis ſecutus eſt.

*p.* 297. *l.* 7. πατρὸς μὲν πρῶτον) Non video, quomodo πρῶτον hic potius, quam πρώτην ſcriptum fuiſſe credi poſſit cum ſequatur δευτέραν, & τρίτην. *Steph.*

*p.* 298. *l.* 13 *ſqq.* καὶ πρὸς τούτοις δεῖ μὴ τῶν σωμάτων διακεχυμένων ὑπὸ μέθης γίγνεσθαι τὴν παιδουργίαν, ἀλλ' εὐπαγὲς, ἁπλανὲς ἡσυχαίοντε ἐν μοίρᾳ ξυνίστασθαι τὸ φυ-

μενον.) Ald. Baſ. 1. & Lovan. pro μὴ exhibent μὴν, pro μέσης Ald. μέσης, & ἡσυχικῖον eadem cum Lovan. pro ἡσυχαῖον. Pro ἐν μοίρᾳ vero cum Cornario (Ecl. l. p. 123.) utique legendum ἐν μήτρᾳ, qui totum locum ſic vertit: *Et ad haec non oportet corporibus ab ebrietate diffuſis, liberis procreandis operam dare, ſed id, quod producitur, bene compactum & non vagum & quietum in utero conflari.*

*p.* 300. *l.* 2. καὶ πατρὶ καὶ τοῖς) Deſunt haec verba in Ald. Baſ. 1. & Lovan. at in Baſ. 2. primum comparent. Quam editionem cum Cornario tractare non licuerit, eadem verba tanquam e ſua coniectura inſerenda cenſuit. Expreſſit quoque Fic.

*ead. l.* 10. χαλεπὰ πάντα.) Ficinus vertit: *In ſervis autem id* omnino *difficile.* Hinc marg. Steph. *Legitur etiam* πάντη.

*p.* 302. *l.* 14. τῶν λεγομένων περιδίνων) *Non* περιδίνων, *ſed* πειρατῶν *videtur legiſſe Fic. qui interpretatur* piratarum. *Niſi forte alteram illam vocem & ipſe ita intellexerit.* Steph. Poſterius verum habeo propter additum τῶν λεγομένων. Περιδίνους vero *ſervos ad curſum deſtinatos, curſores* appellatos fuiſſe, haud abs re conieciſſe mihi videtur Cornar. in Ecl. l. l.

*p.* 304. *l.* 12. ἐπὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις ἀποτελοῦμεν) *Legitur etiam* τἄλλα ἀποτελοῦμεν. Steph. Et ſic quidem e coniectura Cornarii, qui ita vertit: *Tunc iam reliqua poſt omnia haec abſolvemus.*

*p.* 305. *l.* 13. τεῖχος δὲ περιβαλοίμεθα) Vel εἰ περιβαλοίμεθα, vel περιβάλλεσθαι ſcribendum eſſe videtur. ſed tamen περιβαλλόμεθα legit Ficinus (*& muros quidem circumducimus.*) Paulo poſt autem ſcribo πρὸς δὲ, τινὰ μαλθακὴν ἕξιν &c. cum ſequentes accuſativi non iungantur cum πρὸς, ſed poſita ſit haec partic. pro προσέτι. *Steph.*

*ead. l. ult.* φραχθέντας τε καὶ καθεύδοντας,) Steph. φραχθέντας γε legendum, & v. καὶ καθεύδοντας cum ſeq. iungenda cenſet. illud temere, puto.

*p.* 306. *l.* 4. ῥᾳθυμίαι) Legitur etiam, teſte Steph. ῥᾳθυμίας, quod orationis ſtructurae repugnat.

*p.* 307. *l.* 9. ἦν δὴ τίνα τροπ.) Steph. ſcribendum putat τινὰ τρόπον. Ficinus vero totum hunc locum ita fere legiſſe videtur: ἦν δὲ (pro δὴ) τινὰ τρόπον χρὴ ζῆν νυμφίον τε καὶ νύμφην ἐν πόλει διαφερούσῃ τῶν πολλῶν ἐσομένῃ, (omiſſis τῶν νῦν εἰρημένων ἐχόμενον) τὸ δὴ εἰπεῖν οὐ πάντων (f. πάντως) εὐκολώτατον. Vertit enim: *Sed qua ratione in praeſtantiſſima civitate ſponſus ſponſaque convivere debeant, facile dictu non eſt.*

*ead. l. ult.* χρὴ ζῆν πράττοντας) Ald. Baſ. 1. 2. & Lovan. pro ζῆν exhibent ζητεῖν, quod in ζῆν mutandum eſſe primus

vidit Cornar. in Ecl. IX, p. 124. & tacite in textum admisit Stephanus. Quomodo Ficinus legerit, non satis liquet.

*p.* 309. *l.* 13. *εἰς τὸ φῶς ἦκται*) Steph. auctor est, inveniri etiam scriptum *εἴλκται*.

*ead. l.* 14. *sqq. ἄλλο καὶ ἄλλως γένος — διὰ τὸ ἀσθενές.*) Pro *ἄλλο* Steph. scribendum censet *ἀλλ' ὅ*: deinde post *ἀσθενὲς* ponendam esse tantum hypostigmen. Ficinus paulo aliter legisse videtur.

*p.* 310. *l.* 15. *εἰθισμένον γὰρ δεδοικὸς καὶ σκοτεινὸν ζῆν, ἀγόμενον δ' εἰς φῶς βίᾳ*) Locus hic est ex eorum numero, qui *ὕπουλον ἕλκος* habent. Quis enim hic latere mendum putet? Latet tamen: atque id ex alio eiusdem scriptoris convincam loco. Libro enim nono operis praecedentis, quod de optima reip. administratione scriptum est, p. 254. postquam de tyranno dixit, *ἆρ' οὖν οὐκ ἐν τοιούτῳ μὲν δεσμωτηρίῳ δέδεται ὁ τύραννος, φύσει ὢν, οἷον διεληλύθαμεν, πολλῶν καὶ παντοδαπῶν φόβων καὶ ἐρώτων μεστός*; & postquam haec subiunxit (qualia & in Xenophontis Hierone de tyranno itidem dicta legimus) *λίχνῳ δὲ ὄντι αὐτῷ τὴν ψυχὴν, μόνῳ τῶν ἐν τῇ πόλει οὔτε ἀποδημῆσαι ἔξεστιν οὐδαμόσε, οὔτε θεωρῆσαι ὅσων δὴ καὶ οἱ ἄλλοι ἐλεύθεροι ἐπιθυμηταί εἰσι*: tandem haec addit, *καταδεδυκὼς δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ ταπολλὰ ὡς γυνὴ ζῇ, φθονῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, ἐάν τις ἔξω ἀποδημῇ, καί τι ἀγαθὸν ὁρᾷ*. Ita igitur & illo in loco, de cuius nunc emendatione agitur, legendum esse dico, *εἰθισμένον γὰρ καταδεδυκὸς καὶ σκοτεινὸν ζῆν, ἀγόμενον δ' εἰς φῶς βίᾳ* &c. Ficinus tamen vulgarem rationem sequitur, qui locum hunc ita vertit: *Unde igitur quisquam non ridicule ad manifestam cibi potusque assumtionem mulieres cogere posset? nihil est profecto, quod molestius laturum genus hoc videatur. Nam cum timide & obscure degere consueverint, latorem legis in lucem conantem educere omni reluctatione repellent.* Non de timore autem loqui Platonem, sed tantum de latebris ac tenebris, quas quaerunt, offendunt & quae praecedunt, & quae sequuntur, cum illis latebris ac tenebris opponatur in praecedentibus *φανερὰν θεωρεῖσθαι τὴν σίτων καὶ ποτῶν ἀνάλωσιν*: in iis autem, quae sequuntur, illis opponat, *ἀγόμενον δ' εἰς φῶς. Steph.*

*p.* 312. *l.* 10. *ὅτε — ἐτολμῶμεν*) Stephanus arbitrabatur, rectius legi *ὅτι* &c.

*p.* 313. *l.* 16. *παρὰ τὸ λεγόμενον ἥδιστον*) Steph. corr. *παρὰ τοῦ λεγομένου ἡδίστου*. Non inepte. Neque Ficinus aliter legisse censendus est.

*p.* 314. *l.* 1. σβεννύναι) Steph. teſtatur, legi quoque σβεννύντων, qui tamen infinitivum retinendum putat.

*ead. l.* 5. ἵνα καὶ ἀφικόμενοι) Vocula ἵνα nullum hic videtur habere locum (cum partic. καὶ praecedenti τε reſpondere debeat) ideoque vel tollenda eſſe, vel mutanda in τινά. *Steph.*

*p.* 316. *l.* 17. τῶν δὲ) Steph. exiſtimabat ſcrib. τῶνδε, & mutandam interpunctionem, ut hic genitivus iungatur cum ἄτιμος: & perinde ſit, ac ſi dixiſſet, ἄτιμος ἔστω τῶνδε τῶν τιμῶν (ut alibi adiectivum illud huic genitivo iunxit) τοῦ εἰς γάμους ἰέναι, καὶ εἰς τὰς τῶν παίδων ἐπιτελεσιώσεις. Ficinus quoque ſine interpunctione hic legiſſe videtur.

*p.* 317. *l.* 5. γεννησωνται κατὰ νόμους) *Lectionem hanc agnoſcit & Ficinus, abſque particula negativa.* Steph. Atqui neque in Ald. neque in Baſ. utraque deprehenditur illa partic.

## IN LIB. VII.

*p.* 320. *l.* 11. ἐπιζήμια τιθέντα) In Baſil. editione ſcriptum eſt ἐπὶ ζημίᾳ, cum tamen in Ald. ſit ἐπιζήμια, ut hic. Nec vero ex aliquo exemplari ſumtam eſſe illam lectionem ἐπὶ ζημίᾳ puto, ſed profectam ἐκ παραδιορθώσεως alicuius, cui vox iſta ἐπιζήμια, quae mulctas ſignificat, inaudita eſſet: quae tamen in aliis etiam huius operis exſtat locis. At vero illa verba ἐπὶ ζημίᾳ ſignificationem ab hoc loco plane alienam habent. *Steph.*

*p.* 322. *l.* 1. Τί δῆτα, ὦ ξένε, ἢ τ.) Steph. corr. Τί δῆτα, ὦ ξένε; ἢ τ. Nempe Ficinus vertit: *Quid ais, o hoſpes? numquid* &c.

*p.* 324. *l.* 16. τῶν περὶ τὰ σώματα μύθων λεχθέντων διαπεραίνειν) *Aut ſcribendum eſſe* τὸν περὶ τὰ σώματα μῦθον λεχθέντα, *aut ante* διαπεραίνειν *ſubaudiendum eſſe puto* ὥστε. Steph. Hoc verum puto.

*p.* 325. *l.* 4. καὶ οἰκεῖν) Bene Steph. animadvertit, pendere hunc infinitivum ab his verbis, ὡς ξύμφορόν ἐστι, quae ſubaud. ex praeced. ὡς ἔστι ξύμφορος. niſi potius hypoſtigme poſt νεωτάτοισι, & partic. καὶ ante οἰκεῖν cum Ficino tollenda videantur.

*p.* 326. *l.* 6. παντάπασιν ἀγαπητόν τι) Steph. ante haec verba deeſſe quaedam, ſuſpicabatur.

*ead. l.* 11 *ſqq.* πιθανὸν λόγον ἔχει τινά. ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΑΘ. Εἰ δέ γε οὕτω τοιαύτην τινὰ δύναμιν ἔχει ταῦτα) Ald. Baſ. 1. 2. & Lovan. πιθανὸν λόγον ἔχει ταῦτα, omiſſis iis, quae inter haec leguntur inſerta. Locum ſic mancum eſſe, vidit iam Cornarius, qui in Ecl. IX, p. 124. haec adnotavit: In Graecis deficit totus verſus, & adſcribenda ſunt haec ver-

ba: ΚΛ. Τί μήν; ΑΘ. Εἰ γοῦν τοιαύτην τινὰ δύναμιν ἔχει· ut iam hinc sequatur, ταῦτα ἐννοεῖν χρὴ κ. λ. Error admissus est ex eo, quod scriptor a verbis λόγον ἔχει, in praecedentis versus fine, transilivit ad vocem ταῦτα, omisso versu, qui in verba δύναμιν ἔχει finit. Facem Cornario praetulit Ficini versio, quae habet: Cli. *Omnino.* Ath. *Si haec igitur talem aliquam vim habent* &c. Hinc Steph. rectius legi putabat, ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΑΘ. Εἰ δέ γε οὕτω τοιαύτην τινὰ δύναμιν ἔχει ταῦτα, interpunctione post ταῦτα demum facta.

*ead. l.* 14 *sq.* ἐθίζοιτο γίγνεσθαι.) *Legitur etiam* ἐθίζοιτο κινεῖσθαι. Steph. Nimirum e praeclara Cornarii coniectura (v. Ecl. l. l.) quam Ficini libri firmare videntur: vertit enim, *Magis utique quovis* ferri *per formidinem consuescere.*

*p.* 330. *l. ult.* καὶ ἐθισθέντα πάσῃ σωτηρίᾳ,) *Hi Dativi* πάσῃ σωτηρίᾳ *iungendi sunt potius sequentibus, expuncta hypostigme post* σωτηρίᾳ, *& posita post* ἐθισθέντα. Steph. praeeunte Ficino: *Haec si probe posita sint, seque in eis homines recte assuescerint, conscriptas leges* stabili salute *tutantur.*

*p.* 331. *l. ult.* ταῖς νεωστὶ τρεφομέναις) *Sequor potius lectionem vet. libri,* τοῖς νεωστὶ τρεφομένοις. Steph. Ald. & Basileenses nihil mutant. vel sic tamen Stephani lectionem, e Serrani forte versione haustam, praetulerim.

*p.* 332. *l.* 2. δέον ἂν εἴη) Mutandum esse puto δέον in δέοντα, cum non sit infinitivus, ad quem tendere illud δέον possit, praecedat autem ταῦτα. At Fic. ita hunc locum vertit, quasi legerit, τοῦτο δέον ἂν εἴη. Haec enim sunt eius verba: *Atque id ingenio eorum, qui tres, & qui quatuor, & quinque, & sex annos agunt, conveniens erit.* Mox ἐμποιήσειν in ἐμποιῆσαι vel ἐμποιεῖν mutandum censuerim. *Steph.*

*p.* 333. *l.* 13. διαφέροντα ἔσθ' ἡμῶν) Cornar. corr. ἔσθ' ἡμῖν. recte, opinor.

*ead. l.* 14. τὰ περὶ τὰς χεῖρας) Ald. Bas. 1. 2. & Lovan. τὰ περὶ τὰς χρείας. At iam Cornarius (Ecl. IX, p. 124.) legendum vidit τὰ περὶ τὰς χεῖρας, addicentibus Ficini libris: *Quod videlicet dextrae a sinistris,* quod ad manus pertinet, *differre iam videantur in singulis operationibus natura.* Librariorum sane lapsus facilis fuit, antecedens χρείας oscitanter repetentium. Stephanus ne verbo quidem monuit, unde profecerit.

*ead. l.* 16. ἀνοίᾳ τροφῶν) *In vet. alia est scriptura,* ἀγνοίᾳ, *quam illi antepono.* Steph. Hanc quoque scripturam Cornario sublegisse Stephanum, non est dubitandum. Vid. eius Ecl. l. c. Conspirant Ficini libri: *Matrum nutricumque simul ignorantia.*

*p.* 334. *l.* 1. *διὰ τὰ ἤθη διάφορα*) Non dubito, quin *ἤθη* mutari debeat in *ἔθη*, praesertim cum Fic. quoque hanc lectionem agnoscat. *Nam cum natura* (inquit) *fere ad utramque partem aeque se habeat, ipsi, per consuetudinem non recte utentes, differentiam fecimus.* Steph.

*ead. l.* 16. *διαφέρει δὲ πάμπολυ μαθὼν*) Rectius haud dubie cum Steph. scribetur *ὁ μαθὼν*, ut sequitur *ὁ γυμνασάμενος.*

*p.* 335. *l.* 2. *χωλαίνει δὲ καὶ ἐφ.*) Non intelligit hunc *χωλαίνειν* & *ἐφέλκεσθαι πλημμελοῦντα*: sed haec a praecedente negatione pendent, perinde ac si dictum esset, *οὐκ ἀδύνατός ἐστι μάχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν, καὶ οὐ χωλαίνειν.* Interim tamen nihil mutare in hac lectione necesse est, *χωλαίνει δὲ* &c. Potest enim illa structura orationis in istam quoque resolvi, *οὐκ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἀδύνατος ὢν μάχεσθαι, χωλαίνει* &c. negationem utroque referendo. Haec autem ideo dico, quod sciam, aliam ex coniectura lectionem afferri: hanc videlicet, *οὐδὲ χωλαίνει. Steph.*

*p.* 336. *l.* 1. *φυλάττοντας*) Stephano vel *φυλαττόντων* vel *φυλάττουσα* scribendum esse videbatur. Posterius forte Fic. expressit: *Magnificentiam ipsius libertatemque* observans.

*ead. l.* 4. *ἐκτάσεως ἀποδιδομένης*) Ante *ἀποδιδομένης* in vet. est vocula *καὶ*, ut *τὸ προσῆκον* pertineat ad proxime praecedens partic. Alioqui absque illa copula videndum esset, an *τὸ προσῆκον* cum *ἀποδιδομένης* iungi posset, accipiendo in signific. activa. Pro *αὐτοῖς* autem rectius legeretur *αὐτῆς. Steph.*

*ead. l.* 8. *ἢ πυγμὴν Ἐπειὸς*) Quidam vet. teste Steph. *πυγμῆς*, iure improbante Steph. Nam verba sic ordinanda atque ex anteced. supplenda sunt: *ἢ τά γε κατὰ πυγμὴν, ἃ Ἐπειὸς ἢ Ἄμυκος ἐν τέχναις ἑαυτοῦ συνεστήσατο.*

*p.* 337. *l.* 4. *ἃ δὴ πάντας μιμεῖσθαι*) *Legitur etiam πάντως. Retineri tamen potest πάντας: ut κόρους καὶ κόρας ita iungat cum πάντας, sicut paulo ante iunxit γιγνόμενοι cum πάντες & πᾶσαι.* Steph. Ficinus quoque *πάντας* expressit.

*p.* 339. *l.* 3. *τῶν αὐτῶν σωμάτων*) Scribi etiam fortasse posset *αὐτῶν*: quamvis ita scriptum magis aptum locum haberet post *σωμάτων. Steph.*

*p.* 342. *l.* 15. *πρώτον τίνας*) Stephanus malebat *τινάς*. citra necessitatem.

*ead. l. ult. τῶν θεῶν ἀλ. ὑ.*) *Pro τῶν affertur & alia lectio τῷ: quae si mendosa non est, erit τῷ pro τινί: quam significationem habet passim τῳ enclitice positum, sicut του enclitice sonat τινός.* Steph. Equidem *τῶν θεῶν* ex antec. a librariis illatum, aut post haec verba *θυσίαις*, aut simile, excidisse puto.

*p.* 343. *l.* 4. Πρὸς τοῦτο) Steph. teſtatur inveniri etiam ſcriptum πρὸς τούτῳ. ſed praeſtat vulgata, eodem iudice.

*p.* 345. *l.* 4. ἴδωμεν δὴ τὸ τοιόνδε) Ficinus haec verba ἴδωμεν δὴ a ſequentibus ſeparat, vertitque: *Atqui ita conſideremus. Tutiſſimus ad haec mihi modus videtur.*

*ead. l.* 10. πατρί τε καὶ τοῖς ἄλλοις) Verba πατρί τε omittunt plane Ald. Baſ. 1. 2. & Lovan. eaque primum inſerenda iudicavit Cornarius in Ecl. IX, p. 124. cuius opinionem tacite ſecutus eſt Stephanus. Praeiverat Ficini verſio: *Nonne dicemus, hunc* patri & *ſuis male ominatum fuiſſe.*

*p.* 346. *l.* 15 *ſq.* Παντάπασι μὲν οὖν τίθει.) Ante τίθει Steph. interpungendum videbatur. Sine idonea cauſa.

*p.* 347. *l.* 2 *ſq.* ὅτι γνόντας δεῖ) *Non videtur hic errore librarii poſitum* δεῖ, *quamvis ſequatur ſtatim: ſed* δεῖ δὴ *ſonare*, Oportet, inquam. *Neceſſarium certe hic non erat, ſicut nec pronomen* αὐτούς. Steph. Partic. δὴ poſt interpoſitionem aliquam, inprimis paulo longiorem, verbis ſic addi ſolet. Verbo vero δεῖ iterum poſito, repetendus quoque fuerat accuſ. αὐτούς.

*p.* 350. *l.* 3. διατεταγμένη) Alius liber, teſte Stephano, τεταγμένη.

*ead. l.* 16. τὰ δὲ τῶν ἡηλειῶν) Vetus liber, teſte Steph. τὸ δὲ τῶν ἡηλειῶν. Ficinus legiſſe videtur τὰ δὲ τῶν ἀῤῥένων καὶ ἡηλειῶν.

*ead. l. ult.* τὸ δὴ μεγαλοπρεπὲς οὖν) *Malo* ὂν, *ut ſcriptum eſt in vet.* Steph. Ficinus: *Porro, quod magnificum eſt.*

*p.* 351. *l.* 6. οἷον δή τις ναυπηγὸς) *Poſt* οἷον *videri poſſit deſiderari particula* δὲ, *ut legatur* οἷον δὲ δὴ &c. *Non deſunt tamen apud hunc ipſum ſcriptorem loci huic ſimiles, i. e. quibus nulla eſt adhibita particula, quamvis ea opus eſſe videatur.* Steph. Particulam δὲ agnoſcere videtur Ficinus, illique comes fere addi ſolet δή. v. Fiſch. ad Plat. Crit. 14.

*p.* 352. *l.* 10. τόδ' ἦν) *Etiamſi* τὸ δ' ἦν *legeretur, locum mendo carere non putarem: apte autem fortaſſe* ἐναντίον *illi* τὸ *iungeretur, hoc modo:* τὸ δ' ἐναντίον ἦν ἐν πολ. *ut diceretur adverbialiter, pro* Contra autem. *Verum & paulo poſt* τὸ δὲ φαμὲν *malim ſcribere.* Steph. Immo potius τὸ δὲ δὴ φαμέν.

*ead. l.* 14. τίς οὖν ὀρθότης παίζοντα ἐστὶ διαβιωτέον) *Non poteſt ferri haec orationis ſtructura: videndum autem, an veram lectionem hac coniectura ſim aſſecutus:* τί οὖν ὀρθότατα παίζοντα ἐστὶ διαβιωτέον. Steph. Malim ſic, τίς οὖν ὀρθότης, ἢ παίζοντα ἐστὶ διαβιωτέον. molliori certe medicina facta.

*p.* 354. *l.* 2. καὶ εὐρυχώρια) *Sic & Fic. videtur legiſſe, non* εὐρυχωρία. Steph. Neque vero aliter exhibent Ald. cum Baſ. utraque & Lovan.

*ead. l.* 7. οἰκοῦντας ξένους) *Pro* οἰκοῦντας *lectio alia affertur,* οὐκ ὄντας ξένους. Steph. Male, propter μισθοῖς πεπεισμένους.

*p.* 355. *l.* 11 *sqq.* Ἐοικέ γε. ἔστι μέντοι — τῶν νῦν λεγομένων. ΑΘ. Ἀλλὰ γὰρ) Ald. Baſ. utr. & Lovan. verbis ἔστι μέντοι Athenienſis perſonam praefigunt, eiuſque orationem continuant uſque ad αἱρεῖσθαι δεῖ. At meliorem perſonarum diſtinctionem fecit iam Cornar. Ecl. IX, p. 125. quem ſecutus eſt Steph. Atque hanc rationem omnino ineundam eſſe, Ficinus verſione ſua comprobavit. Ceterum vitioſe editt. vett. ἀλλὰ γὰρ εἰπὼν, & paulo poſt αἱρεῖσθαι δεῖν.

*ead. l.* 17. Τὸ δὲ ἔμοιγε) Steph. ſcribendum cenſebat τόδε, ut repetatur ex antec. κεχαρισμένον ἐστί.

*p.* 356. *l.* 4. οὐκ ἀποσβήσεται) Stephanus auctor eſt, inveniri etiam ἀποβήσεται.

*p.* 357. *l.* 8. δυνάμεναι) Steph. ſcribendum cenſebat δύνασθαι, ut cum ὥστε iungatur. Male. Orationis ſtructura haec potius eſſe videtur: ὥστε φόβον γε πολεμίοισι δύνασθαι παρασχεῖν ἐν τάξει τινὶ κατοφθείσας, h. ſ. etiamſi mulieres iaculandi artem &c. non calleant, ut vel ſic in acie conſiſtant rei novitate terrorem hoſtibus incutientes.

*ead. l. ult.* διαίταις ἀτάκτως χρώμενον) Ald. Baſ. 1. 2. ἀτάκταις, pro quo Steph. e vet. ut ait, ſcribendum ἀτάκτως, vel ἀτάκτοις cenſuit. Ficinus haec plane omiſit.

*p.* 358. *l.* 17. μετὰ δὲ ταῦτα, σπείσαντας) Bene Steph. librariorum errorem exemit huic loco, qui in Ald. Baſ. 1 & 2. ita legitur: μετὰ δὲ ταύτας, πείσαντας. praeeunte Ficino: *Et poſtquam tam principes, quam ceteri — libaverint.* Ita quoque ante Stephanum legendum cenſuerat Cornar. Ecl. l. l.

*p.* 359. *l.* 7. καὶ ῥᾳθύμως καταπεπεσμένῳ ζώῳ) Sic Ald. Baſ. utraque & Lovan. quae lectio, operarum errore, in Stephaniano textu expreſſa eſſe videtur, cum dare voluerit καταπεπιασμένῳ, quantum ex ipſius nota colligas: *Ita in vet.* (*cum in praeced. edit. ſit* καταπεπεσμένῳ) *ſed* καταπεπιασμένῳ *genuina lectio videtur.* Ficinus: *Obeſoque per inertiam animali.*

*ead. l.* 8. τῶν σφόδρα τετρυμένων) Editt. vett. tanquam Ald. Baſ. 1. 2. cum Lovan. τετρυφωμένων. Pro quo in vet. quodam τετρυμένων ſcribi teſtatur Steph. Idem laudat & aliam lectionem τετρυχωμένων, quae quidem eſt e coniectura Cornarii, Ecl. IX, p. 125. Utrumque & τετρυμένων & τετρυχωμένων e Ficino hauſtum puta. Vertit enim: *Ut ab alio laboribus exercitato & quaſi* extenuato *fortique raptum dilanietur.* Atque haec quidem forma magis ad vulgarem ſcripturam accedit, illa vero Platoni magis familiaris cenſenda eſt.

*ead. l.* 17. δικαίου νόμου) Ald. & Baſ. 1. μόνου, Baſ. 2. μόνον, quod in νόμου mutandum recte iudicabat Cornarius Ecl. p. 125. quod in textum, ne laudato quidem huius emendationis auctore, redire iuſſit Steph. Iam Ficinus: *Sed maximum omnium* a iuſta lege *mandatum.*

*p.* 360. *l.* 5. εἰς ἀπόδοσιν πόνων καὶ τροφῆς) Affertur alia lectio pro ἀπόδοσιν, videlicet ἐπίδοσιν, ex coniectura: ſed hanc minime probo. neque enim diſplicet, eum dici τῷ σώματι ἀποδιδόναι πόνους καὶ τροφὴν, qui tribuit corpori, quae illi debentur, quod ad exercitationes, & quod ad nutritionem attinet. Apud Ficinum tamen nullam illius verbalis nominis ἀπόδοσιν habes interpretationem: qui hunc locum, ſicut & alios plurimos, ita vertit, ut partem dumtaxat aliquam verborum Platonis poſſimus agnoſcere. *Nihil enim* (inquit) *exercitationis corporeae, nihil doctrinarum animi morumque, propter alia negotia negligendum eſt.* Steph.

*p.* 362. *l.* 7. κατηρτυμένην) *Lectio alia affertur,* κατηρτισμένην. Steph. Et quidem e Cornarii coniectura, Ecl. p. 125.

*ead. l.* 10. παιδίας καὶ νηπιότητος χάριν) *Scriptum eſt* παιδιᾶς *in praeced. edit. ſed hanc ſcripturam, non illam, habet quidam vet. &* παιδίαν *pro infantia dicit & alibi Plato.* Steph. Ficinus vertit: *Puerilem laſciviam.* videtur adeo legiſſe παιδιᾶς cum reliquis libris.

*ead. l.* 11. καὶ μαθήμασιν,) Ante haec verba interpungendum eſt, ne iungantur cum διδάσκουσι. Legimus autem & p. 365. μανθάνειν δὲ ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις δὴ τί ποτε δεῖ τοὺς νέους, καὶ διδάσκειν αὖ τοὺς διδασκάλους. Et paulo poſt: πρὸς δὲ δὴ, μαθήματα ἄλυρα ποιητῶν κείμενα ἐν γράμμασι &c. *Steph.*

*p.* 364. *l.* 14. διείρηκέ σοι) Al. διήρηκε, teſte Stephano.

*ead. l.* 15 *ſq.* προσοιστέον) *Pro* προσοιστέον *utrobique habent vet.* προσιτέον. Steph. Atqui in Ald. Baſ. 1 & 2. clare legitur προσοιστέον· ſolamque adeo reſpicere videtur Stephanus Ficini verſionem, qui & ſequentia προσοιστέον μὲν τοίνυν φαμὲν, ita expreſſit: *Ad literas ergo decennes pueri* proficiſcantur &c.

*p.* 365. *l.* 1. μήτε πλείω τούτων μήτ' ἐλάττω πατρὶ, μήτ' αὐτῷ Φιλομ.) *Dativos* πατρὶ *&* αὐτῷ *multum negotii mihi faceſſere, nolo diſſimulare: ſed pro* αὐτῷ *quidem quin ſcribendum ſit* αὖ τῷ, *minime dubito:* πατρὶ *autem praecedentibuſne, an ſequentibus iungi debeat, ambigo. Iunxit Ficinus praecedentibus, qui hunc locum ita reddidit:* Et qui tres ac decem egerunt annos, lyrae ſimiliter tres annos incumbant: nec liceat

aut patri plus vel minus in his liberos detinere; aut liberis, ſive taedio affectis, citra id tempus, ſive deſiderio compulſis, ultra, his rebus, contemta lege, vacare. *In qua interpretatione videmus etiam vel legi vel ſubaudiri dativum παιδί: perinde ac ſi ſcriptum eſſet: μήτ' αὖ τῷ φιλομαθοῦντι παιδὶ, μηδὲ μισοῦντι &c. Ac poſt πατρὶ quidem apte ſubiungi videtur μήτ' αὖ τῷ φιλομαθοῦντι, ſive dativus παιδὶ deeſſe, ſive relinqui ſubaudiendus dicatur: πατρὶ autem iungere cum ſequente verbo ἐξέστω neceſſe erit. Quoniam tamen verba illa, καὶ μήτε πλειω τούτων, μήτ' ἐλάττω cum praecedentibus melius cohaerent (praeſertim cum, ſi in eadem periodo ponantur haec, & de eadem re dicantur, primum, μήτε πλείω τούτων μήτ' ἐλάττω, deinde μήτε μείζω ἢ καὶ ἐλάττω διατριβὴν futura ſit periſſologia) videndum eſt, an non aptior futura ſit haec lectio, μηδὲ πατρὶ, μήτ' αὖ τῷ φιλομαθοῦντι.* Steph. Cornarius Ecl. IX, p. 125. legendum cenſebat καὶ μήτε πατρὶ cet. inſertis καὶ μήτε ante πατρὶ, *Et neque patri, neque, ſive amore, ſive odio circa haec ducto* cet.

*ead. l.* 4. ἀτιμος τῶν παιδίων) Παιδείων *legit & Ficinus, & quidem tanquam a* παιδεία; *alioqui* παίδειον *& pro puerili apud hunc ſcriptorem habemus.* Steph. Ficinus vertit: *honores*, qui diſciplina praeditis debentur, *non conſequatur.*

*ead. l.* 12. τοῖς δ' ἀνευ ῥυθμῶν τμημάτων) *Lectio alia affertur,* τοῖς δ' ἀνευ τούτων. Steph. Ita nimirum corrigendum ſtatuebat Cornar. in Ecl. l. l. reiectis ῥυθμῶν τμημάτων. forte ſcrib. ἄνευ ῥυθμικῶν τμημάτων.

*p.* 366. *l.* 5. πολλάκις μυρίοις) Haec verba iungenda cenſebat Steph. πολλακισμυρίοις, itidemque paulo poſt πολλακισμύριοι.

*ead. l.* 9. τῆς αὐτῆς ὁδοῦ) Stephano deeſſe videbatur infinit. modi verbum, quod huic genitivo iungeretur.

*p.* 367. *l.* 14. Τοῦ πρὸς τί παράδειγμα) *Voculam* τοῦ *a ſequentibus ſeparandam, & notam interrogationis ei adſcribendam puto: ut ponatur pro* τίνος, *& ſit ſenſus, Itane interrogas, qua de re loquar?* Steph. Vulgatam rationem ſequitur Fic.

*p.* 368. *l.* 4. οὐδὲν θαυμαστὸν πάθος) *Poſt* πάθος *in vet. eſt verbum* ἐπῆλθε, *huic loco aptum: in quo ſubaudiendum alioqui eſſet* ἐστί. Steph. Hoc quidem recte. alterum nec Fic. agnoſcit.

*ead. l.* 15. τούτων τῶν νόμων) Steph. auctor eſt, legi quoque λόγων. Nimirum Ficinus vertit: *& huic* diſputationi *conſentanea.*

*p.* 369. *l.* 10. μετὰ τὴν γραμματικὴν ὁ κ.) *Altera lectio, quae eſt in vet.* μετὰ τὸν γραμματιστὴν, *ſequenda eſt potius: cum proxime ſequatur mentio* κιθαριστοῦ *itidem, non* κιθαριστικῆς, *& modo dixerit* περὶ γραμματιστῶν. Steph. Eruit hanc

lectionem e Ficini libris, nam vertit: *Verum post* literarum magistrum *nonne de citharista dicendum?* quae utique praestat.

*ead. l.* 18. τῶν μελῶν κίνησιν) Steph. testatur, legi etiam μίμησιν. Quam lectionem iterum Ficino sublegit. vertit enim: *Ut in cantibus animi affectus imitantibus, probi animi imitationes* &c.

*p.* 371. *l.* 4 *sqq.* διείρηται — διείρηκας) Legitur etiam διήρηται, itidemque διήρηκας pro διείρηκας, teste Steph.

*ead. l.* 11 καθάπερ μουσικῆς) Partic. καὶ ante καθάπερ necessariam putabat Stephanus.

*p.* 372. *l.* 9. μὴ δὲ, οὔτ' εἰπεῖν ἄ.) *Consulto hic scriptum fuit* μὴ δὲ; *non autem coniunctim* μηδὲ, *ut alibi passim: quia illae voculae* μὴ δὲ *non sonant* neque, *sed* sin minus: *respondentes illis,* εὖ μέν. *cum enim dixisset* ὡς εὖ μὲν τραφέντων &c. *subiunxit,* μὴ δὲ, *perinde ac si repetendo superiora diceretur,* μὴ τραφέντων δὲ εὖ. Steph. Idem iam Ficinus secutus est, vertendo, *Sin vero.*

*ead. l.* 17. μαθήματα ἐπιτείνει) Συντείνει in vet. quodam comparere ait Stephanus, eamque scripturam alteri praeferendam putat.

*p.* 373. *l.* 9. ὧν οὐδὲν ἀπώμοτον) Steph. corr. ὃν οὐδὲν ἀπώμοτον, sine causa. ὧν respicit antec. εἴ ποτε δεήσειε cet. & ἢ καὶ τοὐναντίον cet. Idem paulo ante post μηδενὸς ἕνεκα excidisse putabat ἄλλου, erroris ansam praebente seq. ἀλλ' εἴ π. Iam Ficinus: *Si nullius rei* alterius *causa.*

*ead. l.* 11. ἀνάγκην παρασχεῖν) Unde infinitivum παρασχεῖν pendere dicemus? an a verbo δεήσειε, quod ex superioribus repetatur? atqui cum infinitivo quidem στρατεύεσθαι conveniebat, at cum hoc nequaquam. Quid igitur? an desiderari aliquod verbum putandum est, quo παρασχεῖν referatur? video quidem certe aptissimum fore verbum συμβῇ praefixa partic. ἐάν; ut legatur ἢ καὶ τοὐναντίον, ἐὰν συμβῇ, vel ἢ καὶ τοὐναντίον (ὧν οὐδὲν ἀπώμοτον) ἐὰν συμβῇ ἔξωθεν πολεμίους &c. ἀνάγκην παρασχεῖν &c. ac pro his ἐὰν συμβῇ, inveniri etiam particip. συμβὰν scio, posito accusativo absoluto, genitivi loco: sed potius Platonem ellipsin talem in hoc loco reliquisse crediderim, praesertim cum eiusmodi sit, ut non modo lectorem non remoretur, sed ne deprehendatur quidem ab eo, primo aspectu. Nec vero latentium eodem modo aliis in locis ellipseon exempla desunt. Hic autem addo etiam, perinde esse, ac si talis foret orationis structura: ἢ καὶ τοὐναντίον, εἰ ἔξωθεν πολέμιοι εἰσπεσόντες ῥώμῃ τινὶ μεγάλῃ καὶ βίᾳ, βάρβαροι εἴτε Ἕλληνες ἀνάγκην παράσχοιεν cet. *Steph.*

*ead. l.* 12. πολλή που κακία) Haec verba ab anteced. prorsus seiungit Fic. novamque orditur periodum, hoc modo: *Magno certe reipublicae vitio dandum est, ita ignave mulieres educari* &c. Ne vero hoc modo in antec. suspendatur oratio, ad γίγνεσθαι repetiit ἱκανοὺς εἶναι. improbante Steph.

*p.* 376. *l.* 9. κατοινωμένους, περὶ καθαρμοὺς — ἀποτελούντων) Steph. testatur, legi quoque κατωνωμένους, solemni varietate. Idem non dubitabat, quin περικαθαρμοὺς una voce scribere oporteat.

*p.* 377. *l.* 2 *sq.* ἐκ πόνων τινῶν αὐτοῦ) Videri possit scribendum potius αὐτῶν, nisi αὐτοῦ ad τὸ μὲν pertinere dicamus: unde tamen paulo quam pro more est remotius. *Steph.*

*p.* 381. *l.* 14. ὅσα αὐτῶν ἀναγκαῖα, καὶ) Post ἀναγκαῖα non necesse fortassis fuisset interpungere, si sequentia ad ὅσα retulissem, quo Ficinum quoque referre ea videmus. Vertit enim: *Multitudini vero quae necessaria sunt, rectissimeque dicuntur, turpe est nescire. sed exquisite cuncta perquirere, nec facile est, nec omnino possibile.* At ego verba haec καί πως ὀρθότατα λέγεται sequentibus iungens, longe alium sensum efficio: hunc videlicet: Ac rectissime dicitur, turpe quidem esse vulgo ignorare, quae ex illis disciplinis necessaria sunt, sed vicissim exacte omnia, quae pertinent ad illas, perquirere, neque facile esse, neque eiusmodi, quod fieri possit. Interim tamen non nego, talem esse orationis structuram, ut in ea alter ille sensus primo aspectu potius, quam hic conspiciatur, (qui poscit, ut εἶναι cum αἰσχρὸν, itidemque cum ῥᾴδιον & δυνατὸν subaudiamus) sed in altero illo mihi displicet, eum de disciplinis illis ita loqui, esse tantum quaedam in iis, quae rectissime dicantur. quid enim in iis non rectissime dicitur? *Steph.*

*p.* 382. *l.* 2. τῶν τε ἀναγκαίων εἰσίν.) Steph. auctor est, legi quoque ἀναγκῶν, idque, expuncto praecedente τε, sequendum putat. Ita vero Fic. *Quod equidem de divinis* necessitatibus *intelligendum arbitror.*

*ead. l.* 14. ταῦτ' οὖν δὴ πάντα) *In praeced. edit. permutarunt sedes particulae δὴ & δεῖ. Hic enim habet δεῖ, cum scribere necesse sit δή; vicissimque versibus aliquot interiectis pro δεῖ habent δή. Legitur enim in illis,* ἃ δὴ λαβόντα &c. Steph. Ita sane Ald. & Bas. 1. 2. At iam Ficinus alteram sequitur rationem, vertendo posteriora: *Ante omnia est discendum.*

*ead. l.* 16. πολλὴ ἡ μωρία) Pro ἡ ante μωρία inveniri etiam καὶ testatur Steph. Idem mox malit cum veteri quodam μετά τινος, pro μετὰ τίνος, uti & Ficinus vertit.

*p.* 383. *l. ult.* ἕκαστα χρὴ φάναι) Scriptum etiam reperiri ἑκάστων, ait Stephanus. At editt. vett. vulgatum tenent.

*p.* 385. *l.* 3. ὑπνῶν τινῶν — ὀρεμμάτων) *Alia etiam eſt ſcriptura* ὑεινῶν. Steph. Cui tamen vulgata praeſtat. vid. Ruhnk. ad Timaeum p. 187.

*ead. l.* 7. Τί δὲ πλάτος;) Malim τί δέ; πλάτος. Nam poſt τί δὲ neceſſe videtur ſubaudire ex praeced. repetitum verbum γιγνώσκεις. *Steph.*

*p.* 386. *l. ult.* οὐ πάμπολυ κεχωρίσθαι) Ficinus partic. οὐ non agnoſcit. Vertit enim: *Multum enim teſſerae haeque doctrinae inter ſe diſtare videntur.*

*p.* 387. *l.* 7. οὐκοῦν νῦν, ὦ ξένε,) In Ald. & Lovan. haec & quae ſequuntur ab Athenienſi dicuntur, uſque ad Cliniae verba.

*p.* 389. *l.* 10. οὔτε νέος οὔτε πάλαι) Steph. non dubitat, quin ſcribendum ſit νέον, quod poſitum ſit pro νεωστί. Ficinus: *Nec* nuper, *nec iam olim audivi.*

*p.* 390. *l.* 14 *ſq.* ἦν ἂν τότε, — ΚΛ. Τελοῖον μὲν οὐδαμῶς.) *Legitur etiam* ἦν ἄν ποτε. *Videtur autem deeſſe* εἰ ante γελοῖον, *&* οὐδαμῶς *dici ab Athen. poſt* οὐ μήν. Steph. Prius ἦν ἂν τότε cet. nimis conciſe Ficinus vertit, ut, quomodo legerit, vix extrices. At reliqua, quae Steph. tanquam a ſe excogitata venditat, eidem ſublecta puta. Vertit enim: Cl. *Ridiculi quidem.* Ath. *Nulloque pacto accepti Diis* &c.

*p.* 391. *l.* 5. ἐπὶ μεῖζον εἶναι) *Scribendum eſſe puto* ἐπὶ μεῖζον ἰέναι, *ut ita hunc locum interpretemur: Quod enim legislatori iniungitur, ulterius progredi videtur, quam ut poſitis legibus ſuo munere defunctus eſſe dici poſſit. aliquid namque praeter leges eſſe, quod mediam quandam inter admonitionem & leges naturam habeat. At vero ex Ficini interpretatione,* an ἰέναι *legerit, cognoſci non poteſt: cum verbis ipſius Platonis nequaquam inſiſtat* (*ut nec aliis pleriſque in locis*) *& multa etiam praetermittat. Pro illis igitur omnibus, quibus uſus ſum, verbis, locum illum reddens, ille haec tantum habet:* Videtur enim legumlatoris officium non ſolum hoc eſſe, ut leges conſcribat, ſed etiam ut medio utatur illo, quod inter admonitionem eſt & leges. *Steph.* Equidem ſcribere malim, ἔτι μεῖζον εἶναι, id, quod legislatori iniungitur, videtur *adhuc* maius eſſe, quam cet.

*ead. l.* 10. πολλῆς ἀνοίας γεμὴν) *Pro* γεμὴν *affertur & alia lectio* γέμειν: *ſed* γέμει *potius ſcribendum fuerit, & poſt hoc verbum, non poſt* εἶναι, *collocanda ſtigme* τελεία. *ut alius periodi ſit initium* γεγραμμένων δὴ &c. *Male autem in praeced. edit. eſt ſtigme poſt* πολιτείας *etiam, &* οὐ *pro* ὃ *poſt* τέλεος. Steph. Τέμειν eſt e praeclara Cornarii (Ecl. IX, p. 125.) coniectura,

quam Ficini verſio unice firmat, quae eadem orationem, uti Stephano diſtingui oportere videbatur, diſtinguit. Habet enim: *idque tentare, dementis eſſe. Ita vero conſcriptis legibus* cet. Ald. Baſ. 1. 2. & Lovan. tenent ſtigmen poſt πολιτείας, leguntque οὐ pro ὃ, vitio ex antec. οὐ nato.

*ead. l. ult.* δεῖ μὴ μόνον) Ald. & Baſ. 1. exhibent δὴ μόνον. At Baſ. 2. agnoſcit iam δεῖ μὴ cum Ficino, qui vertit: *Nempe* oportet, *ut legis conditor leges* non *ſolum conſcribat* &c. Ita quoque legendum cenſuerat Cornar. Ecl. l. l.

*p.* 392. *l.* 6. περιειλημμένον ὀνόματι) Ald. Baſ. 1. 2. & Lovan. vitioſe περιλειμμένον, quod iam vidit Cornar. reduxitque περιειλημμένον.

*ead. l.* 8. θηρεύματα οὐ μόνον) *Poſt* θηρεύματα *ſtigmen* τελείαν *ponendam cenſeo, & inter* μόνον *&* θηρίων *particulam* δὲ *& articulum* τὴν *inſerenda: ut ita legatur hic locus,* πάμπολυ δὲ καὶ τὸ περὶ τὰ πεζὰ θηρεύματα. οὐ μόνον δὲ τὴν θηρίων, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀξιον ἐννοεῖν θήραν. *Cum illis autem verbis* πάμπολυ δὲ καὶ τὸ περὶ τὰ πεζὰ θηρεύματα, *non dubito, quin repetere oporteat ex ſuperioribus* πρᾶγμα. *Iam vero & illud addo, ſcribendum eſſe (meo quidem iudicio)* τήν γε κατὰ πόλεμον. Haec Steph. & Ficino quidem praeeunte. Vertit enim: *Alius aquaticorum, alius volatilium, alius pedeſtrium: nec ferarum ſolum, verum etiam hominum: horumque non bellicus tantummodo* &c. Cum autem ſupplendo πρᾶγμα ad partic. τὸ oratio duriuſcula evadat, malim equidem τὸ περὶ τὰ πεζὰ θήρευμα.

*ead. l.* 10. ἣ μὲν ἔπαινον) Marg. Steph. *Videtur deeſſe vocula* ὧν *vel* καὶ *ante* ἣ. Hoc agnoſcit Ficini verſio.

*p.* 394. *l.* 7. ἔπαινος μὲν πέρι καὶ ψόγος) Vel ἐπαίνου μὲν πέρι καὶ ψόγου Stephano ſcribendum videbatur, vel, retinendo ἔπαινος & ψόγος praepoſitio πέρι expungenda. Equidem illam ante πάντων potius repoſuerim.

*ibid.* διηρημένος ἂν εἰη λόγος) *Rectius ſcriptum iri videtur* διειρημένος: *alicubi tamen praeteritum activum unius verbi quaedam exemplaria habent, quaedam praeteritum alterius; ut in quodam loco, qui legitur ſupra p.* 364, *quaedam habent* ὃς οὔπω διείρηκέ σοι, *alia* διήρηκε. *Sic vero & p.* 371 ἀληθῆ καὶ ταῦτα διείρηκας, *cum in nonnullis ſit* διήρηκας. *Eademque in praeterito paſſivo diverſitas eſt in loco, quem habet l.* 4 *eiuſdem pag.* καὶ ταῦτα ἡμῖν ἐν τοῖς πρόσθεν διείρηται πάντα. *nam in nonnullis* διήρηται *ſcriptum eſt. Habet certe hoc quoque verbum quendam uſum, qui ab his locis non alienus eſſe videtur.* Steph. Διηρημένος Ficinus quoque in ſuis libris habuiſſe videtur.

*ead. l.* 11. ὀρνιθ. δὲ ἐν ἀγροῖς) *In vet.* ἀργοῖς, *quod agnoscit & Ficinus. Paulo post autem pro* ἀγίοις *legit quidem eodem modo* ἀργοῖς: *sed alia etiam exstat lectio* ἀγροῖς. Steph. Ficinus vertit: *Auceps per* incultos agros *monteſque vagari permittatur: a cultis locis ſacriſque* incultis *a quocunque pellatur.* Ἀγροῖς vero expreſſit Cornarii verſio. Praeſtat tamen Ficini ἀργοῖς, ut, aucupem a ſacris vel incultis abigendum eſſe, Plato innuat. Alterutrum certe tenendum, cum ἀγίοις inficetiſſima ſit lectio.

## IN LIB. VIII.

*p.* 396. *l.* 2 *ſq.* αἵτινες θυσίαι) Mirum, ni Plato ſcripſit ἅστινας θυσίας, qui accuſativi iungantur cum θυούσῃ: cum videamus contra non eſſe, quo referri poſſint illi nominativi αἵτινες θυσίαι. Ficinus quidem certe ita legiſſe videtur, qui vertit, *Quae ſacra, quibuſque Diis ſacrificare feliciter civitas debeat.* Ubi alioqui non probo illam verborum ἄμεινον καὶ λῷον γίγνοιτ' ἄν, interpretationem: potius enim dicendum fuit, Quaenam ſacrificia, & quibus Diis ſi ſacrificet civitas, felix futura ſit. vel (utendo aliis quam felicitatem ſignificantibus verbis) Id ei bene ceſſurum ſit. Sed quaeret aliquis, an non ſi hic ἅστινας θυσίας legamus, paulo poſt neceſſe futurum ſit, πόσαι in πόσας itidem vertere: cui a me reſpondebitur, non videri neceſſe, quod ad diverſa haec pertineant. nam quae ſacrificia, & quibus Diis ſacrificare oporteat, de eo vult Delphicum oraculum in conſilium adhiberi: at vero πότε καὶ πόσαι τὸν ἀριθμὸν, de hoc vero ſtatuere, ſui officii eſſe ait, ex parte ſaltem. addit enim, ἔνιά γ' αὐτῶν. Verum quid cum illo nominativo πόσαι ſubaudiri poterit? Vel ἔσονται, vel εἶεν. Si quis tamen πόσας ſcribere malit, ſubaudiendo quae praecedunt, non valde repugnabo. *Steph.* Neutrum neceſſe exiſtimo, orationemque per anacoluthiam aliquam potius expediendam arbitror. Ita fere: αἵτινες θυσίαι τῇ πόλει γίγνοιντ' ἂν συμφέρουσαι, καὶ οἵστισι θεοῖς θυούσῃ τῇ πόλει γίγνοιτ' ἂν ἄμεινον καὶ λῷον. Quomodo Ficinus legerit, e verſione omnino extricari nequit, cum ſenſum potius quam verba dederit.

*p.* 398. *l.* 9. ταυτὸν δὴ τοῦτο ἐστὶ καὶ πόλει ὑπάρχειν) *Affertur quaedam lectio, quam noſtrae anteferendam cenſeo,* ταυτὸν δὴ τοῦτο ἐστὶν ἀνάγκη καὶ πόλει ὑπάρχειν. Steph. Eſt e coniectura Cornarii, Eclog. IX, p. 125.

*ead. l. ult.* τότε δὲ καὶ κατὰ μέρη) Steph. ſcribendum potius putabat τοτὲ δὲ κ. κ. μ. etiamſi non praecedat τοτὲ μέν.

*p.* 399. *l.* 9. *μηδ' αὐτῶν ὁτόσοι*) Steph. legendum ſuſpicabatur, *μηδ' αὖ τῶν* cet. Praeeunte Ficini verſione: *deinde, qui* &c.

*p.* 401. *l.* 13. *διαμαχόμενον περὶ ψυχῆς*) Futurum tempus *διαμαχούμενον* praeſenti Steph. ſubſtituere malebat. Ficino iterum duce, nam vertit, *Pro vita, pro patria* pugnatura.

*p.* 402. *l.* 1. *μείζους τε καὶ ἐλάττους γυμνασίας*) Ficinus legit *μείζους γυμνασίας*, has voces non agnoſcens, quae ſunt interiectae, *τε καὶ ἐλάττους*. Ita enim hunc locum vertit: *Sed lege ſtatuet, ut res militaris agatur, maxime quidem minori exercitatione ſine armis, choros omnemque gymnaſticam ad haec inducens & concitans: maiore vero non rarius, quam ſemel in menſe, ut certent ſinguli ad capienda vel retinenda loca, & inſidias omnemque rem bellicam imitentur.* Dubium tamen eſt, an hoc nomen ἐλάττους reiecerit, an in ſuo exemplari aut ſuis exemplaribus non invenerit. Si reiecit, eum, ut opinor, hoc moverit potiſſimum, quod in priore huius periodi parte dictum fuerit, *τά γε σμικρὰ*, videlicet *γυμνάσια*. *Steph.*

*ead. l.* 6. *ἐγγύτ. τῶν ἀληθῶν χρωμ.*) Ἀληθῶς quoque legi, teſtatur Stephanus. minus bene.

*p.* 403. *l.* 9. *ἄσχολον ποιοῦντες*) Steph. particip. *ποιοῦντες* in *ποιοῦντος* vel *ποιοῦντας* mutandum eſſe putabat. Neutrum neceſſe erit, ſi cum *τὴν μὲν* ſubaudias *κατὰ* ſ. *διά*.

*p.* 404. *l.* 3. *καθάπερ θηρίῳ*) Stephano ſcribendum videbatur *καθάπερ θηρίον*, aut *θηρία*.

*ead. l.* 6 *ſq. διακωλύουσα αἰτία, τοῦ μήτε*) Τοῦ hic locum non habere, animadvertit Steph. cui ſubſtituit *τοῦτο*, quod referatur ad *διακωλύουσα*. Sed *τοῦ* cum *διακωλύουσα* ſtruxiſſe Plato videtur per anacoluthiam, hoc modo: *μία κείσθω αἰτία, διακωλύουσα τοῦ μήτε ἄλλο καλὸν ἀσκεῖν τὰς πόλεις, μήτε τὰ πρὸς τὸν πόλεμον*, plane immemor *τοῦ ἐῶσα*.

*p.* 406. *l.* 8. *ἆθλα νικητήρια*) Steph. perſuaſum habet, mendoſam eſſe hanc ſcripturam, legique debere *ἆθλα καὶ νικητήρια*, ſicut p. 399 dixerit *νικητήρια καὶ ἀριστεῖα*. citra neceſſitatem.

*p.* 407. *l.* 3. *ἐφίππιον*) Stephanus auctor eſt, hic & paulo poſt legi *ἐφίππειον*.

*p.* 408. *l.* 10. *ἃ δὲ τὸν μὴ παθόντα ἢ μὴ ποιήσαντα δεῖ νικᾶν*) *Quidam vet. non habet voculam μὴ ante ποιήσαντα: neque vero eam ἀπὸ κοινοῦ debere ſubaudiri exiſtimo, cum paulo poſt non ponatur ante δράσας.* Steph. Ficinus vertit: *Quae vero quotque facere, aut non pati, victorem oporteat.* Atque ita, eiecto *μὴ*, legendum cenſebat Cornar. Ecl. IX, p. 126.

*p.* 409. *l.* 6. *οὔτέ τις πολλῶν*) Steph. non dubitat, quin ſcribendum ſit *οὔτέ τι πολλ.* ita ut *τι* hic, uti & alias, vacet.

*p.* 410. *l.* 7. ἢ παρθένους κοινωνεῖν,) Post παρθένους etiam interpungi posse censebat Stephanus, ut κοινωνεῖν iungatur cum seq. ἐᾷν. quam quidem rationem secutus est Ficinus, κοινωνεῖν ἐᾷν vertendo *admittendae sunt.*

*ead. l.* 9. διδασκάλων ἐκπονούμεθα) Non habet genitivus διδασκάλων, unde pendeat: ideoque legendum puto, ὑπὸ διδασκάλων. Meam autem coniecturam confirmat Ficini interpretatio: *Sed de exercitatione disciplinaque gymnastica, sive quae in certaminibus exsequimur, seu quae* sub magistris *quotidie exercemus, satis iam diximus.* Steph.

*p.* 412. *l.* 9. ξυννοήσαντά τι, τίς χρήσεται) Steph. corr. ξυννοήσαντα, τί τις χρήσεται. Nimirum Ficinus vertit: *Considerans*, qua in re quispiam *ea civitate utatur* &c.

*p.* 413. *l.* 14. αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν) *Retinendo hanc lectionem, intell. Nos enim sumus Cretenses, ideoque id scire possumus. sed crediderim potius mutandum esse* ἐσμὲν *in* ἴσμεν: *ut dicat, Ipsi enim id novimus. At Fic. haec, quae posita sunt per parenthesin, non vertit.* Steph. Iam Cornarius ἴσμεν legendum coniecerat, Ecl. IX, p. 126, & res ipsa postulare videtur.

*p.* 415. *l.* 12. ἔρωτα — τούτων·) *Alia est lectio* τοῦτον. Steph. Inductus forte Ficini versione: *Qui tertio* hoc *amat amore.* sed male.

*p.* 416. *l.* 2. περὶ τὸ σῶμα τοῦ σώματος) Verba τὸ σῶμα absunt ab Ald. Bas. 1. 2. & Lovan. neque ea Ficinus expressit. At habet quidam vetus, teste Stephano, unde illa assumsit.

*ead. l.* 10 *sq.* ἐν τῇ πόλει εἶναι) Legitur quoque, auctore Stephano, ἐνεῖναι.

*ead. l.* 13 *sq.* Ἔοικά γε ὅπερ καὶ ἐτόπαζον τυχεῖν) Rectius haud dubie cum Steph. scribas, ἔοικά γε (ὅπερ καὶ ἐτόπαζον) τυχεῖν.

*p.* 417. *l.* 2. τὴν μὲν — τὴν δ') Alia etiam est lectio, τῇ μὲν — τῇ δ'. Atque ita utrobique malim legere. *Steph.*

*p.* 422. *l.* 8. γενηθέντες) Legitur etiam γεννηθέντες. *Steph.*

*p.* 423. *l.* 4 *sq.* ἡδονῶν ῥώμην) Invenitur verbum ἦν post ῥώμην in quodam vet. *Steph.*

*ead. l.* 11. ἀλλ' οὐ τὸ μὴ πάντως) Non videtur hic opus esse negatione: ideoque particulam οὖν pro ea substituendam & antea censui (in margine istius loci), & nunc quoque censeo: sed vereor, ne aliud etiam mendum subsit huic loco. Illa quidem certe verba καὶ καλὸν Ficinus quoque sequentibus iungit, qui locum hunc ita vertit: *Clam ergo consuetudo & lex non scripta haec fieri suadeat: contra autem fieri, velut turpe, dissuadeat: turpeque sic non omnino agere. Sic enim & secundo*

*ſervabimus honeſtum loco* &c. In qua interpretatione videmus illum a praeced. edit. in eo etiam diſſentire, quod illae poſt δρᾷν claudant periodum, ut ſequens a verbis iſtis incipiat, οὕτω τοῦτο αἰσχρὸν αὖ καὶ καλὸν δευτέρως ἂν &c. Sed quod ad καλὸν attinet, dubitari poteſt, an recte a praecedentibus ſeparetur. fortaſſis enim ſuſpicandum potius fuerit τοὐναντίον omiſſum eſſe poſt vel ante καλὸν, & ita hunc locum ſcribi debere, ἀλλ' οὖν τὸ μὴ πάντως δρᾷν οὕτω, τοῦτο αἰσχρὸν αὖ, καὶ καλὸν, τοὐναντίον, (vel καὶ τοὐναντίον, καλὸν,) δευτέρως ἂν ἡμῖν ἐν νόμῳ γενόμενον &c. Vereor tamen non ſolum, ne aliud mendum (ut antea dixi) huic loco ſubſit, ſed ne magna eius pars valde ſit depravata. *Steph.*

*ead. l.* 14. προσαγορεύοιμεν) Cum hic modus requirat ἂν, Stephanus corrigendum cenſet προσαγορεύομεν.

*p.* 424. *l.* 16. ὅδε δὲ Κλεινίας) Marg. Steph. *Legitur etiam* ὁ δὲ δὴ Κλ. *item* ὁ δὲ Κλ. Ficinus vulgatum ſequitur; neque aliter Ald. cum Baſ. 1. 2.

*p.* 425. *l.* 2 *ſq.* ἐν τῷ κατεσκευάσθαι μὲν ξυσσίτια) Steph. non μὲν, ſed ἡμῖν ſuſpicatur ſcriptum fuiſſe: & κατασκευάσασθαι, non κατεσκευάσθαι.

*p.* 426. *l.* 1. καὶ τελωνικῶν) Non poſſum mihi perſuadere, Platonem, cum dixiſſet ναυκληρικῶν & ἐμπορικῶν & καπηλευτικῶν, poſtea interieciſſe τελωνικῶν inter πανδοκεύσεων & μεταλλειῶν: ſed aut τελωνειῶν, ſicut πανδοκεύσεων & μεταλλειῶν, ſcripſiſſe puto, aut πανδοκευτικῶν & μεταλλευτικῶν, ea forma, quam habet τελωνικῶν, quod interiacet, & quam habent etiam, quae praecedunt. *Steph.*

*ead. l.* 8 *ſq.* ἐπὶ τοὺς τὴν τροφὴν) *Poſt* τροφὴν *deeſſe videtur participium, niſi dicamus ex ſequenti compoſito* συνδιαπονοῦσιν *relinqui ſubaudiendum* διαπονοῦντας. Steph. Male. Supplenda potius videtur aut praepoſ. περὶ ante τροφὴν, aut ſubaudiendum βλέποντας. Rectius idem Steph. paulo ante τὰ πολλὰ coniunctim ταπολλὰ, *magna ex parte*, legi iubebat.

*p.* 428. *l.* 9. τῶν τοῦ γείτονος) Rectius fortaſſe legi τὴν τοῦ γείτονος ſc. ὕλην, cenſebat Steph. ſine ulla cauſa.

*p.* 429. *l.* 3. ἀϋδρία δὲ εἰτισι τόποις) Ald. Baſ. 1. 2. & Lovan. ἀνδρία δὲ &c. At Cornarius iam legendum vidit ἀνυδρία δὲ &c. Hinc Stephano facile erat ad editt. vett. propius ſcribere ἀϋδρίαν. Utrique praeiverat Ficini verſio: *Quod ſi aquae* inopia, *ſolo inſita in locis aliquibus* &c.

*ead. l.* 5. μέχρι τῆς κεραμίτιδος γῆς) Legitur etiam, teſte Steph. κεραμίδος. Ald. habet κεραμίτηδος. Baſ. 1 & 2. κεραμήτιδος, vitioſe.

*p.* 430. *l.* 4. παιδείαν Διονυσιάδα ἀθησαύριστον·) Graece legendum, τὴν μὲν Πανδείαν Διονυσιάδα &c. Vulgo pro Πανδείαν habetur παιδείαν. Vocare autem videtur Πανδείαν Διονυσιάδα, *fructus, qui non recondebantur, sed in usum ac esum veniebant, maxime in festis Dionysiacis & Pandeis, quae post Dionysiaca peragebantur.* Pollux Onom. I, 37 Πάνδια vocat *festa Iovis*, sicut Dionysia *Bacchi. Cornar. Ecl. IX, p. 126.* Grou legendum coni. παιδίαν Διονυσιάδα, oblectamenta, quae Bacchus ministrat.

*ead. l.* 10 *sq.* ἐκ τῶν γειτόνων) Vet. teste Steph. ἐκ τῶν οἰκείων. Mox pro δρεπέσθω, eodem teste, vetus quidam καρπούσθω.

*ead. l.* 15. ἑπόμενος τῷ νόμῳ) Steph. hoc participium mutandum censet in adverbium ἑπομένως. Recte, & agnoscere videtur Ficinus, vertendo, *quoniam lex est.*

*ead. l.* 18. καὶ σύκων συκῆς) Pro σύκων invenitur etiam scriptum σῦκον: quam lectionem esse genuinam arbitror. *Steph.*

*p.* 431. *l.* 16. καὶ ὑποφέρων μηδὲν) *Legitur etiam* ἀποφέρων: *sed alterum quoque compositum ab hoc loco non est alienum: quamvis in ea significatione, quae ei convenit, sit rarius, quam in altera.* Steph. Ficinus quidem legisse videtur ἀποφέρων. vertit enim, *Nec asportaverit.* at recte Steph. tuetur ὑποφέρων, estque *furtim, clam auferens*, noto τοῦ ὑπὸ significatu.

*p.* 437. *l.* 13. ἢ τοῖς δεσπόταις) Steph. putabat, rectius scribi ἢ τὸ τοῖς δεσπόταις. Recte. nam sequitur, μήτε αὖ τὸ τῶν ξένων.

*p.* 439. *l.* 12. νόμος δὲ ἔστω) *Legitur etiam* νόμος δ' ἑκάστῳ. *Paulo ante autem pro* ἀστοῖς *habent* αὐτοῖς *priores editiones, itidemque paulo post,* ὅσοι τοῖς αὐτοῖς ξένοι. *Quin etiam aliquando post* αὐτοῖς μὲν καὶ τούτων δούλοις. Steph. Αὐτοῖς habent Ald. & Bas. 1. At iam Bas. 2. ἀστοῖς cum Ficino, hocque recte reduxit Steph.

*ead. l.* 16. δωδεκάτῃ δὲ τοῦ μηνὸς) In vet. teste Steph. exstat δεκάτῃ. nempe Ficini libro: *Decimo vero die.*

*p.* 440. *l.* 1. ἢ ὠνητέα αὐτοῖς δεομένοις) Steph. αὐτοῖς dividendum censebat in αὖ τοῖς.

*ead. l. ult.* ὅρους θεῶν τῶν ὠνίων) Cornar. Ecl. l. c. corrigendum statuit: ὅρους ἔθεντο τῶν ὠνίων, *& terminos constituerunt rerum venalium.* Praeclare. Ficinus quoque ita legisse videtur. Vertit enim: *Et pretia venalibus imposuerint.* Eandem fere rationem iniit Stephanus, adiecta hac nota: *Quorsum hic Deorum meminit? aliena certe est ab hoc loco illorum mentio: & tamen* θεῶν *in praecedentibus editionibus, sicut hic, legitur. Verum, si mihi assentieris, lector, illis expulsis, in ea, quam oc-*

*cupant, sede θῶνται collocabis. Non dubium est certe, quin hic locus istiam lectionem, ut sibi valde convenientem, sit recepturus, ἐν οἷς ἂν νομοφύλακές τε &c. ὅρους θῶνται τῶν ὠνίων, ἐν τούτοις ἀλλάττεσθαι νόμισμά τε χρημάτων &c. nam de hoc etiam moneo, ita esse interpungendum.*

*p.* 441. *l.* 13. *ἀφ' ἧς ἂν γράφηται*) Steph. auctor est, legi quoque *ἀναγράφηται*. quo respexit forte Ficini versionem: *a die conscriptionis.* Paulo supra occurrit quoque *ἀναγράφεσθαι* & *ἀναγραφὴ*, quae verba hac de re solemnia sunt.

*p.* 442. *l.* 7. *μεινάτω, ὅπη αὐτῷ φίλον*) *Lege potius, ut in veteri, μείνας, ἴτω. Sed & ὅπη mutandum fuerit in ὅποι.* Steph. Vetus ille est Ficini liber, nam vertit: *Ut viginti postea maneant annos, deinde, quo velint, proficiscantur.*

---

## IN LIB. IX.

*Vol. IX, p.* 2. *l.* 3 *sqq. δεῖ γίγνεσθαι — οὔτε καθ' ἓν ἕκ. — ἣν δεῖ λαμβάνειν — μετ' ἐκεῖν' οὖν ἑξῆς ταῦτα ῥητέον.*) *Locus hic non solum mendosus est, sed etiam mancus, ut opinor. Quamvis enim quaedam in eo (ut hic ipsum legis) melius quam in praeced. edit. scripta sint, haec inter se non cohaerere videmus. Quae autem fuerunt emendata, sunt ista: primum in his ἅπαντων οὖν δὴ περὶ γίγνεσθαι δίκας, additum fuit δεῖ ante γίγνεσθαι: deinde ante καθ' ἓν ἕκαστον adiectum fuit οὔτε: postremo ante τιμωρίαν pro δὴ substitutum fuit δεῖ.* Steph. Has omnes correctiones Stephanus sublegit Cornario Ecl. IX, p. 126. cui & ultima *μετ' ἐκεῖν' οὖν ἑξῆς ταῦτα ῥητέον* debentur. nam Ald. Bas. 1. 2. exhibent *μετ' ἐκεῖν' αὐτὰ, ἑξῆς ταῦτα ῥ.* Idem non *δὴ περὶ δεῖ γίγν.* corrigebat, sed *δεῖ περὶ γίγν.*

*ead. l.* 9. *ὁπόσα νῦν μέλλομεν τοῦτο*) Hic quoque haerendum nobis est, nisi id, quod inter *μέλλομεν* & *τοῦτο* deest, inveniamus. Aliquid enim deesse, omnino persuasum habeo. sed quid si non aliud quam particulam *καὶ* desiderari dicendum sit? Addam autem illi meae coniecturae consentaneam interpretationem. Est sane turpe, (inquit) quodammodo eas omnes ferre leges, quas laturi sumus, & quidem haec facere in tali civitate, quam dicimus bene institutam fore, (vel, cuius praeclarum dicimus fore statum) & omnibus rectis rationibus studium virtutis esse amplexuram. Scio tamen potuisse eodem sensu dicere Platonem, *καὶ ταῦτα, ἐν τοιαύτῃ πόλει* &c. (sicut Latine diceretur, idque in tali civitate) sed nihil obstare video, quo minus & hoc eum modo locutum esse credamus. *Steph.*

*ead. l.* 11. ἐν δὲ τῇ τοιαύτῃ) Stephanus malit ἐν δὴ τοιαύτῃ.

*ead. l. ult.* ὡς ἐσομένους) *Non dubito, quin ſcriptum fuerit* ἐσομένοις, *referendo ad* αὐτοῖς: *ſed male aliquis ad* νόμους *referens, mutaverit in* ἐσομένους. Steph. Recte, quod & Cornarius iam vidit, vertendo, *Velut tales futuri ſint.*

*p.* 3. *l.* 7. ὥστε μὴ τήκεσθαι καθάπερ ἐκ. τὰ σπέρμ. πυρί.) Voculam καὶ deeſſe puto ante καθάπερ. Faciet autem haec particula, ut non cogamur in Platonis ſcripta duriſſimum quoddam (meo quidem iudicio) loquendi genus invehere: & quidem depravato etiam, ut illud invehi poſſit, iſto loco. Nam Ficinus quoque ex νόμοις facere νόμων neceſſe habuit, & interpunctionem, quae dativum πυρὶ a dativo νόμοις ſeiungebat, tollere, ut viam ſibi ad hanc interpretationem poſſet ſternere: *Vereri par eſt, ne quis civium ita natura indomitus & inexorabilis nobis gignatur, ut quaſi legumina fulminis tactu praedura, igni legum etiam fortiſſimarum decoqui nequeat.* At ego hanc metaphoram, qua ignis legibus tribuitur, pro Platonica non agnoſco: atque adeo ita reddi poſſe hunc locum dico, ut ignis procul ab illis removeatur. Si enim καὶ ponatur ante καθάπερ, ſimul etiam poſt πυρὶ ponenda hypoſtigme tantum fuerit: ut intelligamus, Et quemadmodum illa ſemina igni, ita hi legibus, quamvis adeo vehementibus, macerari non queant. Vel, Et nihilo magis hi legibus, quamvis adeo vehementibus (vel, acribus) quam illa ſemina igni miteſcere & molliri poſſint: ſi his verbis uti licet, quibus Naſo hac ipſa de re uſus eſt, cum cecinit:

*Sunt herbae dulces, ſunt, quae miteſcere flamma*
*Mollirique queant.*

Iiſdem autem Plato utens verbis circa finem huius libri, quibus hic, de illis, quibus eſt ἀτεράμων φύσις, dicit, καὶ μηδὲν τεγχθέντων. Ceterum quod a ſingulari (dixerat enim μή τις ἐγγίγνηται τῶν πολιτῶν &c.) tranſit ſtatim ad pluralem, minime novum eſt: praeſertim cum uſus eſſet particula τὶς, quae ἰσοδυναμεῖ plurali τινὲς in huiuſmodi locis. *Steph.*

*p.* 4. *l.* 5. κινεῖ τοινῦν) Legitur etiam τὸν νοῦν (in praeced. autem edit. perperam κινεῖτο νῦν) & τι poſt σε, hoc modo, οὐκ ἀνθρώπινον σέ τι κακὸν &c. *Steph.*

*ead. l.* 14 *ſq.* λωφᾷ τι τὸ νόσημα·) *Nihil deeſſe putandum eſt poſt* νόσημα, *ſed eſſe ellipſin, quae & alibi reperitur. Nam & Fic. non ex veteri exemplo, ſed de ſuo expleviſſe crediderim, addentem verba iſta,* Bene tecum actum erit. *Steph.* Dicitur ἀνανταπόδοτον, ut recte Cornar. in Ecl. l. p. 127.

*p.* 5. *l.* 1. τὸν νόμον ἐᾷν) Poſt νόμον in praeced. edit. inter-

pungitur, cum tamen accuſ. τὸν νόμον nullo modo cum participio πειθομένῳ iungi poſſit. Cur autem τὸν νόμον in τῷ νόμῳ mutandum eſſe dicamus, nihil cauſae video, cum apte dici poſſe exiſtimem, ἐᾷν σιγῇ τὸν νόμον, i. e. legem relinquere tacitam (ut viciſſim dicitur, Nolle aliquid relinquere tacitum, quod tacere, ſeu de quo tacere nolumus) contra quam Fic. ſit interpretatus, cuius haec ſunt verba: *Quicunque ex his paruerint, eos a lege liberos dimittemus.* cum tamen ἐᾷν σιγῇ τὸν νόμον nihil aliud ſit, quam quod alibi dicit, πειθομένοις εἶναι σιγὴν; at vero ἀπειθοῦσι, φωνὴν νόμου, in fine libri undecimi, δεομένου δὲ τοῦ νομοθέτου πείθεσθαι, καὶ μὴ ἐναντία δίκῃ φθέγγεσθαι, πρὸς ἄλλην δὲ ἀπαλλάττεσθαι χώραν, πειθομένοις μὲν σιγὴ, ἀπειθοῦσι δὲ φωνὴ νόμου ἥδε. Alicubi vero, nimirum in quodam loco eius libri, unde ſumtus eſt locus, in quem haec annotantur, pro ἐᾷν σιγῇ τὸν νόμον dicit τὸν ἐπὶ τούτῳ νόμον οὐχ ὑμνεῖν. legimus enim in fine p. 38, πειθομένῳ μὲν δὴ καὶ πάντως φοβουμένῳ ἐξ αὐτοῦ τοῦ προοιμίου τὴν τοιαύτην δίκην, οὐδὲν δεῖ τὸν ἐπὶ τούτῳ νόμον ὑμνεῖν· ἀπειθοῦντι δὲ νόμος ὅδε εἰρήσθω. Addam vero & hoc ad ea, quae de illis verbis dixi ἐᾷν σιγῇ τὸν νόμον, venturum fortaſſe alicui in mentem, eſſe legendum potius ἐᾷν σιγῆσαι τὸν νόμον, vel ἐᾷν σιγᾷν τὸν νόμον: verum mihi nullo modo lectio haec poſſit probari. *Steph.*

*p. 6. l. 4.* ζημίας δ' ἐκτίσεις) Hae voces iungi debent cum ἐκτίνειν. hoc autem verbum a δεῖ, quod eſt in praecedente periodo, pendeat neceſſe eſt: niſi quid extrinſecus ſubaudire malimus. Haec cum ita ſint, poſt ἐκτίσεις interpungendum eſt, contra quam in praeced. edit. in quibus etiam ante χρημάτων, non poſt, habemus hypoſtigmen; quaſi hic genitivus alio quam ad ἄξια pertinere poſſet. Ut autem facilius haec intelligat lector, hanc orationem ita reſolvam (ut & reſolvi poſſe exiſtimo) ὅταν δὲ ἀδικεῖν ἄξια χρημάτων δοκῇ τις, ζημίας ἐκτίσεις οὕτω δεῖ ἐκτίνειν, ὥστε ἐὰν ᾖ τι περιττεῦον τῶν τοῦ κλήρου κατεσκευασμένου ὄντων, μέχρι τοσούτου ζημιοῦσθαι. Sic autem κατεσκευασμένου τοῦ κλήρου dicet & infra pag. 9. ἔχοντας τὴν αὑτῶν οὐσίαν, πλὴν ὅσον κατεσκευασμένου τοῦ κλήρου παντελῶς. Hinc & κατασκευὴν κλήρου apud eundem legimus l. XI, p. 143, καὶ τῆς περὶ τὸν κλῆρον κατασκευῆς πάσης. Atque in hac eadem pagina dicit τὰ περιόντα τοῦ κλήρου, ut modo legebamus in eo, de quo nunc agitur, loco, περιττεῦόν τι τῶν τοῦ κλήρου, addito etiam participio κατεσκευασμένου. *Steph.*

*ead. l.* 15. ὑπερορίαν) Deeſſe puto εἰς τὴν ante ὑπερορίαν,

ut legatur, *μηδ' εἰς τὴν ὑπερορίαν φυγάδα*: ſicut diceretur aliquis *εἰς τὴν ὑπερορίαν φυγαδεύεσθαι*: & alibi ab ipſo dicitur *εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐκπεμπόντων*. quae verba *εἰς τὴν ὑπερορίαν* idem valent, quod haec *ὑπὲρ τοὺς τῆς χώρας ὅρους*, quibus in fine paginae 5 uſus eſt. Quod ſi quis tamen illam meam illius loci emendationem recipiendam non putaret, videndum eſſet, an potius *ὑπερορίαν* in *ὑπερόριον* mutari deberet. *Steph.*

*p.* 7. *l.* 1 *δίκην ταύτην γιγνέσθω.*) Scribendum videtur *γιγνέσθων*: qui error & alibi invenitur. Fuerint autem haec *ἢ χρημάτων* &c. alio interpunctionis genere a praecedentibus ſeparanda: cum illi accuſativi *θάνατον δὲ, ἢ δεσμοὺς, ἢ πληγὰς* &c. ab *εἶναι*, quod eſt in praecedente periodo, pendeant: deinde mutata orationis forma dicatur, *ἢ χρημάτων ἐκτίσεις γιγνέσθων τὴν δίκην ταύτην καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπομεν γίγνεσθαι δεῖν.* (ſi tamen *τὴν δίκην ταύτην*, pro *τοῦτον τὸν τρόπον* Platonem dixiſſe putandum ſit, ut Fic. quoque intellexit) quod ſi *ἐκτίσεις* poſt *χρημάτων* ponere liceret, minus impedita orationis huius ſtructura eſſet. *Steph.*

*p.* 8. *l.* 6 *ſq. πρὸ τῆς Ἑστίας — κρίνειν*) *Rectius fortaſſe ſcriberetur πρὸς* (*ut legiſſe videtur Fic. qui vertit*, inreiurando per Veſtam) *& κρινεῖν.* Steph. Futurum expreſſit Ficinus: *ſe iudicaturos.*

*p.* 10. *l.* 4 *ſq. νόμος κείσθω*) Legitur etiam, teſte Stephano, *ἐπικείσθω.*

*ead. l.* 7 *ſq. ὑπὲρ τοῦ κλήρου*) Vel *ὑπὲρ τοῦ κλήρου* dictum eſſe eadem ſignificatione, qua *ὑπὲρ τὸν κλῆρον*, vel hanc lectionem in illius locum ſubſtituendam eſſe fatendum eſt. Non immerito autem quiſpiam hunc uſum praepoſitionis *ὑπὲρ* cum genitivo, pro *ultra*, exemplis ſibi confirmari velit. *Steph.*

*ead. l. ult. καὶ ἕτερον ὑπέμνησας*) Pro *ἕτερον* inveniri etiam ſcriptum *πρότερον*, ait Steph. nempe in Ficini verſione: *Quae* olim *quandoque cogitaveram.*

*p.* 11. *l.* 5. *εὖ γὰρ ἐπίστασαι δὴ*) *Legitur etiam εὖ γὰρ ἐπίστασθαι δεῖ. & in uno, εὖ γὰρ πάντως ἐπίστασθαι δεῖ.* Steph. Hoc quidem Ficinus expreſſit: *Illud certe ignorare non decet.*

*p.* 12. *l.* 11 *ſq. εἰς αὔριον. — ἢ λιθολόγοις*) Poſt *εἰς αὔριον* videtur deeſſe aut relinqui ſubaudiendum verbum aliquod, cuiuſmodi fuerit *ἀναβάλλεσθαι*. Paulo poſt autem pro *λιθολόγοις* legitur etiam *οἰκοδόμοις. Steph.*

*p.* 13. *l.* 11 *ſq. οὐ χρὴ — γραφέντων*) Ita in vet. legitur *γραφέντων*: ſed alteram lectionem *γραφόντων* huic anteponendam cenſeo, quam & Ficinus ſequitur, qui etiam haec affirmative, ſive pronuntiative (ut quidam loquuntur) legit,

non interrogative: ideoque absque particula οὐ, quae hic interrogandi vim habet. *Steph.*

*p.* 14. *l.* 2. γεγραμμένα φαίνεσθαι διατυπούμενα) *In vet. non est* γεγραμμένα: *& rectius abfuturum esse videtur, ut subaudiatur* γράμματα. *Pro* διατυπούμενα *autem male legitur &* διατυττόμενα *&* διαπτυόμενα. Steph. Cornar. l. l. legendum statuit διατυπώμενα.

*p.* 15. *l.* 13 *sq.* σχεδὸν οὐδεὶς ἂν λέγων οὕτω) In Ald. & Lovanienſi edit. haec verba, & quae ſequuntur uſque ad Ἴσως ab eadem perſona dicuntur: at in Baſ. haec Cliniae ſunt verba: σχεδὸν οὐδεὶς ἂν λέγων οὕτω, πλημμελῶς δόξειε λέγειν: Athenienſis autem hoſpitis, iſta, οὐκοῦν ὀρθῶς: rurſumque Cliniae, Ἴσως. atque ita & apud Ficinum iſta perſonis iſtis verba ſunt aſſignata: quem non hic ſolum, ſed aliis etiam pleriſque locis ſecutos eſſe puto, qui editioni illi praefuerunt, ubi ſua ſingulis perſonis verba ſecus quam Aldina aſſignarunt. Ad hunc autem locum quod attinet, non fuit ab Aldina editione ea in re diſcedendum. quoniam, ſi haec, σχεδὸν οὐδεὶς, & quae ſequuntur, uſque ad finem ſententiae non ab eadem perſona dicantur, a qua dicta ſunt, quae praecedunt, plane imperfecta manebit praecedens periodus. Nam poſt haec verba, ὥστε οὐδ' εἴτις διϊσχυρίζοιτο εἶναι τοὺς δικαίους ἀνδρώπους, ἂν καὶ τυγχάνωσιν ὄντες αἰσχροὶ τὰ σώματα, κατ' αὐτό γε τὸ δικαιότατον εἶδος, ταύτῃ παγκάλους εἶναι, ſuſpenſam manere orationem quis non videt? Neque vero hoc non animadvertit Ficinus: ſed, ut iſti incommodo mederetur, quaedam ſua adiecit. Ita enim hunc locum vertit: *De iuſtitia omnino iuſtiſque hominibus & rebus & actionibus omnes quodammodo conſentimus, quod videlicet omnia haec honeſta pulchraque ſint: ita, ut ſi quis iuſtos homines, etiamſi corpore deformes ſint, ſecundum ipſum iuſtitiae habitum pulcherrimos aſſerat, nemo ſit iudicium illius reprobaturus.* Illis enim verbis, *ſecundum ipſum iuſtitiae habitum pulcherrimos aſſerat*, redduntur haec: διϊσχυρίζοιτο κατ' αὐτό γε τὸ δικαιότατον εἶδος, ταύτῃ παγκάλους εἶναι, adeo, ut iſta, *nemo ſit iudicium illius reprobaturus*, ab illo adiici, dicere neceſſe ſit. Ad quam audaciam ne deveniendum eſſet, ſatius erat, Aldinam lectionem ſequi, in qua haec σχεδὸν οὐδεὶς &c. non ſolum apte cohaerent cum praecedentibus, ſed obſtant etiam, ne imperfecta oratio relinquatur. Non dubito autem, quin Ficinum ad illud audendum moverit potiſſimum vox οὐδεὶς, tanquam ſupervacanea, cum praecedat εἴτις; & fateor quidem certe, non hunc tantum, ſed alios etiam pleonaſmos, in hac oratione eſſe (cum enim abſque illis ita lo-

quendum esset, ὥστε οὐδ' εἴτις διϊσχυρίζοιτο τοὺς δικαίους ἀνθρώπους, ἂν καὶ τυγχάνωσιν ὄντες αἰσχροὶ τὰ σώματα, κατ' αὐτό γε τὸ δικαιότατον ἦθος παγκάλους εἶναι, πλημμελῶς δόξειε λέγειν: videmus εἶναι in alterutro loco πλεονάζειν, item ταύτῃ, nec non illa omnia, σχεδὸν οὐδεὶς ἂν λέγων ταῦτα: convenientia alioqui repetitioni, quali utimur, cum dicimus, Haec, inquam &c.) sed alienos ab eo sermone, quo Plato hisce in dialogis utitur, non esse, immo talium exempla in his exstare, respondeo. *Steph.*

*ead. l.* 14. οὐκοῦν ὀρθῶς;) Quoniam in praecedente annotatione Aldinam lectionem, quam hic secutus sum, tuendam putavi, atque adeo unam saltem rationem firmissimam, (meo quidem iudicio) qua eam tuerer, attuli: supereſt, ut de his etiam verbis οὐκοῦν ὀρθῶς aliquid dicam. Haec igitur non posse eidem personae convenire, obiiciet aliquis: quoniam si ea persona, quae dixit, σχεδὸν οὐδεὶς ἂν λέγων οὕτω, πλημμελῶς δόξειε λέγειν, illis verbis subiungat, οὐκοῦν ὀρθῶς, aliis verbis idem iterare videri poterit. At ego cum his verbis οὐκοῦν ὀρθῶς non repetendum esse λέγειν dixerim, sed potius perinde esse, ac si dictum esset, οὐκοῦν ὀρθῶς ταῦτα καί σοι λέγεσθαι δοκεῖ. Sive tamen ita, sive aliter exponenda quis haec verba existimet, magis etiam debere displicere aio, ut ei, qui dixit, Nemo, qui ita loquatur, male loqui videbitur, alter respondeat, Ergo recte. Puerile est enim atque ineptum, ita loqui, Si non male, ergo recte. & tamen Ficinus hunc sensum secutus est. Iam vero si quis, se quidem a Ficino dissentire, sed nec illi alteri lectioni posse assentiri, dicat, & tertiam quandam desideret, perpendat hanc, ex mea coniectura, ut ἴσως cum duobus praecedentibus verbis iungatur, & a Clinia dicatur, οὐκοῦν ὀρθῶς, ἴσως. Ideo autem curiosius locum hunc examinandum putavi, quod praecipuus sit inter illos, in quibus a Ficino de industria, quod ad personarum collocationem attinet, discessi: quamvis in illis non itidem consilii mei rationem tibi reddiderim. *Steph.*

*p.* 18. *l.* 5. Πῶς γὰρ οὔ; φήσω. Διορίεις) *In praeced. edit. male ponitur persona Cliniae ante* Πῶς γὰρ οὔ; *& pers. Athen. ante* Διορίεις. *nam* φήσω *respondet illis verbis* εἴ με ἐρωτῷτε. *Sed & οἶμαι pro εἴ με prave in iisdem edit.* Steph. Sic sane Ald. Bas. 1 & 2. at iam Cornarius vidit (Eclog. l. p. 127.) personas in Graecis male distinctas esse, itemque οἶμαι in εἰ με mutandum esse, & praeeunte quidem Ficini versione, quam vide sis.

*ead. l.* 15. ἀπορίαν οὔτ' ἐξευπορήσαντες) Cornar. Ecl. l. legendum censebat ἐξευρήσαντες.

*ead. l.* 17 *ſqq.* ἃ δὴ κατὰ πάσας — νομοθετεῖται.) Haec verba notis parentheſeos debere includi videntur: aut ſaltem, ſi quis iſtas notas adhibere nolit, ita eſſe intelligenda, ut per parentheſin poſita. Nec videtur a me diſſentire Ficinus, cuius haec ſunt verba, locum iſtum interpretantis: *Quod reſumentes, nos ipſos interrogemus, deceatne, cum differentiam horum nequaquam declaraverimus, quae in qualibet civitate ab omnibus priſcis legumlatoribus quaſi duae iniuriarum ſpecies poſitae ſunt, ſponte ſcilicet & non ſponte factae, atque ita varie puniuntur, opinionem hanc noſtram, quaſi divinitus dicta ſit, in medium inducere; nec eam ulla ratione, quomodo recte ſe habet, confirmare.* Niſi autem ut per parentheſin poſita accipiamus verba illa, manebit ſuſpenſa oratio poſt διαφέροντα. Sed & ita accipiendo, eſſe ἀνακόλουθον ſciendum eſt, atque haec, ὁ δὲ παρ' ἡμῶν νῦν δὴ ῥηθεὶς λόγος &c. perinde ſubiungi (vacante, ſicut alibi, partic. δὲ) ac ſi praeceſſiſſent non nominativi ἐξευπορήσαντες, & διορισάμενοι, ſed genitivi (ita poſiti, ut quos vocant abſolutos) ἐξευπορησάντων & διορισαμένων, & quidem cum pronom. ἡμῶν. i. e. ac ſi ita ſcriptum eſſet, ἆρ' οὖν περὶ τὴν τούτων ἀπορίαν οὔτ' ἐξευπορησάντων ἡμῶν, οὔτε διορισαμένων τί ποτ' ἐστὶ ταῦτα ἀλλήλων διαφέροντα (ἃ δὴ κατὰ πάσας τὰς πόλεις ὑπὸ νομοθετῶν &c.) ὁ δὲ παρ' ἡμῶν νῦν δὴ ῥηθεὶς λόγος &c. Neque vero dicerem, poſſe illa parentheſeos notis includi (cum ἃ non videatur a praeced. ταῦτα debere ſeparari) niſi abſque his, quae interiiciuntur, haberet ταῦτα, quo referretur, ſicut & τούτων. praecedit enim δίκαια, unde cum τούτων ſubaudiendum eſt τῶν δικαίων, & τὰ δίκαια cum ταῦτα. Verum ut ab his ſalebris ad minus aſpera loca me convertam, de hoc etiam lectorem obiter monebo, quod ad ſuperiorem Ficini interpretationem attinet, non temere mihi videri in κατανομοθετήσει poſitam eſſe praepoſitionem, (quamvis ille nullam eius rationem habuerit) ſed opponi κατανομοθετήσει verbo νομοθετεῖται, quod praecedit: paulo tamen aliter, quam ſi ἀντινομοθετήσει dictum fuiſſet. Ut autem illud verbum κατανομοθετήσει leniret, addidit τινὰ τρόπον. *Steph.*

*p.* 19. *l.* 12 *ſq.* πάντως που γίγνεται) Ald. & Baſ. 1. πάντες που γίγνεσθαι. At Baſ. 2. πάντως που γίγνεσθαι. Quod in textu repoſuit Steph. eſt e coniectura Cornarii Ecl. l. p. 129. quam Ficini libri & res ipſa poſtulat.

*ead. l.* 14. οὐ γὰρ ἂν νόμιμον — εἴη) Pro νόμιμον legitur item ἐμόν. quam lectionem ſequitur etiam Ficinus, ac vertit, *Officii mei non eſſet.* Poſſit tamen etiam intelligi, Non eſſet mei moris; ſive, Eſſet praeter morem meum. *Steph.*

*p.* 20. *l.* 15. τὶ γίγνηται) Stephano τὶς potius ſcribendum videbatur.

*ibid.* ὠφέλειαν οὐκ ὀρθὴν γενομένην) Vereor, ne haerere hic cogamur, niſi pro ὠφελείας οὐκ ὀρθῆς γενομένης dictum eſſe intelligamus. Ficinus autem vertit, ac ſi ſcriptum eſſet: τὸν τῆς ὠφελείας οὐκ ὀρθῶς αἴτιον γενόμενον ἀδικεῖν φήσομεν. eius enim verba ſunt: *Saepe etiam eum, qui utilitatem minus recte contulit, iniuriari dicemus, ſi haec minime ſuperat.* Mox ante τὰς τοίνυν ἀδίκους &c. excidit nomen Athen.

*ead. l.* 17. ἐὰν ἥγε μὴ νικᾷ) Ald. Baſ. 1. 2. & Lovan. tenent ἐὰν ἥγ' ἐμὴ νικᾷ. Ficinus vero, *Si haec* minime *ſuperat:* quod Steph. in textu repoſuit, qui tamen vulgatam, ſubaudiendo δόξα, tueri poſſe opinabatur.

*p.* 23. *l.* 14. παίδων τε ἁμαρτήματα) Steph. auctor eſt, legi quoque παίδειά τε ἁμαρτήματα, minus concinne, propter ſeq. πρεσβυτέρων.

*p.* 25. *l.* 7. ἔφεσις) Grou coni. ἄφεσις. praeclare.

*p.* 26. *l.* 2. ἢ παιδίᾳ χρώμενος· οὐδέν πω τῶν τοιούτων διαφέρων) *In aliis etiam huius operis locis error hic exſtat vocis* παιδεία *poſitae pro* παιδία: *ut hic* παιδείᾳ *habent praeced. editt. cum in exemplo vet. ſit* παιδίᾳ. *Genitivum autem* τῶν τοιούτων *quo referre oporteat, non facile inveniri poſſe arbitror: & donec quid melius ab aliquo afferatur, dico poſſe intelligi* τῶν μανέντων: *tranſeundo a ſingulari numero ad pluralem, cum dixerit,* μανείς. *Suſpicatus autem ſum aliquando ſcribendum eſſe* καὶ οὐδέν πω τῶν τοιούτων διαφέρων, *vel* ἢ οὐδέν πω &c. *quarum lectionum alterutram ſequendo non itidem difficile inventu eſſet, quo genitivus ille eſſet referendus.* Steph. Παιδείᾳ exhibent Ald. Baſ. 1. 2. at Ficinus iam vertit *in puerili aetate.*

*p.* 28. *l.* 15. ἐγγυτάτω) *In vet.* ἐγγύτατα, *ut hic quoque bis legitur in ſequent.* Steph. Ἐγγύτατα tenent Ald. Baſ. 1. 2. cum Lovan.

*p.* 31. *l.* 3. χαλεπὸν διορίζειν) Legitur etiam, teſte Steph. χαλεποὶ, quod unice verum videtur.

*ead. l.* 5. εἰς εἰκόνα) In vet. ὡς εἰκόνα. *Steph.*

*ead. l.* 12. τοίνυν λέγομεν) Vet. teſte Stephano, λέγωμεν. Nempe Ficinus: *Dicamus.*

*p.* 32. *l.* 16. ταύτῃ πασχέτω) Steph. auctor eſt, legi quoque πάντῃ πασχέτω. Fic. vulgatum expreſſit.

*p.* 33. *l.* 10. ἢν ἀνέλωσι) Non videtur poſſe retineri ἀνέλωσι, nec ſatis commode mutatum iri in ἂν ἕλωσι (potius enim dicendum eſſet ἂν ἕλωνται) ideo malim ἂν ἐθέλωσι. Sic autem

dicta haec fuerint, χρείαν ἣν ἂν ἐθέλωσι, ut paulo post, τρόπῳ ᾧ ἂν ἐθέλωσι. Haec Stephanus, duce Fic. *quomodo velint.*

*p.* 34. *l.* 2. μήποτέ τι κοινῇ) Stephano rectius lectum iri videbatur, μήποτ' ἔτι κοινῇ. Iterum praeeunte Fic. *nec simul amplius.*

*ead. l.* 18. ἀσεβείας νόμῳ) Invenitur etiam εἰρημένῳ inter ἀσεβείας & νόμῳ. *Steph.*

*p.* 35. *l.* 4. ἐκούσιον) Steph. non dubitat, quin scribendum sit ἀκούσιον, licet Ficinus quoque illam alteram lectionem agnoscat.

*ead. l.* 15. πῶς τούτῳ) *In praeced. edit.* τοῦτο. *at in vet.* τούτῳ. *sed posset etiam fortasse non male* τοῦτο *mutari in* τοῦτον. Steph. Τοῦτο offerunt Ald. Bas. 1. 2. at τούτῳ in suis habuisse videtur Fic. Mox ἐν νόμῳ divisim editt. vett. pro quo Steph. malit ἐννόμως.

*p.* 36. *l.* 14. δι' ἥττης ἡδονῶν) In vet. δι' ἥττας ἡδονῶν. *Steph.*

*p.* 37. *l.* 2. τῶν χρημάτων) *In vet. est* ἡ *ante* τῶν χρημάτων, *qui haec separat a praecedentibus.* Steph. Ficinum respicere videtur Stephanus. Nam is vertit: *Haec sane ea vis est, quae — divitiarum inexplebilem gignit aviditatem.*

*ead. l.* 5. τῆς δὲ ἀπαιδευσίας &c.) Non video, quomodo Fic. eum, quem in sua interpretatione affert sensum, ex hac lectione elicere potuerit. vertit enim: *Ignorantiae vero causa est, quod non recte laudantur divitiae.* Deinde haec verba, πρὸς τῶν Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων, a praecedentibus separans subiungit: *Quippe tam Graeci, quam barbari, divitias, cum tertium bonorum teneant locum, in primo ponunt.* Perinde videlicet, ac si scriptum esset, οἱ γὰρ Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι πρῶτον τῶν ἀγαθῶν αὐτὸ προκρίνοντες &c. Quod vero ad priorem huius loci partem attinet, in ea non agnoscit vocem φήμη. Quod si etiam abesset haec vox φήμη, tamen alter nominativus non bene collocatus esse videtur ad significandum quod ipse dicit, & quod intellexisse Platonem existimo: sed potius dicendum fuisse τῆς δὲ ἀπαιδευσίας, τὸ κακῶς ἐπαινεῖσθαι πλοῦτον, αἰτία. Vel ponendo αἰτία post ἀπαιδευσίας, hoc modo, τῆς δὲ ἀπαιδευσίας αἰτία τὸ κακῶς ἐπαινεῖσθαι πλοῦτον. Quid si φήμη non expungamus, sed in aliam vocem mutemus? id certe fiet, si meae detur coniecturae locus, quae vult mutari in φημί: ut legatur, τῆς δὲ ἀπαιδευσίας τὸ κακῶς ἐπαινεῖσθαι πλοῦτον αἰτία, φημὶ, πρὸς τῶν Ἑλλήνων &c. vel posita voce αἰτία post genitivum ἀπαιδευσίας, ut modo dixi. Videamus tamen, an non & nomen φήμη retinendo aliquis hinc erui possit sensus. Erui certe possit, si absit adverbium κακῶς: ita legendo, τῆς δὲ ἀπαιδευσίας αἰτία, ἡ τοῦ ἐπαινεῖσθαι πλοῦτον φήμη πρὸς τῶν Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων, ut intel-

ligamus, famam, quae ſpargitur de admiratione divitiarum; quae apud Graecos barbaroſque eſt, cauſam eſſe ἀπαιδευσίας. At vero retinendo κακῶς, intelligeremus famam, quae eſt de mala admiratione divitiarum: quod huic loco minime conveniret. Si enim fama, quae de admiratione illa ſpargitur, ſimul eam damnaret, malam eſſe dicens, non eſſet cauſa illius mali, cuius Plato hic mentionem facit. Hinc fit, ut ex duabus meis coniecturis haec mihi magis placeat, τῆς δὲ ἀπαιδευσίας τὸ κακῶς ἐπαινεῖσθαι πλοῦτον αἰτία, φημὶ, πρὸς τῶν Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων. Dixi autem admirationem divitiarum potius, quam laudationem, quod aptius huic loco eſſe videretur illud verbale, quam hoc, (nam alioqui verbali non utens, pro ἐπαινεῖσθαι πλοῦτον dicturus fueram, Laudari divitias) praeſertim cum Cicero ita locutus eſſet de Offic. L. II: *Sed corrupti mores depravatique ſunt admiratione divitiarum.* Ubi eum ad hunc locum reſpexiſſe, propemodum auſim dicere: atque adeo ἀπαιδευσίαν non male ad corruptos depravatoſque mores relatum iri. Ignorantiam quidem certe cum Ficino interpretari nolim. *Steph.*

*p.* 38. *l.* 5. ἃ μηδένα βούλονται) Steph. non dubitat, quin ſcribendum ſit βούλεται, cum dixerit τινί: neque poſſit plurale verbum nomini, quod eſt numeri ſingularis, in tali loco ſubiungi. Recte, & expreſſit Ficinus.

*ead. l.* 9. ὃν καὶ πολλοὶ λόγον) *Cum ſequi deberet,* καὶ πρὸς τούτοις, λόγος (*ſubaudiendo* εἰρημένος ἔστω, *ut modo* προοίμια μὲν εἰρημένα ταῦτ' ἔστω *dixit*) ὃν καὶ πολλοὶ τῶν ἐν ταῖς τελεταῖς &c. *mutata ea, quae paſſim uſitata eſt, orationis forma, accuſativo uſus eſt loco nominativi, praepoſito etiam nomine ſeu pronomine relativo, quod alioqui poſtpoſitum fuiſſet. Qua de re lectorem moneo, ne hunc locum ſuſpectum habeat.* Steph. Res multorum obſervatione nunc ſatis nota.

*ead. l.* 13. ὑπ' ἄλλου τοιαύτῃ μ.) Steph. ſuſpicatur, voc. καὶ ante haec verba excidiſſe. Ficinus nimirum vertit: *Ab aliis quoque* &c.

*ead. l. ult.* τῆς γραφῆς) Legitur etiam τῇ γραφῇ, teſte Steph.

*p.* 39. *l.* 5. ὁ γὰρ νόμος ἀπαγορεύει) Haec verba deſunt in Ald. & utroque Baſil. libro, inducta primum a Stephano e Ficino: *Lex enim ipſa interdicit, atque ita id vetat* &c. Eandem fere rationem ante Steph. inierat Cornar. Ecl. l. p. 129. nimirum, καὶ γὰρ ὁ νόμος ἀπαγορεύων &c. unde Stephano corruptelae ſuſpicionem primum ortam puto.

*ead. l.* 15. ἴτω ἀναγκάζων) Non placet mihi verbum ἴτω

hoc in loco: & parum tamen meae coniecturae fido, qua putavi aliquando scribi debere, ἴστω ἀναγκάσων. *Steph.*

*p.* 40. *l.* 11. ἀνατεὶ κτεινέτω) *In uno vet.* ἀναιτὶ, *in altero* ἀνατὶ *legitur: quae scriptura agnoscitur a quibusdam lexicographis. Invenitur alioqui illud* ἀνατεὶ *& alibi apud hunc scriptorem.* Steph. Platonis loca, ubi ἀνατὶ legitur, congessit Ruhnk. ad Timae. h. v.

*ead. l. ult.* εἰς τὴν τίσιν τῆς δίκης.) Steph. malit cum vet. εἰς τὴν κρίσιν τῆς δίκης. citra necessitatem, & Ficinus (nam huius versionem sub vet. haud dubie innuit) sensum magis, quam verba, expressit, vertendo: *Iudicio reservetur*, sc. puniendus.

*p.* 42. *l.* 17. ὑπὸ τέκνων τολμῆσαι) *Non video, quomodo verbum* τολμῆσαι *locum in hac oratione habere possit: qui autem id nihilo magis, quam ego, perspicere poterunt, videant, an non pro* ὑπὸ τέκνων τολμῆσαι *scribendum sit* ὑπὸ τέκνων τόλμης. *Meminerat autem huius rei & pag.* 38: καὶ πάλιν ἀφικομένοις δεῦρο ἀναγκαῖον εἶναι τὴν κατὰ φύσιν δίκην ἐκτίσαι, τὴν τοῦ παθόντος ἅπερ αὐτὸς ἔδρασεν, ὑπ' ἄλλου τοιαύτη μοίρᾳ τελευτῆσαι τὸν τότε βίον. Steph. Equidem v. τολμῆσαι loco suo motum olim ita reponendum iudicabam, εἰ πατέρα ἀποκτείνειν τις ποτὲ τολμήσειε, αὐτὸν τοῦτο ὑπὸ τέκνων βίᾳ πάσχοντα &c. fere uti p. 43, εἰ δέ τινας οὕτως ἀθλία ξυμφορὰ καταλάβοι, ὥστε πατρὸς ἢ μητρὸς — ἐκ προνοίας ἑκουσίως ψυχὴν τολμῆσαι ἀποστερεῖν σώματος &c. Nisi potius, ex hoc ipso loco hoc verbum malum pedem hic intulisse, vero propius videarur. Nunc tamen praestat, quod vulgatur, tueri. Est vero τολμῆσαι idem ac ὑπομένειν, ἀνέχεσθαι. Euripid. Hec.

Αἶ αἶ τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πέφυκ' ἀεὶ,
Τολμᾷ τ' ἃ μὴ χρὴ βίᾳ νικώμενον.

*p.* 43. *l.* 5 *sq.* ἀφιλασαμένη κοιμήσῃ.) Participium ἀφιλασ. eiusdem esse originis, qua ἐξιλασαμένη, & κοιμίσῃ corrigendum esse, recte animadvertit Stephanus.

*ead. l.* 9. ἑκουσίως) *In praeced. editt. legimus* ἑκουσίαν, *at in vet.* ἑκουσίως. *Ferri quidem non posse lectionem illam manifestum est, sed haec magis placeret, si particula* καὶ *ei praefixa esset. Si tamen hic illa opus esse vocula contendamus, idem & de alio loco dicendum fuerit, qui est p.* 47, ὁπόσα ἐκ προνοίας ἑκούσια συμβαίνει γιγνόμενα. Steph. Ἑκουσίαν habent Ald. & Bas. 1. at Fic. cum Bas. 2. ἑκουσίως. recte.

*p.* 44. *l.* 6. περιωδύνῳ ἀφύκτῳ) Stephano partic. καὶ inter haec verba deesse videbatur. Sic quidem Ficinus: *Nec trisli & inevitabili casu coactus.*

*p.* 45. *l.* 15 *sq.* ὡς — ἀποθανούμενον) Ald. ὃν, unde Bas. 1.

ὧν. male. Partic. ὡς recte repoſuit Steph. auctoritate Baſ. 2. & Fic. quae referenda eſt ad ἀποθανούμενον.

*ead. l.* 17 *ſq.* νόμος εἷς ἔστω κύριος, περὶ φόνου κ.) *In vet. alia eſt lectio, ſenſum minus dubium efficiens,* οὗτος δὴ νόμος εἷς ἡμῖν ἔστω κυρίως περὶ φόνου κείμενος. *Eum certe expreſſiſſe videtur Ficinus, licet nomine, non adverbio, utens. vertit enim:* Una ergo lex iſta nobis praecipua de caede ſancita ſit. *Quod ſi κύριος legatur, aliter etiam fortaſſe exponi poſſit.* Steph. Vulgatum tuentur editt. vet. neque aliter Ficinus legiſſe videtur, praeter adiectum ἡμῖν.

*p.* 46. *l.* 1 *ſq.* καθαρὸς εἴη) Legitur etiam καθαρθείη. Paulo ante autem in praeced. edit. male ὃν pro ὧν. *Steph.*

*p.* 48. *l.* 8. συστήσεται) *Legitur etiam* προστήσεται. Steph. Ficinus nempe vertit: *Praeponet.*

*p.* 49. *l.* 3. νῦν ἡμεῖς) Steph. vocula δὲ poſt νῦν deeſſe videbatur. Expreſſit certe Fic. *Sed his horum gratia propoſitis.*

*ead. l.* 6. ἢ πότερα) Steph. malit cum quodam vet. πότε.

*ead. l.* 8. ἀδύνατον) *Contrarium* δύνατον *in vet. libris: ſed* ἀδύνατον *retineo, quod & Ficin. agnoſcit.* Steph. Quos libros Steph. innuat, plane ignoro. Nam Ald. Baſ. 1 & 2 tenent ἀδύνατον.

*ead. l.* 16. ΚΛ. Ποῖα δὴ νομοθετητέον &c.) *In quibuſdam exemplis haec continuantur cum praecedentibus ſub eadem perſona: nec non illa τάδε δὴ &c. ut non ponenda ſit interrog. nota poſt* δικαστηρίοις, *ſed tantum hypoſtigme. Haec autem exempla ſecutus eſt Ficinus.* Steph. Hanc quidem legendi rationem tenet Ficini verſio ante Grynaei correctionem, quam & Serranus adoptavit. At editt. vett. vulgatam tenent.

*p.* 50. *l.* 2. αὐτῶν δόξας) Cum αὐτῶν non τῶν δικαστηρίων, ſed δικαστῶν ſubaudiendum eſſe, tanquam δυνάμει in illo incluſum, Stephanus iam vidit.

*ead. l.* 8. ὅτι περὶ σμικρότατα) *Videri poſſit mendoſus hic locus, niſi intelligatur, permutatas eſſe ſedes vocularum* ὅτι & περὶ, (*traiectionem vulgo vocant*) & *dictum eſſe* ὅτι περὶ σμικρότατα *pro* περὶ ὅτι σμικρότατα. *Poſſet vero &* ὁτισμικρότατα *coniunctle ſcribi, ſicut Latine* quamminima. *Sed in praeced. edit. male* σμικρότητα. Steph. Σμικρότητα ſane exhibent Ald. & Baſill. at Stephani coniectura niti videtur Ficini verſione: *minimas dumtaxat mulctas* &c.

*p.* 52. *l.* 3 *ſq.* καρπούμενον) Aut ſcripſit καρπουμένῳ, aut, perinde ac ſi dixiſſet μεδίστασθαι αὐτὸν, ſubiunxit καρπούμενον. *Steph.*

*ead. l.* 15. καὶ ὀρφανῶν τῶν παίδων) *Recte in vet.* καὶ ὧν

ὀρφανῶν τ. π. *Neque enim revera sunt orphani.* Steph. Ὡς haustum forte e Serrani versione: *eosque* veluti *pupillos regunto.* Nam editt. vett. cum Fic. illud omittunt.

*p.* 54. *l.* 14. ἐνεστώτων) Pro hoc v. legitur in uno vet. cod. ἐνέστω τῶν, in altero ἔστω τῶν: cui assentiri malim, si ab ea, quae hic est, lectione discedendum sit. *Steph.*

*p.* 56. *l.* 9 *sq.* αἰτιᾶται — τὶς) *Cum* τὶς *ad* αἰτιᾶται *pertineat, dubitari potest, an ipse auctor tam longe removerit.* Steph. Mox vitiose Ald. τεχνάξοντα pro τεχνάζοντα.

*ead. l.* 13. ἄλλος ἀλλου τρώσῃ) Steph. coni. ἀλλως ἄλλον τρ.

*p.* 57. *l.* 14. τὸν τοιοῦτον νουθετεῖν.) *In praeced. edit.* νομοθετεῖν *pro* νουθετεῖν. *Affertur tamen & alia lectio,* ἀθετεῖν. *Sed verbo* ἀθετεῖν *minime est aptus hic locus: contra verbo* νουθετεῖν *aptissimus. Est enim* πληγαῖς νουθετεῖν, *quod dicitur* verberibus castigare. Steph. ἀθετεῖν est e coniectura Cornar. Ecl. IX, p. 128.

*ead. l.* 15. ἑαυτὸν τύπτοντα) Legitur etiam, teste Stephano, καὶ ἑαυτὸν τύπτοντα.

*p.* 58. *l.* 12. δίκης ἂν ἐπονειδίστου) In uno vet. ἀνεπονειδίστου, perperam. *Steph.*

*ead. l.* 14. προοιμίου φροντίζων) Videri posset scribendum παραμυθίου. Nam cum praecesserit καὶ ἐὰν μέν τις τοιούτοις παραμυθίοις εὐπειθὴς γίγνηται, nunc de eo, quem δυσπειθῆ vocat, & illi opponit, rationi consentaneum esse videtur ut dicat, καὶ μηδὲν παραμυθίου φροντίζων, non autem προοιμίου. sed intelligit prooemii materiam esse παραμύθιον, & legislatorem suo prooemio eos, quibuscum illi negotium est, παραμυθεῖσθαι. Perinde igitur fuerit, ac si diceret in eo, de quo nunc agitur, loco, καὶ μηδὲν προοιμίου ὃ ἀντὶ παραμυθίου ἐστὶ φροντίζων. *Steph.*

*p.* 59. *l.* 8. εἴκοσιν ἔτεσιν) *In vet.* εἴκοσιν ἢ πλείοσιν ἔτεσιν, *sicut paulo ante legitur.* Steph. Ficinus: *viginti annis* vel pluribus.

*p.* 60. *l.* 4. τεγχθέντων) Margini cuiusdam vet. libri, participii τεγχθέντων adscriptae sunt duae expositiones istae, μαλαχθέντων, βραχέντων: tibi autem ne has quidem invidere volui. Quin etiam illis addendum putavi, convenire hunc locum cum alio, quem habuimus in principio, quod ad usum participii τεγχθέντων & nominis ἀτεράμονι attinet. sicut enim hic dicit, ἀτεράμονι χρωμένων τινὶ φύσει, καὶ μηδὲν τεγχθέντων, ita ibi scribit, ὃς ἀτεράμων εἰς τοσοῦτον φύσει γίγνοιτ' ἂν, ὥστε μὴ τήκεσθαι: addens etiam, νόμοις ἄτηκτοι γίγνωνται. *Steph.*

*ead. l.* 17 *sq.* καὶ τῶν ἄλλων γεννητόρων) Non dubito, quin adiecta praepositione κατὰ scribendum sit, μητραλοῖαί τε καὶ

κατὰ τῶν ἄλλων γεννητόρων ἀνόσιοι πλημμῶν τόλμαι. Videri autem potest latius hic γεννητόρων appellationem extendisse, quam vocis proprietas patiatur: cum alioqui potuisset dicere, μητραλοῖαί τε καὶ πατραλοῖαι. *Steph.*

## IN LIB. X.

*p.* 66. *l.* 6. τὸ παραμύθιον) Ficinus legisse videtur τὸ προοίμιον, nam vertit: *prooemio proposito.* Utcunque legas, eodem redire videtur. Nam παραμύθιον est veluti materia τοῦ προοιμίου, & legislator suo prooemio eos, quibuscum ipsi negotium est, παραμυθεῖται, i. e. iis, quae praefatur, adhortatur illos, & mentes eorum flectere, eosque ad bonam frugem reducere conatur, ut ad severam legum sanctionem venire minime necesse sit. Eadem lectionis varietas est p. 58. vid. Cornar. Ecl. p. 128.

*p.* 67. *l.* 2. οὐδαμῶς νομίζουσιν) Ald. Bas. 1. 2. νομίζομεν. At Ficinus vertit, *existiment*, quod tacite adoptavit Steph.

*ibid.* μηδὲν ἡμῶν φροντίζειν· οἱ δὲ, εὐχαῖς παράγεσθαι) Haec verba in vulgatis non habentur. Et tamen etiam his verbis omissis sententia plena est, ut in verbis, οἱ δὲ, οἵους ὑμεῖς λέγετε, illa, quae MS. Cod. habet, intelligantur. *Cornar. Ecl. l. p. 128.* quem tacite secutus est Steph. Utrique Ficinus praeiverat, vertendo: *alii nihil nostra curare, alii muneribus facile placari.*

*ead. l.* 10. πολλάκις μυρίων) Legitur etiam, teste Steph. μυριάκις μυρίων.

*ead. l.* 11. ἐξακεῖσθαι) Steph. in marg. notat, legi quoque ἐξιᾶσθαι. eodem sensu.

*p.* 68. *l.* 2. ἄστρά τε τὰ ξύμπαντα) Ficinus vertit, *sidera, ipsumque universum.* Hinc Steph. vidit ipsum legisse ἄστρά τε, καὶ τὰ ξύμπαντα.

*ead. l.* 8. τῆς διαφορᾶς) *Affertur & alia lectio* διαφθορᾶς, *quae quin sincera sit, dubitari nequit, cum loquatur de illis, quos* μοχθηροὺς *appellat, & quorum animi ad impietatem ruunt, vel prorumpunt* (ὁρμῶνται) *qua nulla maior esse animorum depravatio potest.* Steph. Διαφθορᾶς est e praeclara Cornarii Ecl. IX, p. 128 coniectura. Ficinus tamen vulgatum tuetur.

*ibid.* ἀκρατείᾳ μόνον) In uno vet. δι' ἀκρασίαν μόνον, auctore Stephano.

*p.* 69. *l.* 6. ὀρθῶς εἴρηται) *Legitur etiam* ὄντως *pro* ὀρθῶς. Steph. Quam suspicionem hausta puta e Fic. versione, *Nec vera esse.* quo tamen ipso vulgatum Fic. expressisse videtur.

*ead. l.* 11. ταῦτα αὐτὰ προσφέροντες) *Genitivo hic opus esse*

*videtur, qui cum ἐμοῦ καὶ σοῦ iungatur. Verum in vet. non προσφέροντος, ſed προφέροντος legitur.* Steph. Genitivi abſolute poſiti videntur, & *προσφέροντες* proxime anteced. accommodatum *ὅταν — λέγωμεν.*

*p.* 70. *l.* 9 *ſq. ὅσα πρέπει,*) Haec verba cum ſequentibus Stephanus iungere malebat, nimirum Ficino auctore: *Demum vero, quemadmodum convenit, leges ferre.*

*p.* 71. *l.* 8 *ſq. νῦν οὖν πειθόμενοι*) Hic locus partim veteris exemplaris ope, partim coniectura mea reſtitui poſſe videtur. Primum igitur, quod ad particulam negativam attinet, quam nobis ante partic. *πειθόμενοι* exhibet, quod dat, accipimus: ſed praeterea ante illam voculam *οὐ* expungendam eſſe *οὖν* contendimus, ſimulque ſtigmen, quae eſt poſt *γίγνονται*, ut cum eo iungi poſſit *νῦν*, cui ſubiungatur hypoſtigme. hae enim non magnae mutationes facient, ut oratio minime ſuſpenſa, ſicut antea, maneat. Scribendum igitur eſſe contendo, *ἀνάγκη γὰρ δὴ χ. φ. καὶ μ. ε. οἱ τούτων ἡμῖν αἴτιοι τῶν λόγων γεγένηνται, καὶ γίγνονται νῦν, οὐ πειθόμενοι* &c. hoc ſenſu: Agedum, quomodo fieri poſſit, ut quis non excandeſcat, ſi, Deos eſſe, docere illum oporteat? Neceſſe eſt enim, ut aegre ferat ſibi ad hanc diſquiſitionem eſſe veniendum, ſitque illis infenſus, qui eius occaſionem & antea praebuerunt, & nunc quoque praebent, dum minime fidem adhibent iis ſermonibus, quos iam inde a tenera aetate una cum lacte imbiberunt. *Steph.* Vetus exemplar, quod *οὐ* offert, eſt Cornarii ingenium, v. Ecl. l. p. 130.

*ead. l.* 9. *ἐν γάλαξι τρεφόμενοι*) Putet aliquis ſcribendum *ἐν γάλακτι*: quae tamen lectio ex nullo vet. affertur, quod ſciam. Videtur autem partic. *τρεφόμενοι* vix iungi poſſe cum v. *ἐν γάλ.* cum dicatur *τρέφεσθαι γάλακτι. Steph.*

*ead. l.* 14 *ſq. τῶν αὐτῶν γονέων — ἐσπουδακότων*) Mirum eſt, in duobus vet. libris ſcriptum eſſe *τοὺς αὐτῶν γονέας*, & paulo poſt *ἐσπουδακότας*, item *προσδιαλεγομένους*, cum praecedat in iiſdem *θυόντων*, non *θύοντας*. quod participium ſi ita ibi ſcriptum eſſet, hos accuſativos locum genitivorum abſolutorum tenere, vel a praecedentibus verbis *ὁρᾷ* & *ἀκούει* pendere dicerem: (*θύοντας* & *σπουδάζοντας*, ab *ὁρᾷ*: at *προσδιαλεγομένους* ab *ἀκούει*) ſed ante *ὡς ὅτι μάλιστα* partic. *καὶ* opus eſſe puto: (qua non foret opus, ſi legeretur *ἐσπουδακότως*, quod cum *προσδιαλεγομένους* iungeretur) quin etiam ante *θύοντας* eam requirerem, ſi mutaretur genitivus *θυόντων* in *θύοντας. Steph.* Ald. & utraque Baſil. vulgatam rationem tenent.

*p.* 72. *l.* 10. *ἡδονῆς, ἡμῶν*) Steph. lectionem ſequendam pu-

tat, quae non habet pronomen ἡμῶν, quod omnino ſenſu hic deſtituatur. Eſt vero illa e coniect. Cornarii l. l. p. 130.

*p.* 74. *l.* 15. Ὧδ' ἔτι σαφ.) Editt. vett. ὧδέ τι, quod in ὧδ' ἔτι abire iuſſit Steph. praeeunte Ficino. Euſebius tamen, ὧδέ πη.

*p.* 75. *l.* 11 *ſqq.* παιδείας τινὰς — οἵ' ἡ γραφὴ) Euſeb. παιδιὰς τινὰς — οἵα ἡ γραφική.

*p.* 76. *l.* 3. ἄλλους ἀλλοις) Legitur etiam, auctore Stephano, ἄλλους ἀλλη.

*p.* 77. *l.* 4. ὡς, εἰ μὴ) *Nihil deeſſe puto, ſed Plat. conſulto poſt* ὡς *reliquiſſe ſubaudienda, quae, utpote verbo* ἀπειλεῖν *conſentanea, in mentem venire poſſunt, cuiuſmodi ſunt haec,* δώσουσι δίκην. Steph. Ficinum innuit, qui vertit, *Eos omnino poenas daturos.*

*ead. l.* 12. πειθὼ δὲ cet.) Steph. haec quoque cum interr. cenſebat legenda, & ex praeced. ſubaudiendum οἵει χρῆναι. Quam rationem Fic. ſecutus eſt.

*p.* 81. *l.* 9. ΚΛ. Πῶς; ΑΘ. Οὐκ ὀρθῶς φύσιν) *Legitur & ita,* Πῶς οὐκ ὀρθῶς; ΑΘ. Φύσιν βούλονται &c. *Quin etiam poſt* τὰ πρῶτα *inveniuntur iſta verba,* τὰ δὲ σώματα τιθέασι τὰ πρῶτα, *quae agnoſcuntur & a Ficino.* Steph. Haec verba inſerenda iudicabat Cornar. p. 129, cum Ficinus vertiſſet: *Primaque ponunt corpora.*

*p.* 82. *l.* 2 *ſq.* εἰ καθάπερ) Steph. partic. εἰ poſtponendam τῷ καθάπερ iudicabat.

*ead. l.* 4. νεώτατος — ὑμῶν) *Legitur etiam* ἡμῶν, *quae lectio magis apta eſſe videtur cum* νεώτατος: *at cum* νεώτερος *aptius lectum iri* ὑμῶν. Steph. Uti fere Ficinus: *iunior vobis.* Mox ὅτι redundare videbatur Stephano, niſi ſcriberetur χρή.

*p.* 83. *l.* 5. ἐπιβαίνωμεν) Legitur etiam ἐπεισβαίνωμεν. *Steph.*

*p.* 84. *l.* 3 *ſq.* ἐλπίσειε γίγνεσθαι) Affertur quoque ἐλπίση ἐγγίγνεσθαι. *Steph.*

*ead. l.* 6. ἔστιν ὅτε) Quid his verbis opus eſt, cum τοτὲ μὲν praecedat? Aut expungenda certe, aut ἐκ παραλλήλου poni dicenda ſunt. *Steph.*

*p.* 85. *l.* 14. τήν τε ἑαυτὴν) Non dubitat Stephanus, quin Plato ſcripſerit τὴν δὲ ἑαυτὴν &c. poſita poſt αὖ hypoſtigmes nota. Quam legendi rationem Serrani verſio tenet.

*p.* 86. *l.* 4. τὴν αὐτὴν δυναμ.) Vet. teſte Stephano, τὴν αὐτὴν αὐτὴν δυναμ. quae loquendi ratio obtinet p. 87, ἡ τῆς αὐτῆς αὐτὴν κινησάσης μεταβολή. & p. 89, τὴν δυναμ. αὐτὴν αὐτὴν κινεῖν κίνησιν.

*p.* 87. *l.* 2. συγχωρητέα τούτοις.) Legendum cenſebat

Stephanus aut *συγχωρητέα τε τούτοις*, vel *καὶ συγχωρ. τ.* quod & Ficinus expreſſit.

*ibid. καὶ τόδε εἰπ.*) *Legitur etiam τῆδε, quod malo, ut paulo ante,* Πῶς λέγεις; Ὧδε. Steph. Ita Ficinus: *Praeterea ſic nos ipſos interrogemus.*

*p.* 88. *l.* 1. ΑΘ. Ναὶ ζῆν.) In quodam vet. ab eadem perſona dicuntur haec, *ναὶ ζῆν. πῶς γὰρ οὔ; Τί δαί; ὁπόταν* &c. nam *δαὶ*, non *δὲ*, in eodem ſcriptum eſt. *Steph.*

*ead. l.* 2 *ſq. μῶν ἄλλο ἢ ταυτὸν τούτῳ ζῆν*) Steph. ſcribendum putat, *μῶν ἄλλῳ ἢ αὐτῷ τούτῳ ζῆν*, itidemque ſtatim poſt *οὐκ ἄλλῳ*, citra neceſſitatem.

*p.* 89. *l.* 5. *ἥντερ τοὔνομα*) Pro *ἥντερ* Steph. legendum cenſebat vel *ἥπερ*, ut ſubaud. *ἔχει* vel *ἧπερ*, ſubaudiendo *ἐστί*. Alioqui, *ἥντερ* retinendo, repetendum eſſe *φὴς* cum *ἔχειν*.

*p.* 90. *l. ult.* ΑΘ. Μίαν, ἢ πλείους; ΜΕ. Πλείους) Invenitur hic locus & aliter ſcriptus, ſine perſonae interruptione, Μίαν ἢ πλείους; *πλείους, ἐγὼ ὑπὲρ σφῶϊν ἀποκρινοῦμαι. δυοῖν μέν γέ που* &c. Sed & pro *σφῶϊν* legitur *ὑμῶν*. *Steph.*

*p.* 91. *l.* 9. *πρωτουργοὶ κινήσεις*) Steph. malebat *κινήσεσι*, ut in vet. qui eſt Ficini verſio: *Ceteris praeterea* motibus omnibus.

*ead. l.* 15. *προσλαμβάνουσα αἰεὶ θεὸν*,) Legitur etiam *προσλαβοῦσα ἀεὶ θεῖον ὀρθῶς, θεοῖς ὀρθὰ* &c. In alio exemplo, *προσλαβοῦσα ἀεὶ θεὸν ὀρθῶς, θεοῖς ὀρθὰ* &c. *Steph.*

*p.* 92. *l.* 3. *γεγονέναι φαμὲν*) In vet. *φῶμεν*: qui ſubiunctivus modus *ἀπορήσει* convenit. *Steph.*

*p.* 93. *l.* 6. *τοίνυν τόγε τοσοῦτον τῶν τότε ἔτι, ὅτι τῶν*) *Legitur etiam in uno exempl. τοίνυν γε τοσοῦτον τῶν τότε, ἔτι τοσοῦτό γε, ὅτι τῶν πάντων &c. & neuter habet poſt ἁπάντων ſive πάντων iſta verba, τούτοιν δὴ τοῖν κινήσοιν, quae ſunt in praeced. edit.* Steph. Verba *τούτοιν δὴ τοῖν κινήσοιν* poſt *ἁπάντων* offerunt Ald. Baſ. 1. 2. omiſit tamen Ficinus, quae eadem iam Cornario p. 129 redundare videbantur. Irrepſere vero hic e l. 10.

*ead. l.* 10 *ſq.* Τούτοιν δὴ τοῖν κινήσεοιν τοῖν ἐν ἑνὶ φερομένοιν — οὐσῶν) *In vet. τὴν ἐν ἑνὶ φερομένην: & paulo poſt οὖσαν, non οὐσῶν. Cui exemplari utrobique aſſentiri malo.* Steph. Haec lectio eſt e coni. Cornarii l. l. qui & hoc modo legi poſſe putabat: Ταύτην δὴ τὴν κίνησιν τὴν ἐν ἑνὶ φερομένην *ἀεί*. Utrumque firmare videtur Ficinus.

*p.* 94. *l.* 16. *ποιησόμεθα*) In vet. *ποιησώμεθα*, & ita potius legendum. *Steph.*

*p.* 95. *l.* 14 *ſq. αὐτοῦ δὴ ἄμεινον*) Non ab eodem apud Fic. haec dicuntur, ſed ab Athen. interpretantem etiam ita hunc

locum, ac si vocem χρεὼν non agnosceret. haec enim sunt eius verba: *Praestat autem, ut, sive curru quodam intrinsecus teneat corpus illud eius anima, lumenque ita cunctis effundat, sive foris sit, seu quomodocunque quis excogitet, Deum esse ipsam omnes arbitremur, an aliter?* Fortasse tamen legit quidem χρεὼν, sed in sua interpretatione praetermittendum, tanquam omnino supervacaneum, censuit. Alterum sane abesse debere videtur, vel hoc χρεὼν, vel ἀμεινον, nisi ita excusemus χρεὼν, ut dicamus exponendum, Praestat, inquam. Quod si cui non placeat, videat, an alteram meam hoc de loco coniecturam probare possit: qua cum ἄμεινον non verbum ἐστὶ subaudiendum censeo, ut significet, Praestat: sed legendum, τὸ ἄμεινον αὐτοῦ, i. e. praestantiorem eius partem. *Steph.*

*p. 96. l. 8.* ὑπομένει) Scribendum est ὑπομενεῖ, ut legit etiam Fic. qui significationem huius verbi, quae hoc in loco observatione digna est, bene expressisse videtur. Vertit enim: *Ita ergo istis concessis, poteritne aliquis negare, plena Deorum omnia esse?* Fortasse tamen aliquis infinitivum λέγειν, aut aliud ei synonymum, illi verbo iunctum fuisse non immerito suspicetur. *Steph.*

*p. 97. l. 2.* τὸ λόγων τέλος) Nihil aliud est τὸ λόγων τέλος ἔχέτω, quam οἱ λόγοι τέλος ἐχέτωσαν. sed quid si τὸ τῶν λόγων τέλος legendum potius esse dicamus? Refertur autem τούτοις ad eos, adversus quos disputabat. q. d. Hi igitur ita conclusam meam adversus se disputationem habeant. *Steph.*

*ead. l. 3.* ἡγούμενον θεοὺς εἶναι) Stephanus malit ἡγ. μὲν θ. εἶναι, cum sequatur μὴ φροντίζειν δέ.

*ead. l. 8.* δόξαι δὲ) Steph. non dubitat, quin legendum sit δόξαις δὲ, atque interpungendum post ἐμμελῶς. Illud recte, ut opponatur ἀληθείᾳ. Iam Ficinus: *Licet revera felices non sint*, vulgo *tamen* &c.

*ead. l. 12.* ταυῦν ἐν ἅπασι τ.) Post ταυῦν apud Euseb. scriptum est ὅταν ἐν ἅπασι τούτοις ἰδὼν, ἢ δι' ἀκοῆς αἰσθόμενος &c. Sed nullum hic posse locum habere adverbium ὅταν existimo: ideoque pro illo lubenter ex coniectura substituerim ὦ τὰν, & participio ἰδὼν particul. καὶ praefixerim. Ne autem ὅταν recipere possimus, ut cum verbo ὁρᾷς iungatur, obstant primum quidem illa verba ἐν ἅπασι τούτοις, quae cum ταράττῃ iungenda sunt, non cum ἰδών: deinde sermonis ἀκολουθία. Quod si in ulla huius loci parte, certe ante δι' αὐτὰ apte positum iri videtur: hoc modo, καὶ ἰδὼν (vel ἰδὼν γὰρ) ἢ δι' ἀκοῆς αἰσθόμενος, ἢ καὶ παντ. &c. ὅταν δι' αὐτὰ ταῦτα ὁρᾷς ἐκ σμικρ. &c. τότε διὰ πάντα τοιαῦτα δῆλος εἶ &c. *Steph.*

*ead. l.* 13 *ſq.* αὐτὸς αὐτόπτης) Inter haec verba apud Euſeb. legitur αὐτῶν τινί.

*p.* 98. *l.* 11 *ſq.* ἐμπίπτῃ — σφῶν) Euſeb. ἐγγίγνηται. Pro σφῶν Steph. coni. σφώ.

*p.* 99. *l.* 2. συνεξεταζόντων) Ficinus vertit: *Communiter inveſtigemus.* Hinc Steph. legendum videbatur συνεξετάζωμεν.

*ead. l. ult.* ὅγέ τι) Steph. corr. ὅγέ τοι.

*p.* 100. *l.* 7. πράττει πράττων) Euſeb. ὁ πράττων: cui participio ſubiungenda eſt hypoſtigme. His autem verbis τὸ τοιοῦτον πράττει, intellige, ἀμελεῖ τῶν σμικρῶν. *Steph.*

*ead. l.* 8. Λέγομεν) Legitur etiam, teſte Stephano, λέγωμεν. Fic. neutrum expreſſit.

*ead. l.* 9. εἰ διαφέρει, ὁ δὲ ἀμ.) Steph. malit ὅδε. Alioqui δὲ vacare cenſebat. Idem διαφέρει in διαφέρον mutabat, ut intelligatur εἰ διαφέρον ἡγούμενος εἶναι ex ſuperioribus.

*ead. l.* 16. ἀμελεῖν τῶν σμικρῶν) Euſeb. ἀμελεῖς, rectius, iudice Stephano, cum praecedat παραιτητούς.

*ead. l.* 17 *ſq.* θεοὺς — λαθεῖν δὲ αὐτοὺς) Euſeb. θεὸν — λαθεῖν δὲ αὐτὸν, reliquis minus convenienter.

*p.* 101. *l.* 2. λέγετε ἔχειν ταῦτα;) Ald. Baſ. 1. 2. & Euſeb. λέγεται. At Ficin. *Haecne ita ſe habere dicitis?* quod in textum aſſumſit Stephanus, legendo λέγετε. Apud Euſeb. inſertae inſuper ante λέγεται habentur particc. δέ γε.

*ead. l.* 8. οἵους ὁμολογοῦμεν) Euſeb. οἵους λέγομεν, quod praeferebat Stephanus, quod iam praecedat ὁμολογεῖν.

*ead. l.* 9. ἔκγονος) Euſeb. ἔγγονος.

*ead. l.* 15. πλὴν τὸ γιγνώσκειν) Πλὴν τοῦ γιγν. Euſeb.

*ead. l. ult.* ὡς ἀγνοοῦντας) Steph. hic locus ita interpungendus videbatur: ὡς ἀγνοοῦντάς τε, καὶ, δέον ἐπιμελεῖσθαι, δι' ἄγνοιαν ἀμελ. quam rationem Fic. ſecutus eſt.

*p.* 102. *l.* 3. βελτίω) Euſeb. βέλτιον. Quam lectionem ſequendo, cavendum eſſet, ne cum πράττειν eam vocem iungeremus. Intelligit enim εἶναι βέλτιον πράττειν ἄλλα, i. e. melius, ſatius eſſe facere alia: non autem εἶναι πράττειν ἄλλα βέλτιον, i. e. licere alia facere melius. *Steph.*

*ead. l.* 6. αὐτὸ) ſc. τὸ ζῶον ἄνθρωπος. Alioqui ſcrib. αὐτὸς, quod referatur ad ἄνθρωπος.

*ead. l.* 8. ἔνιτὰ ζῶα) Poſt haec verba apud Euſeb. inſeruntur v. ἢ νοερὰ, quae omnino hic deſiderabat Stephanus.

*ead. l.* 12. σκοπῶμεν γὰρ δὴ) Euſeb. σκοπῶμεν δὲ δὴ, quod probabat Steph. quod haec verba non ſint rationem reddentis, ſed ad aliud argumentum tranſeuntis. Ficinus quoque: *Sed iſtud praeterea conſideremus.*

*ead. l.* 15. ΚΛ. Πῶς λέγεις;) Haec verba non comparent in editt. vett. habet tamen Euſeb. & Fic. vertens: Cli. *Quid ais?* Unde Steph. adoptavit.

*p.* 103. *l.* 1 *ſqq.* Ἰατρῷ δὲ — ἐπιμελουμένῳ — ἀμελοῦντι, ἕξει π. κ. αὐτῷ) Euſeb. Ἰατρῷ δ' ἢ — ἐπιμελὲς ἔσται — ἀμελὲς, εἶδ' ἕξει π. κ. αὐτό. Eodem ſenſu.

*ead. l.* 5. Οὐ μὲν οὐδὲ κυβ.) Euſeb. οὐ μὴν οὐδέ γε κυβ.

*ead. l.* 13 *ſq.* ἐπιμελεῖσθαι καὶ δυνάμενον) Euſeb. ἐπιμ. δυνατὸν εἶναι καὶ δυνάμενον, male. Mox idem omittit ἦν ante ἐπιμεληθῆναι.

*p.* 104. *l.* 1. μάλιστα) Euſeb. καὶ μεγάλα.

*ead. l.* 2. ΚΛ. Ναί.) Steph. notat, legi quoque καὶ μάλα.

*ead. l.* 3. ΚΛ. Ὀρθῶς. ΑΘ. Ἐπ.) Ficinus, omiſſo Cliniae nom. orationem Athen. continuat. Tum ὀρθῶς ad λέγειν referendum, quod alias vix ullum hic uſum habet, iudice Steph. In Grynaei tamen correctione verſionis Fic. vulgaris ratio inducta eſt.

*ead. l.* 5. Πείθωμεν) Euſeb. πείσωμεν.

*ibid.* τοῖς λόγοις) Poſt haec verba Euſeb. habet iſta, ὁμολογεῖν αὐτὸν μὴ λέγειν ὀρθῶς, male ex antec. huc inculcata.

*ead. l.* 10. τὸν ἔσχατον) Steph. malebat τὸ ἔσχατον, ut ad τέλος referatur.

*ead. l. ult.* ξυντεῖνον βέλτιστον) Euſeb. ξυντείνων. Ita quoque Stephanus legendum coniecerat. Ficinus quoque ad δημιουργὸς retulit.

*p.* 105. *l.* 3. ἐπιτεταγμένη) Baſ. 2. & Euſeb. συντεταγμένη. Ficinus quoque habuiſſe videtur. vertit enim, *coniuncta.*

*ead. l.* 8. αὐτῶν ἕκαστον) Steph. coni. ἑκάστῳ.

*ead. l.* 9 *ſq.* ῥᾳστώνη — θεοῖς) Ald. Baſ. 1. 2. & Euſeb. ῥᾳστώνης, at pro θεοῖς Euſeb. θεοῦ.

*ead. l.* 12. ἔμψυχον, καὶ μὴ ξύμπολλα) Cornar. Ecl. l. p. 129 legendum proponit: ἐμψύχον, καὶ ἢ ξύμπ. ab ἐμψύχω *frigefacio.* Vulgatam tamen cum vett. libris Euſebius quoque & Fic. agnoſcunt.

*p.* 106. *l.* 3. ἀνώλεθρον δὲ ὂν γεν.) Euſeb. omittit ὄν.

*ead. l.* 5 *ſq.* καὶ τὸ μὲν ὠφελεῖν) In duobus vet. libris ita ſcriptus eſt hic locus: καὶ τὸ μὲν ὠφελεῖν ἀεὶ πεφυκὸς, ὅσον ἀγαθὸν ψυχῆς, διενοήθη. apud Euſeb. autem, καὶ τὸ μὲν ὠφελεῖν ἀεὶ πεφυκὸς ὂν, ἀγαθὸν ψυχῆς διενοήθη. Mihi autem aliquando venit in mentem ſuſpicari, ex ὅσον faciendum eſſe ὡς ὄν, ut legatur καὶ τὸ μὲν ὠφελεῖν ἀεὶ πεφυκὸς, ὡς ὂν ἀγαθὸν ψυχῆς διενοήθη. *Steph.*

*ead. l.* 12. τὸ ποίου τινὸς) Euſeb. τοῦ ποίου τινός.

*ead. l.* 14. ταύτῃ σχεδὸν ἑκάστοτε) Pro ταύτῃ Euſeb. ταῦ-

τα. male. Pro ἑκάστοτε Cornar. legendum opinabatur, οἰκίζεται. Scilicet Ficinus vertit: *Ibi ferme ſemper* habitat.

*p.* 107. *l.* 1. φαίνεται) Euſeb. φέρεται. Ficinus quoque: *Tranſmutata autem* feruntur &c.

*ead. l.* 7. μείζων δὲ δὴ ψυχὴ) Ald. Baſ. 1. 2. & Euſeb. μείζω.

*ead. l.* 8. μεταλάβῃ) Editt. vet. cum Euſeb. μεταβάλλῃ. Alterum e Ficino petitum puta. Vertit enim: *Anima, quae — compos eſt.*

*ead. l.* 10. τοιαύτη διαφέροντα) *Lectio etiam alia affertur,* διαφέρεται *pro* διαφέροντα: *quod non videtur ferri poſſe.* Steph. Eſt haec e coni. Cornar. p. 130. quam tamen Steph. in notis reiicit, locum ſic diſtinguens: γίγνηται διαφερόντως τοιαύτη, διαφέροντα καὶ μετέβαλε τόπον, ἅγιον ὅλον. διαφέρεται certe Ficini verſio agnoſcit.

*ead. l.* 12. μεδιδρύσασα) Euſeb. μεδιδρύσατο. recte, nam antecedit μετέβαλε.

*ead. l. ult.* εἰ ἄλλος ἀτυχὴς) Ei non agnoſcit Euſeb. & ἀτυχὴς Steph. mutandum cenſebat in εὐτυχής. Scilicet Ficinus vertit: *Quare nec tu, nec alius ullus optet — ſe adeo* felicem *fore.* Mox pro ἐπεύξηται Euſeb. ἐπεύξεται, & ἢν πασῶν δίκην δικῶν.

*p.* 108. *l.* 5. τίσεις δὲ αὐτῶν) Euſeb. τίσ. δὲ σαυτῷ, probante Stephano, cum αὐτῶν non habeat, quo referatur.

*ead. l.* 7. εἰς ἀγριώτερον — τόπον) Ald. Baſ. 1. 2. ἀγιώτερον τ. Ita quoque Euſeb. At Ficinus vertit: *remotiorem inacceſſibilemque locum.* unde Steph. ſuſpicatur, illum legiſſe ἀπώτερον τόπον. Uti Steph. edidit, infra quoque habetur p. 114.

*ead. l.* 15. πῶς οὐ δεῖν δοκεῖς;) Euſeb. πρὸς οὐδὲν δοκεῖς; Ceterum aliter, ac vulgatur, in ſuis libris habuiſſe videtur Ficin.

*ead. l.* 16. οὐδὲ λόγον ξυμβάλλεσθαι) *In uno vet.* οὐδ' ἂν λόγους ξυμβ. Steph. quae lectionis varietas e Fic. hauſta videtur.

*p.* 110. *l.* 1. διὰ φόβον) Legitur etiam διὰ φόβων, quam lectionem malim. *Steph.*

*p.* 111. *l.* 9. ἁρπασμάτων) Alii ἁρπαγμάτων, teſte Steph.

*p.* 112. *l.* 1 *ſq.* οὐδὲ νομεῦσι μὴν) Legendum potius, ut in vet. οὐδὲ νομεῦσιν· οὐ μὴν οὐδὲ &c. *Steph.*

*ead. l.* 8. δεδομένων) Vel διδομένων. *Steph.*

*ead. l.* 10. κινδυνεύει πως) Legitur etiam πᾶς: ſed malim πως retinere. Videntur vero de iiſdem dici, eodemque pertinere hi genitivi, τῶν περὶ πᾶσαν ἀσέβειαν ὄντων, & iſti πάντων τῶν ἀσεβῶν. *Steph.*

*p.* 113. *l.* 1. περιλογείκηνται) Stephanus legendum coni. περιλογείκηται.

*p.* 114. *l.* 3. δεσμωτηρίων δὲ ὄντων) Nisi legas δεσμωτηρίων γε ὄντων, & ponas dumtaxat hypostigmen post πᾶσι, suspensa manebit oratio. *Steph.*

*p.* 115. *l.* 8. εὐφυὴς δὲ) *In praeced. edit. scriptum est* εὐτυχής. *sed omnes vet. libri de voce illa* εὐφυὴς *consentiunt. Agnoscit autem & Fic. hanc lectionem, qui vertit,* Hic vero eandem habet opinionem, sed acriori ingenio praeditus vulgo putatur. *Steph.* Ald. Bas. 1. 2. tenent εὐτυχής.

*ibid.* δόλου δὲ καὶ ἐνέδρας πλήρης) Steph. malit, ut in quodam vet. δόλου καὶ ἐνέδρας πλήρης.

*p.* 118. *l.* 8. καὶ ἐν ὀνείροις) *Haec verba Fic. iungit cum sequentibus, fortasse quod legerit, aut legendum putaverit,* καὶ ἐν ὀνείροις ὡσαύτως &c. Steph. Ficinus vertit: *Et in somniis* similiter *multa se vidisse* &c.

*p.* 119. *l.* 12. παιδίων ἢ μὴ) Ald. Bas. 1. 2. παιδίον.

---

## IN LIB. XI.

*p.* 121. *l.* 8. μὴ τῶν ἐμῶν ὃν πατρῴων) Sic Ald. cum utraque Basil. Stephanus tamen notat, in vet. quodam exstare, μὴ τῶν ἐμῶν ὧν πατέρων, quod referatur ad τὶς κατέθετο, cum ὃν ad κειμήλιον pertineat. Ficinus vero vertit, *qui meorum parentum non erat*, unde eum μὴ τῶν ἐμῶν ὄντα πατέρων sc. θησαυρὸν, legisse admodum probabile est. Sed πατρῴων veram putat lectionem Steph. subaudiendo ἀγαθῶν.

*ead. l.* 10. ξυμβουλεύουσιν) Videndum, an non potius legendum sit ξυμβουλεύσουσιν. *Steph.*

*ead. l.* 11. τήν γε παρακαταθήκην) In uno vet. scriptum est, τὴν γῇ παρακαταθήκην: quam lectionem minime contemnendam existimo, quod ad genuinam nos posse deducere videatur. Puto enim scriptum fuisse, τὴν ἐν γῇ παρακαταθήκην. Meminisse enim oportet, eum hic de thesauro loqui: & ἀναιρεῖσθαι solere dici de iis, quae e terra tolluntur, a quo sunt ἀνέλῃ, & ἀνέληται, item particip. ἀνελόμενος, quibus hic utitur, sicut & activis vocibus, licet non perinde hac in significatione usitatis. Adde quod κειμήλιον, quo etiam utitur, ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι dicitur. Nec vero mirum videri debet, eum quod in terram reconditum sit, vocare depositum (id enim omnino sonat vox παρακαταθήκη) cum itidem Credere aliquid terrae dici soleat, atque adeo illam, sive arva, fallere interdum depositum dicentes poëtas audiamus. Eo autem lubentius ita lego, quod locus hic non posceret, ut τήν γε παρακαταθήκην,

ſed ut ſimpliciter τὴν παρακαταθήκην diceret. *Steph.* Quem vet. Steph. innuat, non liquet: nam Ald. & rel. vulgatum tenent.

*p.* 122. *l.* 13. ὁ θεὸς οἶδεν·) Poſt haec verba Ficinus haec inſeruit: *quae vero ab hominibus, declarabimus.* Nempe ut melius cum his cohaererent, quae ſequuntur.

*ead. l.* 15. ἐὰν δὲ τῆς πόλεως ἐν ἀγορᾷ που, τοῖσιν ἀγορανόμοις) Abſunt haec verba ab Ald. Baſ. 1 & 2. expreſſit tamen Ficinus: *Si in foro rerum venalium, earundem curatoribus:* collocans eadem inter ἄρχουσι & διωσάτω. Pariter infra p. 170: ἐκ μὲν ἀγορᾶς ἀγορανόμοι ἐξειργόντων αὐτόν· ἐκ δὲ τοῦ ἄστεως, ἢ τῶν ἀστυνόμων ἀρχή· ἀγρονόμοι δὲ ἐκ τῆς ἄλλης χώρας εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐκπεμπόντων.

*p.* 123. *l.* 3 *ſq.* δόξαν ἀρετῆς κεκτήσθω· μὴ μνησίας δὲ, κακίας· δοῦλος δ' ἂν ᾖ) Abſunt haec verba ab Ald. & Baſ. 1. habet tamen Baſ. 2. cum Ficino. Sicque locum ſupplendum iudicabat Cornar. Ecl. IX, p. 130.

*p.* 125. *l.* 15. ἢ καὶ τῶν ἄλλων τ. ξ. οὐσία πλείω γ.) Cum his genitivis vel ſubaudiendum relinqui τινὶ, vel omnino deeſſe cenſebat Steph. Idem aut πλείων ſcribendum, aut ἀγαθὰ intelligendum eſſe recte animadvertit.

*p.* 130. *l.* 5. ἔχοντα ὡς ἔχουσιν) *Suſpicor ſcriptum fuiſſe* ἔχοντας, *ut intelligamus,* θεῶν ὀνόματα μὴ χραίνειν ῥᾳδίως, οὕτως ἔχοντας καθαρότητός τε καὶ ἁγνείας τὰ περὶ τοὺς θεοὺς, ὡς ἔχουσι. Steph. Aliter olim hunc locum fuiſſe lectum, e Ficini verſione non temere ſuſpiceris.

*p.* 131. *l.* 5 *ſq.* τυπτέσθω — ὑπὸ κήρυκος) *Ante* τυπτέσθω *invenitur dativus* μάστιγι. *Videtur autem Fic.* ὑπὸ κήρυκος *non aliter accepiſſe, quam ſi dictum eſſet* ὑπὸ κήρυκι. Steph. Ficinus vertit: *Verum etiam tot verberibus* publice *caedatur.*

*ead. l.* 10. πρόσθε τοῦ ἀγορανόμου) Stephano ἀγορανομίου ſcribi poſſe videbatur, ut intelligatur de loco, ubi iudicium exercet ἀγορανόμος, uti mox ἀστυνόμιον. Scilicet Fic. vertit, *In* foro *proponant.*

*ead. l.* 14. εἰς ἀστυνόμιον,) Haec verba cum ſeq. θέντων iungenda cenſebat Stephanus.

*p.* 132. *l.* 14. ΚΛ. Πρᾶγμ' ἔσθ' &c.) Grou malebat haec verba ab Athenienſi, tum Πῶς λέγεις a Clinia, tandem ὦ φίλε Κλ. &c. ab Athen. dici.

*p.* 133. *l.* 15. ἀγαπητῶς δεχόμενος) *Legitur etiam* ἀγαπηταῖς: *quod malo, ut intelligamus de diverſoriis, quibus illi contenti ſunt, ſive quae boni conſulunt.* Steph. Nimirum Ficinus: *Optato diverſorio.*

*ead. l.* 16. ἐλαυνομένους) Steph. non dubitat, quin ſcriben-

dum ſit ἐλαυνομένοις, cum accuſ. ille cum παρασχὼν iungi nequeat. Forte tamen cum δεχόμενος concilies, & cum παρασχὼν ſubaudias αὐτοῖς.

*p.* 134. *l.* 5. ὀρθῶς ἁμαρτὰν.) Fic. adverb. ὀρθῶς in verſione neglexiſſe videtur, nec ſane loco, quem occupat, aptum eſt. Stephanus id ante παρεσκευακότα ponendum cenſet, atque explicandum, *merito.*

*ead. l.* 13. ἀρωγὴ) In quibuſdam, teſte Stephano, ἀγωγή· illud tamen idem aptius iudicat.

*p.* 135. *l.* 1. ἀνέδην) In uno vet. libro ἀναίδην, minus concinne, propter ſeq. ἀναισχυντίας. *Steph.*

*p.* 136. *l.* 2. τὸν ἔμπροσθεν χρόνον) Steph. ſcribendum videbatur τοῦ ἔμπροσθεν χρόνου, qui genit. iungantur cum accuſ. δεσμούς. Alioqui retinendo accuſ. ſcribendum eſſe τοῦ δεσμοῦ, quo ſingulari numero ſic etiam utatur p. 114 init.

*ead. l.* 5. τοὺς νομοφύλακας) Steph. malebat τοὺς δὲ νομοφ. Ita vero Ficinus: *Nec ignorare legum cuſtodes debent.*

*p.* 139. *l.* 12. τὰς τιμὰς) Videtur voc. καὶ deeſſe ante haec verba, ut dicat: Si ille hoc fecerit, & lex eum meritis honoribus proſequi velit, nullum eum laudandi finem faciet. Alioqui ſcribendum eſſet ἀποδιδούς. *Steph.*

*ead. l. ult.* οὐ βιαστικὸς) Steph. auctor eſt, exſtare in uno vet. ὁ βιαστικὸς, ſed prave; cum & alibi dictum ſit ξυμβουλευτικὸς, οὐκ ἀναγκαστικός.

*p.* 140. *l.* 2. εἴτε πολιτικαῖς μηχαναῖς) *Pro* πολιτικαῖς *affertur & alia lectio* πολεμικαῖς. Steph. & quidem e coniectura Cornar. p. 130. quam unice firmant Ficini libri: *Bellica quadam peritia.*

*p.* 141. *l.* 7. καὶ μή·) *Poſt haec verba videri poſſit aliquid deeſſe: ſed puto eſſe ellipſin, & non aliter haec intelligi debere, quam ſi dixiſſet,* καὶ μὴ δοῦναι ᾧ ἂν δοῦναι μὴ ἐθέλω. Steph. Fic. καὶ μὴ plane omiſit.

*p.* 142. *l.* 4. ταυῦν) Steph. hanc partic. ad γιγνώσκειν referendam, & verba ὥσπερ καὶ τὸ τῆς Πυθίας γράμμα φράζει parentheſi includenda cenſet.

*p.* 143. *l.* 14. μὴ νέμειν) μὴ abeſt ab Ald. Baſ. 1 & 2. illatum e coniectura Cornarii, quam Ficini verſio, *Neque filiae ſimiliter* &c. & diſputationis ſeries firmat.

*p.* 144. *l.* 1. κληρονομεῖν) *Legitur etiam* κληρονόμον. Steph. Innuit forte Fic. verſionem, quae haec eſt: Heredem *ſibi ac filium* fore *conſcribet.* Vix tamen puto, Ficinum aliter in ſuis libris habuiſſe.

*p.* 146. *l.* 11. πάππου παίδων) Πάππου καὶ παίδων editt.

vett. At Stephanus, Ficini verſionem ſecutus, omiſit iſtam copulam. Recte. Aliam prorſus propoſuit legendi rationem Cornar. p. 131. nimirum μέχρι μὲν ἀδελφοῦ πατρὸς καὶ υἱῶν, μέχρι δὲ πάππου ἀδελφοῦ καὶ παίδων.

*p.* 148. *l.* 10. προστάττει) Ald. Baſ. 1. 2. πράττει. At προστάττει dedit Steph. e vet. qui eſt Fic. nam vertit, *quae ignarus — conſcripſit.* Idem paulo ante legiſſe videbatur Stephano, εἰ τὰ τοῦ νομοθ. pro ὡς τὰ τοῦ ν. quod cum requireret οὐ δυναμένοις, illud aptius illi loco iudicabat.

*ead. l. ult.* ἀναγκάζοντος) Steph. corr. ἀναγκάζοντι, quod referatur ad τῷ νόμῳ.

*p.* 149. *l.* 10. πρὸς οὓς ἐπανιόντες) Cum hic claudi periodum oporteat, Steph. ſcribendum putabat, πρὸς τούτους ἐπ.

*p.* 151. *l. ult.* τῶν ἐπιτρόπων.) *Fic. verbum quoddam addit ad claudendam hanc periodum. ita enim hunc locum vertit:* Sed leges, quae ſequuntur, tutoribus, prout erga orphanos ſe gerant, magiſtratibus, prout de cura tutorum inquirant, conſcribimus. *Videri autem poſſit deeſſe* νομοθετῶμεν *poſt* νομοθεσίαν, *aut tale quid. Niſi potius ſuſpicandum ſit, deeſſe quampiam praepoſitionem cum illis accuſativis, quae ſenſum hunc efficeret,* Quod autem attinet ad ceteras leges, quae ferendae ſunt: *ut poſt* ἐπιτρόπων *hypoſtigme tantum poneretur. Legitur autem & ita,* παραδείγματά τε τροφῆς. Steph. Ficinus vertit: *Si haberent* exempla. Grou coni. ἐπιτρόπων, εἰ μὴ δὴ, pro εἰ μὲν δή.

*p.* 157. *l.* 1. κεκραμένους) Legitur & κεχρημένους. *Steph.*

*ead. l. ult.* καὶ παίδων ἕνεκα) Videri poſſit aliquid hic deeſſe poſt ἕνεκα, niſi, quia γάμων facta eſt mentio, ſubaudiendum eſſe hic dicamus γαμείσθωσαν, vel γημάσθωσαν. At Fic. & γαμείτωσαν de viris, ut γαμείσθωσαν de mulieribus, ſubaudiendum cenſuiſſe videtur, qui vertit: *Si vero liberis egeant, liberorum quoque gratia ducant nubantve.* Ac certe, niſi haec itidem ſubaudire velimus, dicendum erit, tranſiri a ſingulari numero ad pluralem. Quod ut credamus, adduci eo poſſumus, quod de ſola muliere loquens, valetudinis curam nuptiarum cauſam eſſe voluerit, & nunc addat, καὶ παίδων ἕνεκα, quaſi dicat, οὐ μόνον ὑγιείας ἀλλὰ καὶ παίδων ἕνεκα. *Steph.*

*p.* 158. *l.* 2. τῶν ποιουμένων) *Si mendo caret participium, fuerit poſitum pro* προστοιουμένων. Seph. Ficinus nimirum vertit, *Qui ſibi eos vindicant.*

*p.* 159. *l.* 4 *ſq.* αὐτῶν τοιοῦτον ἐφέστιον οἴκημα) Ficinus vertit: *Nunquam aliud ſibi tale ſimulacrum magiſque efficax domui ſuae affuturum.* Unde Steph. veroſimile erat, illum habuiſſe αὐτῷ τοιοῦτον ἑφ. ἵδρυμα ἐν οἰκίᾳ ἔχων &c. Vel ſic tamen ſen-

rentia manet impedita. Quid multa? Certissimus sum, scribi debere, τοιοῦτον ἐφέστιον κτῆμα ἐν οἰκίᾳ ἔχων &c. Paulo ante: πατὴρ οὖν ὅτῳ καὶ μήτηρ — ἐν οἰκίᾳ κεῖνται κειμήλιοι ἀπειρηκότες γήρᾳ &c. & statim post, ἐὰν δὴ — αὐτὸ θεραπεύῃ ὁ κεκτημένος. & p. 160, ὡς οὐδὲν πρὸς θεῶν τιμιώτερον ἄγαλμα ἂν κτησαίμεθα πατρὸς καὶ προστάτορος παρειμένων γήρᾳ.

*ead. l.* 14. βλαβερὸς γὰρ γονεὺς) *Legitur quoque* ἀραῖος γὰρ γονεὺς, *quam lectionem Fic. quoque agnoscit, nec dubito, quin eam sequi oporteat, praesertim cum praecedat* ἐπαρᾶσθαι. *Fortasse autem ex aliqua nominis* ἀραῖος *expositione margini adscripta remansit illud* βλαβερός. *credibile est enim, aliquem, id vocabulum exponere volentem, usum esse his verbis,* βλαβερὸς διὰ τὰς ἀρὰς, *aut* βλαβερὸς ἐν ταῖς ἀραῖς, *aliisve huiusmodi.* Steph. Ficinus vulgatum sequitur βλαβερὸς, nam vertit: *Nihil enim imprecatione parentis non iniuria* pernicioſius *filio.* Stephano imposuere verba illa, *imprecatione parentis*, quibus tamen vim v. γονεὺς tantum explicare studuit. Sic statim ante haec, ἐπικότους εἶναι γονεῦσι &c. vertit: *a Diis preces parentum* &c. cum simpliciter sit γονεῦσι.

*p.* 161. *l.* 12. ἐπιμελουμένων) Plato pag. 156 dixit δέκα δὲ τῶν περὶ γάμους γυναικῶν, & p. 157 πρὸς τὰς τῶν γάμων ἐπιμελουμένας. Hinc facile intelligitur, duo haec loquendi genera, unam eandemque rem declarantia, hic confusa esse, delendumque adeo particip. ἐπιμελουμένων videri.

*p.* 164. *l.* 5. εἶτ' ἄλλῃ βλάβῃ) Persuasum habeo, haec verba ex quapiam expositione manasse, quae doceret, cum his verbis, εἶτ' οὖν θανασίμῳ, subaudienda ista esse ἄλλῃ βλάβῃ. Supervacanea certe ista esse ante haec εἶτ' οὖν θανασίμῳ, quilibet fateatur necesse est: contra autem, illis verbis, ἐπὶ βλάβῃ μὴ θανασίμῳ, apte haec sola subiungi, εἶτ' οὖν θανασίμῳ. Alioqui, si verba illa ἄλλῃ βλάβῃ retinenda essent, scribendum foret, εἶτ' οὖν ἄλλῃ βλάβῃ θανασίμῳ. *Steph.*

*ead. l.* 10. ὧντινωνοῦν) *Affertur etiam alia lectio, quae habet dativum* χρείαις *post* ὧντινωνοῦν. *Alioqui certe dicendum fuerit, deesse dativum quempiam, aut subaudiendum esse* τισὶ *ante* τῶν τοιούτων, *ex proxime praeced. repetitum.* Steph. Χρείαις est e coni. Cornar. in Ecl. IX, p. 131.

*p.* 165. *l.* 3. ἐν φόβοις δειλίας) Steph. sequendam putat lectionem, quae est in vet. ἐν φόβοις ἢ δειλίᾳ. Ficinus alterum tantum expressit.

*ead. l.* 4. γιγνομένοις) Pro γιγν. crediderim scribendum esse γενόμενος: ut, sicut in priori membro dixit, ὁ μὲν ἀνοίᾳ κακουργήσας, (&c.) ἐλαφροτέραν, ita dicat in posteriore, ὁ δὲ

δὶα οἰκείαν ἄνοιαν (&c.) ἐν φόβοις ἢ δειλίᾳ, ἢ τισὶν ἐπιθυμίαις, ἢ φθόνοις, ἢ θυμοῖς δυσιάτοις γενόμενος, βαρυτέραν. Quod vero ad prioris membri principium attinet, videri cuipiam possit ἀλλοτρίᾳ iungendum esse cum ἀνοίᾳ, praesertim cum sequatur in altera parte, δὶα οἰκείαν ἄνοιαν: sed dicens, ἀλλοτρίᾳ πειθοῖ χρησάμενος, satis ostendit esse ἄνοιαν ἀλλοτρίαν. *Steph.*

*p.* 168. *l.* 6. ὡς ὁ λοιδορίαις συμπλεκόμενος) Persuadere mihi non possum, Platonem usum esse participio συμπλεκόμενος cum dativo λοιδορίαις. quid enim λοιδορίαις συμπλεκόμενος significabit? Fingamus tamen, & alibi inveniri hoc loquendi genus, & significationem, quae huic loco convenire possit, habere, quid iam infinitivo χρῆσθαι fiet? neque enim si dativum λοιδορίαις cum συμπλεκόμενος iunxerimus, etiam cum χρῆσθαι iungere poterimus. At ecce altera ex parte articulum ὁ, qui, ut illud participium illi dativo iungamus, cogit. His omnibus incommodis leviſſima mutatione medebor, nimirum mutata dumtaxat illius articuli sede; ut ita legamus, ὡς λοιδορίαις, ὁ συμπλεκόμενος, ἄνευ τοῦ γελοῖα ζητεῖν λέγειν, οὐ δυνατός ἐστι χρῆσθαι, & intelligamus, ὡς ὁ συμπλεκόμενος οὐ δυνατός ἐστι χρῆσθαι λοιδορίαις ἄνευ τοῦ γελοῖα ζητεῖν λέγειν. Si autem v. συμπλέκεσθαι in hac significatione libet exponere Latino, quod a bello itidem sumtam metaphoram habeat, dicere possumus *velitari*, vel *digladiari*. nam haec verbis quoque fiunt. Dicit igitur Plato, non posse fieri, ut quis in eiusmodi velitatione iactet convicia, qui non ad ridicula etiam dicta venire velit. Quod convenit cum his, quae antea dixit, μετεκβαίνειν δὲ αὖ πως εἰώθασι πάντες θαμὰ ἐν τοῖς τοιούτοις εἰς τὸ τὶ γελοῖον περὶ τοῦ ἐναντίου φθέγγεσθαι. Sic vero & quod attinet ad ea, quae illum, de quo nunc agitur, locum praecedunt, videtur, quod dicit θυμῷ φιλοφρονουμένους, convenire cum eo, quod dixerat antea, θυμῷ χαριζόμενος. Fateor alioqui φιλοφρονεῖσθαι accusativo solere iungi: quod etiam suspectum reddere locum illum possit, quasi accusat. θυμὸν in locum dativi θυμῷ substituere oporteat. Ficinus quidem certe sensum illorum verborum assecutus non videtur, qui ea sic reddit: *Et eos, qui ira alieno malo concitati sunt, comprimat.* At ego Platonem intelligere puto, Eos, qui irae, quod est aliud malum, gratificantur: si quidem illud detur, eum ad id, quod antea de eadem re loquens dixerat, θυμῷ χαριζόμενος, respicere. Dici autem puto Alii malo, quod malum malo addatur, cum irae convicia etiam & mala verba (ut vocant interdum Latini) adduntur. Venit tamen in men-

tem & alia illorum dativorum, ἑτέρῳ κακῷ, expositio, quam magis placituram esse spero: ut videlicet pro δι' ἑτέρου κακοῦ dicta intelligantur: & sensus sit, eos ad illud irae malum satiandum adhibere aliud petulantis linguae malum. Lubenter autem verbo satiandi utor, quod ita loquens illam metaphoram imiter, qua usus est pag. 167, cum diceret, πράγματι γὰρ ἀχαρίστῳ, θυμῷ, χαριζόμενος ὁ λέγων, ἐμπιπλὰς ὀργὴν κακῶν ἑστιαμάτων: ubi etiam animadverte, illa ἑστιάματα vocari κακὰ, quae certe non alia sunt, quam quae linguae petulantia suggerit. *Steph.*

*ead. l.* 13. πέρι τοῦ λέγειν) Stephano hic & paulo post scribendum videbatur περί του, h. e. περί τινος.

*p.* 171. *l.* 13. καὶ παιδὶ φόνου) Steph. praepositionem περὶ ante φόνου deesse suspicatur. Ficinus certe illam expressit.

*ead. l.* 14. μένειν) Steph. futurum μενεῖν reponendum censebat. Scilicet Ficinus vertit, *Se — permansuros.*

*p.* 172. *l.* 14. ὁπότερος) Steph. adverbium ὁποτέρως substituendum censebat in locum huius nominis. Ficinus: *Quomodocunque iudicatum fuerit.*

*p.* 173. *l.* 3. ξυνδικεῖν) Ald. Bas. 1 & 2. ξυνδοκεῖν. At ξυνδικεῖν legisse videtur Ficinus, vertendo, *talis disceptatio:* unde assumsit Stephanus.

*ead. l.* 4 *sq.* διαβολή τις κακὴ, — ἣν πρῶτον — εἶναι δ' αὐτὴν τῷ τε) Ald. & Bas. 1. διαβ. τις καλή. In huius tamen ed. marg. notatum alterum κακὴ, quod comparet in Bas. 2. & expressum legitur in Ficini versione, *Perversa calumnia.* Pro quo tamen Cornar. Ecl. IX, p. 131, legendum statuebat κακοῖ, quod probabat Steph. in marg. Ab eodem Cornario profectae sunt & reliquae h. l. correctiones, nam Ald. cum Basil. utraque legunt, ἢ πρῶτον — εἶναι δ' αὐτὴ τοῦ τε.

*ead. l.* 13. πειθομένοις) Ante h. v. Steph. καὶ omissum putabat.

*ead. l.* 16. τῶν τοιούτων) Haec verba Fic. non agnoscere videtur: ac certe non video, quem usum habeant. *Steph.*

---

## IN LIB. XII.

*p.* 176. *l.* 8. ἐὰν ὄφλῃ.) A singulari numero orationem exorsus Plato, ad pluralem transit, tandem ad singularem redit: quae commutatio numeri non plane infrequens est. Ficinus tamen singularem numerum ubique retinuit. *Steph.*

*p.* 177. *l.* 5. μαχέσθω νόμῳ) Ficinus vertit, *Hac lege arcebitur:* unde Stephanus suspicabatur, legisse eum κατεχέσθω. Eidem tamen Steph. non aliena ab h. l. videbatur altera lectio,

& festive dici potuisse, μαχέσθω νόμω, quasi illis, qui ea committunt, quae lege coërcenda sunt, certamen sit adversus legem.

*ead. l.* 13. ἐκ τῶν εἰκότων) *Post* εἰκότων *in uno exemplo est* ὄντι, *deinde* τί χρή *&c.* Steph. Scilicet Ficinus vertit: *Tanquam sanari quodammodo posse* videantur, quid *pati* &c.

*p.* 179. *l.* 9. καὶ ποδῶν δύναμιν) Post accus. δύναμιν est stigme in praeced. edit. cum tamen eum ab infin. διαφθείρειν regi necesse sit. Non dubium est igitur, quin illa inde summovenda fuerit: sed an post διαφθείρειν, an post περικαλυφῇ ponenda, de hoc vero non immerito quis dubitaverit. Potest enim ita hic locus intelligi, μὴ διαφθείρειν τὴν τῆς κεφαλῆς καὶ ποδῶν δύναμιν τῇ περικαλυφῇ τῶν ἀλλοτρίων σκεπασμάτων: ut sequatur τὴν τῶν οἰκείων πίλων τε καὶ ὑποδημάτων γένεσιν καὶ φύσιν ἀπολλύντας, ut Ficinus intellexit: qui etiam ita vertit, ac si καὶ μὴ ἀπολλύναι legeretur. Possunt vero ista sic quoque accipi, ut post διαφθείρειν interpungentes, hypostigmen contra, quae est post περικαλυφῇ, tollentes, antitheta haec ἀλλοτρίων σκεπασμάτων & οἰκείων πίλων τε καὶ ὑποδημάτων, item περικαλυφῇ & γένεσιν καὶ φύσιν, in eodem orationis membro ponamus: ut ita legatur hic locus, τὴν τῆς κεφαλῆς καὶ ποδῶν δύναμιν μὴ διαφθείρειν, τῇ τῶν ἀλλοτρίων σκεπασμάτων περικαλυφῇ τὴν τῶν οἰκείων &c. Iam vero sciendum est, posse & aliter posteriorem huius loci partem intelligi, illam, quam dixi, interpunctionem post διαφθείρειν, non post περικαλυφῇ, sequendo: ut videlicet verba ista, πίλων τε καὶ ὑποδημάτων γένεσιν καὶ φύσιν, tanquam per appositionem dicta esse censeamus, & cum οἰκείων quidem, σκεπασμάτων, cum τὴν autem, περικαλυφὴν subaudiamus, ex praecedentibus repetentes. Quam ego lectionem (in qua nihil, praeter interpunctiones, mutatur) ceteris anteferendam censerem, utpote in qua res quidem eadem, sed elegantius, meo quidem iudicio, dicatur: nisi haec, πίλων τε καὶ ὑποδημάτων, ab οἰκείων seiuncta, dici duriuscule viderentur: cum non sint proprie πῖλα neque ὑποδήματα, sed sint πῖλα & ὑποδήματα nobis οἰκεῖα, si conferantur cum iis, quae extrinsecus petimus, ideoque ἀλλότρια vocantur. Quod autem ad vocab. φύσιν attinet, ita hic accipi, ut plerumque apud Hippocratem, non autem pro natura, existimo. *Steph.*

*p.* 181. *l.* 2. τῶν ἀριστειῶν) Steph. malebat ἀριστείων, uti paulo ante, ἀριστείων δὲ πέρι κρίνεσθαι.

*ead. l.* 4. στρατεύσῃ) In vet. στρατεύσηται, quod malebat Stephanus.

*ead. l.* 10. παρθένος γὰρ αἰδοῦς) Steph. coni. αἰδοίη;

quod Ficini verſio & res ipſa firmat. Reſpexit forte illa Heſiodi:

Ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη Διὸς ἐκγεγαυῖα,
Κυδνή τ' αἰδοίη τε θεοῖς, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι.

*p.* 182. *l.* 4. Πηλείδου) Ald. Baſ. 1. 2. ἀπηλεῖ, quam mendoſam ſcripturam primus correxit Cornar. Ecl. l. p. 132, legendo, Πηλείδου, adoptavitque Steph. Idem tamen in Nott. coniiciebat ſcrib. ἃ Πηλεῖ, quod ſane ad editt. lectionem propius accedit. Qui inſuper Θέτιδος pro Θέτιδι malebat, ne v. ἐπιδοθῆναι duos dativos habeat. Male, opinor. Verba enim ita iungenda videntur, ἃ φησὶν ὁ π. ἐπιδοθῆναι Θέτιδι παρὰ θεῶν, προῖκα Πηλεῖ. Thetidi igitur a Diis dona facta, non Peleo, quae ratio & in Harmoniae nuptiis obtinet.

*ead. l.* 8 *ſq.* ἢ χειμώνων ἐν τόποις ὑποδ.) Stephanus, cum non videret, quo referretur genit. χειμώνων, & voces ἐν τόποις ſenſu idoneo deſtitutas putaret, legendum ſtatuit: ἢ ἐκ χειμώνων ἐκτόπων ὑποδ.

*ead. l.* 10. ἢ μυρί' ἂν ἔχοι τὶς) Si quid hic eſt mendi, idem certe alibi quoque eſt, ubi eadem omnino eſt ſermonis ſtructura, ſequente infinitivo, ut hic. Ac primo quidem aſpectu videri poſſit ſcribendum eſſe, ἢ μύρι' ἃ ἂν ἔχοι τὶς &c. verum ita ſcribendo, cui verbo iſta ἢ μυρία iungemus? Aut igitur pro ἢ, & hic, & in eo, quem ſimilem dico eſſe, loco legendum καὶ fuerit, meo quidem iudicio, aut fatendum eſſe ſermonem ἐλλειπτικόν: nec eſſe aliter intelligendum, quam ſi diceretur, ἢ ἄλλως. μυρία γὰρ ἂν ἔχοι τὶς τοιαῦτα παραμυθούμενος ἐπάδειν. *Steph.*

*p.* 184. *l.* 11. εὐθύνων δὴ) Non εὐθύνων, ab εὔθυνοι, ſed εὐθυνῶν, ab εὐθύναι, Ficinus legit. *Steph.*

*ead. l.* 14. ἂν γάρ τις τὶ εἴπῃ &c.) Recte ita verba tranſpoſuit Cornar. Ecl. l. p. 132, cuius legendi rationem ſecutus eſt Steph. Editt. vett. tenent, ἂν τίς τι εἴπῃ σκολιὸν αὐτῶν, καμφθεὶς ὑπὸ βάρους μὲν τὴν ἀρχὴν πράξῃ, τὴν δ' αὐτοῦ &c. Cornarius tamen inſuper reſcribendum opinabatur ἐνδείας pro ἐνδείᾳ.

*p.* 185. *l.* 3. καὶ νεύρων ἐπιτόνους) Cornar. l. l. corr. καὶ νεῦρα καὶ ἐπιτ. & mox pro διεσπαρμένην, διαπεπαρμένην.

*ead. l.* 13. ἔτι νεύουσαι) Ald. Baſ. 1 & 2. νέα οὖσαι, pro quo Cornar. l. l. legi volebat ἅμα οὖσαι. Praeſtat tamen Stephani νεύουσαι.

*p.* 186. *l.* 11. λειφθῶσιν) Vide, an non potius legendum ſit ληφθῶσιν. *Steph.*

*p.* 187. *l. ult.* ὥσπερ ἀνάγκη) Steph. ſcribendum putat

ἀνάγκη, ut ſubaudiatur ἐστὶ, ſubiuncta hypoſtigme. Scilicet Ficinus vertit: *Quemadmodum neceſſitas exigit.*

*p.* 188. *l.* 11. τῶν ἱερέων) Steph. aut ἐκ ſupplendum, aut, quod potius ipſi videbatur, artic. τῶν delendum iudicabat.

*ead. l. ult.* ἔπαινον) Steph. deſiderabat ante h. v. partic. καί.

*p.* 189. *l.* 2. εἰς τὴν δίκην) Baſ. δίκην. Quae lectio orta eſt e vitioſa Aldi ſcriptura δήκην.

*ead. l.* 4. ἐπόμονται) Steph. rectius ſcriptum iri videbatur ἐπόψωνται, uti Ficinum quoque legiſſe veroſimile eſt.

*p.* 191. *l.* 1. εἰκότως) Ante h. v. ſtigmen ponendam eſſe, bene animadvertit Steph. Ficinus quoque in verſione ſeiunxit.

*ead. l.* 3. διανοούμενος) Stephanus coni. διανοουμένῳ.

*p.* 193. *l.* 14. πράσιν) Vitioſe Ald. & utraque Baſ. πράσσειν. Iam Ficinus, *Pignore vendito.*

*p.* 194. *l.* 9. δεχ. τε αὐτοῖς) Non ſuo loco poſitum videri queat pron. αὐτοῖς: niſi dicamus, eſſe ita implicitam hanc orationem, ut αὐτοῖς ad φύρεσθαι referatur: perinde ac ſi ſcriptum eſſet, οὐδὲν διαφέρει, δεχομένους τε ξένους φύρεσθαι αὐτοῖς, καὶ αὐτοὺς &c. *Steph.*

*p.* 195. *l.* 6. εὐδοξίαν πρὸ τῶν π.) Steph. non dubitat, quin ſcribendum ſit εὐδοξίαν πρὸς τῶν π. uti paulo poſt: δόξαν πρὸς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων.

*p.* 196. *l.* 2 *ſq.* Πυθώδε τῷ Ἀπόλ.) Steph. corr. Πυθῶδε δὲ τῷ Ἀπόλ. Certe Fic. δὲ expreſſit.

*ead. l.* 11. παρεμένους.) *Sub h. v. non immerito quis errorem latere ſuſpicetur: poſt quod participium ponenda tantum fuerit hypoſtigme,* χρεὼν *accipiendo pro Si oporteat.* Steph. Ficinus totum locum plane omiſit.

*p.* 197. *l.* 8. ΑΘ. Τῇδε.) Τῇδε in Ald. Baſ. 1. 2. praeced. iungitur, & Athen. nomen ante πρῶτον demum poſitum legitur. Sed iam Fic. Athenienſi tribuit, approbante Stephano, & re ipſa iubente.

*p.* 198. *l.* 16. ἀτιμάζειν δὲ) *Inter* αὐτοὺς *&* ἀτιμάζειν *leguntur quaedam in uno vet. exempl. ubi poſt* αὐτοὺς *ſcriptum eſt,* διαφερόντως τε τηροῦντας· καὶ τιμᾷν μὲν κατορθοῦντας, ἀτιμάζειν δὲ *&c.* Steph. Nimirum Ficini verſionem reſpexerit Stephanus. Si tamen eius verſionem curatius expendas, vix aliter legiſſe videbitur.

*ead. l. ult.* ἀνθρωπίνοις) Stephanus corr. ἀνθρώποις.

*p.* 199. *l.* 11. ἐάν τ' ἐν δικ.) Steph. corr. ἐάν γ' ἐν δικ.

*p.* 201. *l.* 15. πιστεύων ἱκανῶς εἶναι ξένος τῷ τοιούτῳ ξενῶνι) Haec verba, ut per parentheſin poſita, legenda eſſe notabat Steph. Idem poſt ξυνὼν deſiderabat partic. δὲ vel καί.

*p.* 203. *l.* 8. ὅρος) Poſt h. v. Stephano deeſſe videbatur ἔστω: ut ſit ſenſus, Spatium temporis ſit praeſcriptum, per quod ſi quis aliquid poſſederit, non amplius de eo actionem intendere adverſus illum liceat.

*p.* 204. *l.* 9. γυμνικῆς) Legitur etiam, teſte Stephano, γυμναστικῆς.

*p.* 205. *l.* 1. Ἐάν τε τις) Steph. partic. τε, e praeced. male hic inculcatam, delendam cenſet.

*p.* 206. *l.* 3. βουλευομένων) Participium hoc ſuſpectum habet Stephanus, nec agnoſcitur a Ficino.

*ead. l.* 7. οἰκήσεως) Non aliter vertit Ficinus, quam ſi legerit οἴκησις. Vertit enim: *Terra quidem & Veſta, ſacra Deorum omnium habitatio eſt.* Ciceronem autem, ſi quidem nonnulla eius exemplaria ſequamur, οἴκησις itidem agnoſcere, ſi alia, aliter legere dicemus, nimirum οἰκήσεως, ut hic ſcriptum eſt. Ita enim Cicero locum hunc interpretatur in nonnullis libris: *Terra igitur, ut focus, domicilium ſacrum omnium Deorum eſt.* at vero in aliis hoc modo: *Terra igitur, ut focus domiciliorum, ſacra Deorum omnium eſt. Steph.*

*ead. l.* 11. οὐκ εὐχερὲς ἀνάθ.) Cicero vertit (Legg. II, 18) *haud ſatis caſtum donum Deo.* Legiſſe adeo videtur οὐκ εὐαγὲς ἀνάθημα. Paulo inferius pro καταβάσεων Grou corr. καταβολῶν, de depoſita apud magiſtratum pecunia.

*p.* 208. *l.* 9. καὶ τρίς.) Steph. excidiſſe putabat λεχθὲν ſ. ῥηθέν. Scilicet Ficinus vertit: *Et bis & ter recte* dici poſſunt.

*p.* 209. *l.* 9. αὐτῶν πέρι μανθ.) Stephanus coni. αὐτῶν πάρα μανθάνειν.

*p.* 211. *l. ult.* ἃ δὲ ἡ χώρα — φύσιν ἔχει) Concurrunt hic duo nominativi ἃ & ἡ χώρα, quae ad ἔχει aeque referri deberent; quod tamen fieri non poteſt. Neque enim dici poteſt ἃ δὲ (χωρία) ἡ χώρα φύσιν ἔχει, ut ſimul περὶ τῶν χωρίων & περὶ τῆς χώρας intelligatur φύσιν ἔχει. Videndum igitur, an non pro φύσιν ſcribendum ſit φύσει, quod ſonet ἐκ φύσεως, ut ſignificetur, Sed quae loca regio a natura habet ad hoc tantum accommodata. Alioqui, ut retineretur φύσιν ἔχει, videri poſſit ſcribendum, ἃ δὲ τῆς χώρας &c. vel ἃ δὲ ἐν τῇ χώρᾳ &c. Cicero quidem certe φύσιν ἔχει legiſſe videtur, hunc locum interpretans in L. de Legg. II. *Vetat* (inquit) *ex agro culto, eove, qui coli poſſit, ullam partem ſumi ſepulcro: ſed quae natura agri tantummodo efficere poſſit, ut mortuorum corpora ſine detrimento vivorum recipiat, ea potiſſimum ut compleatur.* Animadvertendum eſt praeterea, ita vertiſſe Ciceronem, ac ſi ſcriptum eſſet μάλιστα ante ἐκπληροῦν. *Steph.*

*p.* 212. *l.* 6. ὑψηλότερον) *Vocula* ἢ *desiderari videtur post* ὑψηλοτ. Steph. Recte, & expressit Ficinus.

*p.* 213. *l.* 7. τῶν μετὰ) Vide, an non scribendum sit τὸν μετὰ &c. quam lectionem sequitur & Fic. *Steph.*

*ead. l.* 8. διαφέροντα) Ald. Bas. 1. 2. διαφερόντα: unde Stephanus legendum coni. διαφερόντως. Idem pro τὸν αὑτοῦ legit τῶν αὑτοῦ.

*p.* 214. *l.* 13. πρρσάγειν) Stephanus coni. προάγειν.

*p.* 215. *l.* 6. κατοικῆσαι) Stephano non κατοικῆσαι, sed κατοικίσαι hic locum habere videbatur, mox autem scribendum esse γενηθέντι.

*ead. l.* 14 *sq.* τῇ τῶν κλ. τῷ πυρὶ) Falso legi has voces τῷ πυρὶ, mihi non dubium est. Sed quae vox ipsarum loco substituenda sit, incertum est. Talis certe requiritur, ad quam artic. τῇ referatur. Atque ego quidem φύσει vocem, donec rectior occurrerit, apprehendi. Commodam enim sententiam ea exhibet, si legatur, ἀπεικασμένα τῇ τῶν κλωσθέντων φύσει κ. λ. *Cornar. Ecl. l. p.* 132.

*p.* 216. *l.* 1. πῶς χρὴ) Ald. Bas. 1. πᾶν χρή· male. πῶς χρὴ volebat quoque Corn.

*ead. l.* 15. ἔτι δὲ) Male εἴτι δὲ in praeced. edit. male etiam post ζήτησιν in illis interpungitur; cum non aliter intelligendum sit τοὺς ἐκδημήσαντας ἐπὶ ζήτησιν εἴτι που γίγνοιτο, quam si dictum esset τοὺς ἐκδημήσαντας ἐπὶ τὸ ζητεῖν. Sed suspecta mihi relinquitur vocula ἓν post γίγνοιτο: ac vereor, ne praepositio ἐν a Platone scripta fuerit cum his dativis, ταῖς ἄλλαις πόλεσι, vel aliis huiusmodi. Alioqui si suspicione liberanda esse videatur illa vocula, eum usum habere existimanda erit, quem haberet, si dixisset, εἰ ἕν τι που γίγνοιτο &c. *Steph.* Ἔτι δὲ suppeditavit Ficini versio: *Praeterea & illi* &c.

*p.* 218. *l.* 13. καὶ ἰατρικῆς) Desunt haec verba in praeced. edit. primusque ea revocanda duxit Cornar. Ecl. l. p. 133; & quidem Ficini auctoritate: *Sed in exercitu* & medicina *consideremus.*

*ibid.* θέμενοι στρατηγοὶ) Vel θεμένη στρατηγικὴ, vel στοχάζοιντ' ἂν legendum esse iudicabat Stephanus. sine causa, nam στοχάζοιτ' ἂν Plato cum proximo ἰατρικὴ ὑπ. coniunxit.

*p.* 219. *l.* 16. ἱκανὸν) Stephanus coni. ἱκανῶς, auctore Ficino, *sufficienter* vertente.

*p.* 220. *l.* 10. τὸ τοῖς μὲν) Stephanus corr. τῷ τοῖς μέν.

*ead. l.* 17. ξύμπαντα· εἰς ἓν δὲ οὐδ. διαφερόντως) *Post* ξύμπαντα *videri possit deesse* οὔ: *ut legatur* εἰς ἓν δὲ οὔ· οὐδὲν &c. *aut omnino delendum* εἰς. Steph. Hanc veriorem suspicionem firmat Ficini versio.

*p.* 221. *l.* 9. οἳ δὴ βλέπειν) Steph. ſcribendum videbatur ἀεὶ δὴ ex antec. δεῖν ἀεὶ πάνυ᾽ ἡμῖν — βλέποντ᾽ εἶναι.

*ead. l.* 13. φράζειν· σὺ δ᾽ ὢν δὴ διαφέρων) In praeced. edit. vitioſe φοράζειν. Mox σὺ δ᾽ οὖν δὴ διαφ. corrigendum ſtatuebat Steph. niſi ὢν per pleonaſmum cum διαφέρων poni dicatur.

*ead. l.* 16. ὑπ᾽ ἄλλων) Stephanus coni. vel ὑπὲρ ἄλλων, vel ἐπ᾽ ἄλλων.

*p.* 222. *l. ult.* οὗ καὶ τὰ θηρ.) Fic. vertit, *Unde beluae quoque* &c. Hinc ſuſpicabatur Steph. illum legiſſe ὅθεν. quod vix puto.

*p.* 224. *l.* 4 *ſq.* διδάσκοντα — δηλοῦντα) Stephanus corr. διδάσκοντας — δηλοῦντας.

*ead. l. ult.* τῶν δὲ φυλάκων) τῶν δὴ φυλάκων malebat Steph.

*p.* 225. *l.* 9. ἢ πῶς ἄλλως) Aptius lectum iri videtur ἤ πως ἄλλως: ſicut & Ficinus legit. Alioqui bis intelligendum fuerit λέγωμεν. *Steph.*

*ead. l.* 10. διηκριβωμένους) Steph. emendat διηκριβωμένως. Scilicet Ficinus vertit, *Exquiſitiori ratione.*

*p.* 227. *l.* 2. πειθώμεθα) Ficinus vertit, *Si noſtro conſilio creditis.* legiſſe adeo videtur πείθησθε.

*ead. l.* 13. Τί δ᾽ ἐννοεῖν) Scribendum videtur Τί δέ; ἐνν. &c. Sic & ſtatim poſt malim, Τί δέ; περὶ πάντων &c. *Steph.*

*p.* 229. *l.* 2. διακεκοσμημένος) Mutandum puto in διακεκοσμηκώς. Sic enim & paulo poſt legimus, ὡς νοῦς εἴη ὁ διακεκοσμηκὼς πάνυ᾽ ὅσα κατ᾽ οὐρανόν. *Steph.*

*p.* 230. *l.* 8. ἀπεικάζοντες) Particip. ἀπεικάζοντες mutandum puto in infinit. ἀπεικάζειν: & poſt ὑλακαῖς ſcribendum, ἄλλα τ᾽ ἀνόητ᾽ εἰπεῖν. ut intell. ὥστε ἀπεικάζειν, & ὥστε εἰπεῖν. Sed legi etiam poſſet, ταῦτ᾽ ἄλλα τ᾽ ἀνοήτ᾽ εἰπεῖν. *Steph.*

*p.* 231. *l. ult.* νόμοις) Stephanus non dubitat, quin ſcribendum ſit νόμους. Recte.

*p.* 232. *l.* 8. τρόπων ἤθεσι καὶ ἔθ.) Ald. τρόπων ἤθεσι καὶ ἤθεσι. Baſ. 1 & 2. ἔθεσι καὶ ἤθεσι.

*ead. l.* 10. οὓς τε καὶ) Haec verba Fic. non agnoſcit: ſed locum hunc ita vertit, ac ſi dumtaxat legiſſet χρόνους ἐν οἷς δεῖ. abeſſe autem illa ego quoque malim. Quin etiam pronomine ταῦτα poſt μάταιον carere poſſit haec oratio. *Steph.*

*ead. l.* 12. ὅτι πρὸς καιρ.) Steph. corr. ὅ, τι, vel τί.

*ead. l.* 15. ἀπόῤῥητα δὲ) Cum ἀπόῤῥητα ſtatim praecedat, aliam olim vocem hic lectam fuiſſe, ſuſpicatur Steph.

*p.* 233. *l.* 9 *ſq.* ἢ ᾧ ἂν — κατασκευάσας αὐτὴν) Nullus eſt uſus pronom. αὐτὴν poſt κατασκευάσας, ſed potius turbat lectorem: cum intelligendum ſit, σὺ γὰρ κλέος ἀρῇ μέγιστον ὅταν κατασκευάσῃς ὀρθῶς τὴν Μαγνητῶν πόλιν, ἢ ᾧ ἂν θεὸς ἐπώνυ-

μον αὐτὴν ποιήσῃ. Videndum tamen eſt, an dici debeat poſitum eſſe hic quoque per pleonaſmum. Ceterum Ficinus hunc locum ita vertit, quaſi ἢ ἥ ἂν legeretur. *Steph.*

*ead. l.* 16. ὀνείρατος ὧς) Haec verba a reliquis ſeiungenda ſunt, & vertenda, *quaſi ſomniantes*, ut bene Ficinus.

*p.* 234. *l.* 4. κατοικήσεως) Stephanus corr. κατοικίσεως: itidemque paulo poſt κατοίκισιν.

---

## IN EPINOMIDEM.

*p.* 240. *l.* 3 *ſq.* οἵτινες μὲν γὰρ οὖν ἐλέγομεν) Steph. non mutata ſolum quaedam in iſta, quam habemus, huius loci lectione, ſed omiſſa etiam eſſe arbitrabatur. Quam ſuſpicionem auget Ficini verſio.

*ead. l.* 14. λεγομένη) Cornar. legendum coni. γενομένη. At Stephanus neutram lectionem genuinam exiſtimat.

*p.* 241. *l.* 2 *ſq.* διὰ τέχνης &c.) Steph. totum locum ſic legendum arbitratur: διὰ τεχνῶν μὲν ἀπεργαζομένην, τούτων δὲ οὐδεμίαν &c. Praeclare. Atque ſic Ficinum quoque legiſſe ſuſpicor, cum vertat: *Poſtquam vero nullam earum artium, quibus neceſſaria parantur, ſapientem hominem facere nobis conſtitit.*

*ead. l.* 6. πολλοῖς δ' αὐτῶν) Steph. coni. πολλοῖς δ' αὖ τῶν.

*ead. l.* 11. ἐξειργασμένων) Grou corr. ἐξειργμένων ſ. ἐξειργομένων. & mox ἀνδρείᾳ & συφίᾳ, pro ἀνδρεία & σοφία. Recte.

*ead. l.* 16. ὅσον ὧραι) Suſpicor ſcribendum eſſe ὅσων ὧραι, ut intell. ἐκείνων ὅσα, vel, propter σχεδὸν, πάντων ὅσα. In illis quoque, quae proxime praecedunt, puto legi debere, ἣν δὲ καλοῦμεν ἰατρ. *Steph.*

*p.* 242. *l.* 1. εὐδόκιμον δὲ οὐδὲν τούτων) Haec verba claudunt ſententiam, ideoque ante εὐδόκιμον non ponendam τελείαν ſtigmen cenſebat Stephanus. Idem cum οὐδὲν τούτων ſubaudiendum opinabatur βοηθημάτων.

*p.* 245. *l.* 14. ἓν οὐδὲν μένει) Stephanus corr. μενεῖ, ut conveniat cum ἀπολεῖται.

*ead. l.* 15. ικανῶς) Ficinus vertit, *Forte vero* &c. Legit igitur ἴσως. Atque ſic legendum eſſe ſtatuebat Cornar. in Ecl. l. p. 133.

*p.* 246. *l.* 2. πᾶς μάντις) Vitioſe Ald. Baſ. 1 & 2. πᾶς ἂν τις. At μάντις agnoſcit Ficinus.

*ead. l.* 4. διαριθμουμένων) Suſpectum eſſe poſſit hoc participium, niſi dicamus, inter illud & κινήσεως aliquid deeſſe.

Ficinus certe ita vertit, quasi legerit, *ἐπεὶ καὶ κατὰ τὰ μουσικὴν πᾶσαν ἀριθμοῦ κινήσεώς τε καὶ φθόγγων δῆλον ὅτι δεῖται.* Fortasse tamen putet aliquis posse intelligi, *δεῖται διαριθμουμένων κ. τ. κ. φθόγγων*, dictum esse pro *δεῖται τῆς διαριθμήσεως*: sed vix mihi persuaserim, Platonem ita locutum fuisse. At vero *δεῖ* alio etiam in loco pro *δεῖται* positum observavi. *Steph.*

*ead. l.* 7. *ἀλλ' ἢ σχεδὸν*) Haec quoque mendosa esse, fatendum est: ac Ficinum ea vel aliter legisse, vel legenda certe putasse, est manifestum, qui etiam ea, quae sunt post *γένοιτ' ἄν*, cum praeced. iungit, ut ad unam eandemque sententiam pertinentia. Vertit enim, perinde ac si legeretur, *καὶ (τὸ μέγιστον) ἀγαθῶν ὡς πάντων αἴτιόν ἐστι, κακοῦ δὲ οὐδενὸς* (nisi & *κακῶν οὐδενὸς* ferri possit, pro *οὐδενὸς τῶν κακῶν*) *ἐκ τούτου γνωστὸν καὶ τάχα γένοιτ' ἄν, ὅτι ἢ σχεδὸν* &c. Videri possent alioqui hae voces *ἀλλ' ἢ* factae esse ex *ἄλλῃ*, ita scribendo, *εὖ τοῦτο γνωστὸν ἔτι καὶ τάχα γένοιτ' ἂν ἄλλῃ· ὅτι ἢ σχεδὸν* &c. Sed altera lectio facilius apud me fidem impetraverit, si nullam harum vocularum *ἀλλ' ἢ* rationem habere liceat. *Steph.*

*ead. l.* 16. *γέγονε πόθεν*) Steph. orationem ita distinguit, *γέγονε πόθεν ἡμῖν ὥστ' ἐννοῆσαι*; ne cum *φύσιν ταύτην ἰσχουσιν* oporteat & haec iungere, *ὥστ' ἐννοῆσαι*, & illa *πρὸς τοὺς δυνατοὺς ἐννοεῖν εἶναι.* Ficinus tamen vulgarem sequitur rationem.

*ead. l. ult. ἐκ τοῦ παντὸς*) Cornar. p. 133 corr. *ἐκ τοῦ πατρὸς*, quod sequatur *παρὰ τοῦ πατρὸς ἀριθμεῖν.*

*p.* 247. *l.* 5. *ἓν ἑνὸς*) Steph. suspicatur, Ficinum legisse, aut certe legendum putasse, *ἓν ἀνθ' ἑνὸς*, cum vertat, *Si unum uni conferatur.*

*p.* 248. *l.* 5. *μείζονος*) Post h. v. desiderari quidpiam videbatur Stephano.

*p.* 250. *l.* 10. *εἰρημένων*) Legitur etiam, teste Steph. *εἰρηκότων.*

*p.* 251. *l.* 8. *κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον*) Eusеb. *κατὰ τὸν ὕστερον λόγον.*

*p.* 252. *l.* 9. *τοῦτό γε*) *Legitur etiam τότε: quae lectio aptior esse videtur.* Steph. *Τότε* comparet in Ficini versione expressum.

*p.* 253. *l.* 2. *τὸ δὲ λέγομεν*) Steph. totum locum ita legit: *τῷ δὲ (λέγωμεν πάλιν. οὐ γὰρ ἁπαξ ῥητέον) ἀοράτῳ τε εἶναι*, subaudiendo ex praeced. v. *προσήκει.*

*ead. l. ult. πάντα*) Pro *πάντα* invenitur etiam, auctore Stephano, *πάλιν.*

*p.* 255. *l.* 13. *πράττειν*) Stephanus coni. *πράττει.*

*ead. l. ult.* ὡς διὰ τοῦτο — πράττον ἀεί.) Cornar. corr. ὡς δὴ τοῦτο, & mox τὰ αὐτὰ πράττον, quod in textum tacite recepit Steph. cum editt. offerant καὶ διὰ ταῦτα π. Pro πράττον vero Steph. ſcribendum putabat πράττειν, ut intell. διὰ τοῦτο αὐτὸ, διὰ τὸ πράττειν.

*p.* 257. *l.* 15. ἔμφρον μέν που) Vide, an non ſcribendum ſit, ἔμφρον τὸ μέν που: & paulo poſt, ἄρχον τὸ μὲν, τὸ δὲ ἄρχ. *Steph.*

*p.* 258. *l.* 8. θεῶν αὐτῶν, αὐτῶν ἐργ.) Sic Ald. at Baſ. 1. 2. cum Lovan. omittunt alterum αὐτῶν, improbante Stephano.

*p.* 261. *l.* 7*ſq.* λεχθεῖσιν — δόξαις παραγεν.) Ald. Baſ. 1. 2. λεχθὲν, τίσιν — δόξας. quae ſcripturae vitia ſuſtulit Cornar. in Ecl. p. 134.

*ead. l.* 14. ὥσπερ οὐδ' ὂν) Cornarius corr. ὡς οὐδ' ἓν, ſ. potius οὐδέν.

*p.* 262. *l.* 5. ἀδύνατος ὢν) Grou corr. δυνατὸς ὤν.

*ead. l.* 18. τῶν πάντων ἀοτρων) Pro πάντων legitur etiam, teſte Stephano, πλανητῶν.

*p.* 264. *l.* 2. τόγ' ἐπίπαν) Stephanus corr. τὸ δ' ἐπίπαν.

*ead. l.* 7. τόπος) Alii, auctore Stephano, τρόπος.

*ead. l. ult.* ἀλλὰ γὰρ καὶ ὀνόματα) Totum hunc locum Ficinus ita legiſſe videtur: ἀλλὰ γὰρ ἐπωνυμίας εἰλήφασι θεῶν. ὁ μὲν γὰρ ἕωσφόρος, ὁ καὶ ἕσπερος ὢν, Ἀφροδίτης εἶναι σχεδὸν ἔχει λόγον, καὶ μάλα Συρίῳ νομοθέτῃ πρέπον. ὁ δ' ὁμόδρομος ἡλίῳ τε ἅμα καὶ τούτῳ σχεδὸν, Ἑρμοῦ.

*p.* 265. *l.* 5. προσαγορεύοι) Poſt h. v. legitur in vet. (Ficino puta) ὃς ἐναντίως ἐκείνοις ξύμπασι πορεύεται, ἄγων τοὺς ἄλλους, ὥσγε ἀνθρώποις &c. *Steph.*

*ead. l.* 9. Φαίνωνα δ' αὐτὸν &c.) Aliter prorſus hunc locum vertit Ficinus, nimirum, uti Steph. Graeca conſtituit, Κρόνου δ' αὐτὸν τινὲς ἐπωνυμίαν φθέγγονται. τὸν δὲ μετὰ τοῦτον, λέγειν χρὴ Διός. Ἄρεως δὲ ὁ μετὰ τοῦτον. πάντων δὲ οὗτος ἐρυθρότατον ἔχει χρῶμα &c.

*p.* 266. *l.* 3. αὐτοῖς παραδέδωκε) *Non poteſt ferri* αὐτοῖς: *nec Fic.* αὐτοῖς *legit, ſed* ἡμῖν. *Paulo poſt autem aut* παραλάβωμεν *in* παραλάβωσι, *aut* ἀπεργάζονται *in* ἀπεργαζόμεθα *mutare neceſſe eſt.* Steph. Παραλάβωσι Ficinus expreſſit.

*p.* 267. *l.* 13. οὐδ' ἡμῖν ἀπιστεῖ) Stephanus legendum cenſet ἀπιστεῖται, quod & Ficinus expreſſerit.

*p.* 268. *l.* 3. νενικηκέναι) Stephanus poſt h. v. deſiderabat particulam δέ.

*p.* 269. *l.* 14. μάλιστα) Legitur etiam κάλλιστα, quod probabat Stephanus.

*p.* 271. *l.* 5. φύσεις, δι' ἃς) Al. teſte Steph. φύσεις, οἷας.

*ead. l.* 7 *ſq.* ἀριθμὸν αὐτῶν) *In vet.* ἀριθμῶν αὐτῶν, ἀλλ' οὐ σώματα ἐχόντων. *Steph.* Scilicet Fic. vertit: *Primo vero ac maxime numeris: non iis, dico, numeris, qui corpus habent.* Legit igitur potius — καὶ πρῶτον ἀριθμῶν αὐτῶν, ἀλλ' οὐ τῶν σώματος ἐχόντων.

*ead. l. ult.* τέχνη ὁμοία) In vet. ὁμοιοῖ. *Steph.*

*p.* 273. *l.* 6. βάσανος ἀνθρώποις) Stephanus auctor eſt legi quoque, βάσανος ἂν ὀρθῶς γίγνηται.

---

## IN TIMAEUM.

*p.* 281. *l.* 1. ἀντεφεστιᾶν.) Steph. contendit, ſcribi debere ἀνθεστιᾶν, cum nominis ἐφέστιος ſignificatio talis non ſit, ut, ſi v. ἐφεστιᾶν ex eo facere libuiſſet, ſignificare poſſet *convivio excipere*, vel *epulis*: cui praefixa praepoſitione ἀντὶ, diceretur ἀντεφεστιᾶν pro *viciſſim excipere convivio:* & Plato ſupra non ἐφεστιατόρων dixerit, ſed ἑστιατόρων. Idem pro ἡμῶν legi vult ἡμᾶς.

*ead. l.* 5. ἵνα βεβαιωθῇ μᾶλλον) Stephanus notat, exſtare quoque ἵνα βεβαιωθῇ πάλιν.

*ead. l.* 13. ἑκάστη τέχνη) Cod. Tubing. ἑκάστου τῇ τέχνῃ.

*ead. l.* 15 *ſq.* καὶ τῶν ἔνδον — ἅτε φύσει) Cod. Tub. κ. τ. ἔνδοθεν — καὶ φύσει.

*p.* 282. *l.* 4 *ſq.* Τί δαὶ τροφήν; — ὅσοις προσήκει) Tub. Τί δὲ διὰ τροφήν; — ὅσα προσήκει. male.

*p.* 283. *l.* 5. γνώσαιτο, νομίσωσι) Steph. corr. γνώσοιτο, vel γνώσεται, & νομιοῦσι, indicativo modo. ſine iuſta cauſa. At γνώσοιτο firmat Tub.

*ead. l. ult.* τὰ δὲ τῶν φαύλων) Tub. τῶν κακῶν. At Ficinus, τῶν ἄλλων. vertit enim, *Aliorum vero alios* &c.

*p.* 284. *l.* 4 *ſqq.* Ἆρ' οὖν διελ. — ἢ ποδοίης ἔτι — ἀπολειπόμενον) *Particulam* τὶ *participio* ἀπολειπόμενον *adiectam fuiſſe puto. fortaſſe igitur non* ποδοίης ἔτι, *ſed* ποδοίης τὶ *ſcriptum fuit.* Steph. Cod. Tub. poſt οὖν offert δὴ, & pro ποδοίης ἔτι legit ποδοῦ μέν τι — ὡς ἀπολειπόμενον.

*p.* 285. *l.* 10. τῆς τροφῆς ἑκάστης) *Pro* ἑκάστης *ſcribendum vel* ἑκάστοις, *vel* ἑκάστῳ *cenſeo. Quorſum enim cum* τροφῆς *adderet* ἑκάστης, *cum* τροφὴν *generaliter dicat, non autem varias eius ſpecies conſtituat? Quin etiam aliquem* μιμεῖσθαι οἷς ἂν ἐντραφῇ, & μιμεῖσθαι τὸ ἐκτὸς τῆς τροφῆς γιγνόμενον *ab eo opponi videmus.* Steph. Recte. Atque ita plane, nempe

ἑκάστοις, exhibet Tub. assentiente quoque Ficino: *Longeque ab* eorum *educatione remota.*

*ead. l.* 14. ἅμα καὶ) καὶ omittit Tub.

*ead. l.* 17. καταλ. δὴ τὸ τῆς ἡμετέρας) Tub. καταλ. ἀν. Pro ἡμετέρας Stephanus corr. ὑμετέρας, quod & Fic. & sequentia postulant.

*p.* 286. *l.* 3. μετακεχείρισται) Tub. κατακεχείρισθαι.

*ead. l.* 7. ταῦτα ἱκανῆς) ταῦτα ἱκανὴν, Tub.

*p.* 287. *l.* 9. Δοκεῖ μὲν) Δοκεῖ μὴν, Tub.

*ead. l.* 10. λόγου — ἀτόπου) Tub. Ald. Bas. 1 & 2. ἀποτόμου, vitiose, monente iam Cornar. in Ecl. p. 103.

*ead. l.* 11. ὡς δὴ τῶν ἕπτα σοφῶν σοφ.) Tub. ὡς ὁ τῶν ἕπτα σοφώτατος. concinnius.

*ead. l.* 12 *sq.* φίλος ἡμῖν Δρ. τ. προπάππου) Steph. corr. φιλ. ἡμῶν, ut iungatur cum προπάππου. In notis vero locum ita constituit: ἦν μὲν οὖν οἰκεῖος ἡμῖν, καὶ σφόδρα φ. Δρωπίδου &c. Sed locus sanus videtur, suppl. ὄντος.

*p.* 288. *l.* 14. πολλοὶ τῶν παίδων) πολλ. τῶν νέων, Tub.

*p.* 289. *l.* 3. διαμειδιάσας) μειδιάσας, Tub.

*ead. l.* 12 *sq.* ὧν ἥδε ἡ πόλις — ἐργασαμένων) ἣν ἥδε ἡ πόλις — ἐργασμένων, Tub.

*ead. l.* 14. καὶ περὶ τίνων) καὶ παρὰ τίνων, Tub.

*p.* 290. *l.* 1. οἵ τῆς πόλεως) ἢ τῆς πόλεως, malebat Steph.

*ead. l. ult.* πῶς τι τοῦτο λέγεις;) Stephanus coni. πῶς; τί τοῦτο λέγεις;

*p.* 291. *l.* 2. πολιὸν οὐδὲν) Tub. παλαιὸν οὐδέν. Minus bene, propter illa, νέοι ἐστὲ &c.

*p.* 292. *l.* 7. ἢ παῤ ἡμῖν) *Scribendum* παῤ ὑμῖν, *cum hic qui loquitur, opponat ei, quod fieri dixit ab Aegyptiis, id quod fit a Graecis.* Steph. Tub. clare legit παῤ ὑμῖν, quod & Serranus in versione dedit.

*ead. l.* 8. ὃν ἀκοῇ ἴσμεν) Praeclare Tub. ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, sc. τόπων. Itaque legendum iudicabat Stephanus. Ficinus habuisse videtur, ἃ ἀκοῇ ἴσμεν.

*ead. l.* 11. τὰ δὲ παῤ ὑμῖν) Editt. vett. παῤ ἡμῖν, eodem, quo ante, errore.

*p.* 293. *l.* 1. περὶ τῶν — παίδων) Tub. ἐπὶ τῶν — παίδων. Idem mox τῇ ante v. χώρᾳ omittit. male.

*ead. l.* 11. γενέσθαι κάλλισται) Tub. omittit γενέσθαι.

*p.* 294. *l.* 4. περὶ δὲ) Tub. περὶ δή.

*ead. l.* 12. ἄλλῳ δὲ οὐκ) Tub. αλλο δὲ οὐκ. aeque bene.

*ead. l.* 14. καὶ δὴ τὸ μάχιμον γ.) Tub. καὶ δὴ καὶ τὸ μάχιμον γ.

*ead. l.* 15. *κεχωρισμένον*) Tub. *ἀφωρισμένον*, quod & paulo ante Plato adhibuit.

*ead. l.* 17. *ἢ τῆς ὁπλίσεως*) *ἢ τῆς ἐξοπλίσεως*, Tub.

*p.* 295. *l.* 1. *παρ' ὑμῖν πρώτοις ἐνδειξαμένης*) Tub. *πρώτης ἐνδ.* quod aeque ferri poteſt.

*ead. l.* 6. *πάντα κτησάμενος*) *Legitur etiam πάντα καταστησάμενος: quae lectio mihi multo magis placet. Paulo ante autem inter κόσμον & ἅπαντα poſita fuit interpunctio, quae oſtenderet, ἅπαντα iungi cum ἐξανευρών.* Steph. Καταστησάμ. comparet in Ficini verſione, quam conſule ſis.

*ead. l.* 9. *τὴν εὐκρασίαν τῶν ὡρῶν*) Steph. coni. *τὴν εὐκρ. τῶν ὡρῶν*, ſatis commode. Ficinus quoque vertit, *Aëris temperiem.*

*ead. l.* 11. *προφερεστάτους*) Steph. corr. *προσφερεστάτους*, tanquam ſolutae orationi convenientius.

*ead. l.* 14. *πάσῃ τε πάντας ἀν. ὑπερβεβηκότες*) Tub. *πάσῃ τε παρὰ πάντας ἀν. ὑπεβεβληκότες*, doctius, modo corr. *ὑπερβεβληκότες.*

*p.* 296. *l.* 15. *ἄχρι πρὸς Αἴγ.*) *μέχρι π. Αἴγ.* Tub. male.

*p.* 297. *l.* 11. *ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ*) Tub. *ὑστέρῳ δ' ἐν χρόνῳ.*

*ead. l.* 13. *παρ' ὑμῶν — ἀθρόον*) Tub. *παρ' ὑμῖν — ἀθρόως.* Eandem lectionis varietatem *παρ' ὑμῖν* notavit Steph. in margine libri ſui. Baſ. 2. habet *παρ' ἡμῖν.*

*ead. l.* 16. *καταβραχέος*) Marg. Steph. *γραι. κάρτα βραχέος.* Nimirum in Baſ. 2.

*p.* 298. *l.* 8. *τοῖς βουλήμασιν*) Steph. coni. *τοῖς προβλήμασιν*, ſecutus Ficinum, qui vertit, *Propoſitae rei.*

*ead. l.* 9. *ἡμᾶς εὐπορήσειν*) Tub. *ἀπορήσειν.* male.

*ead. l.* 12. *ὡς δή τι τὸ λ.*) Tub. *ὡς δή τοι τὸ λ.*

*ead. l. ult. καὶ παιδικῆς*) *Ita vertit Fic. ac ſi ſcriptum eſſet παιδιᾶς. Eius enim verba ſunt*, Ea quippe cum voluptate & ioco audiebam. *Non dubito tamen, quin genuina ſit noſtra lectio, & quin voluptas puerilis ideo vocetur, quod pueri valde iis narrationibus delectentur, quae magnam admirationem movent, fabuloſas eſſe non animadvertentes.* Steph. Paulo ante pro *θαυμάσαιμ' ἂν* Tub. commode offert *θαυμάσαις ἄν.*

*p.* 299. *l.* 1. *καὶ τοῦ πρεσβύτου*) Tub. *καὶ τοῦ πρεσβυτέρου.*

*ead. l.* 2. *ἐγκαύματα*) Tub. *ἐγκαύματα.*

*ead. l.* 3. *ἔμμονά μοι γέγονε*) *Vel pronomen μοι in hoc poſteriore loco, ſive in priore expungendum eſt, vel per pleonaſmum poni dicendum eſt.* Steph. Tub. *μοι* omittit poſt *ἐγκαύματα*, hocque tenere malim.

*ead. l.* 8. *διήεισθα*) Poſt hanc v. quae in Tub. *διείησθα* vitioſe ſcribitur, idem inſertum habet *σύ.*

*ead. l.* 11. καὶ οὐκ ἀπωσόμεθα) *Mendo carere non puto hoc verbum: parva autem mutatione aliud, longe diverſam ſignificationem habens, fieri ex eo poterit, ſcribendo* ἀπᾳσόμεθα, *quod huic loco aptiſſimum eſt, & aliis eiuſmodi ab eo adhibitum. Perinde autem erit, ac ſi dictum eſſet,* οὐδὲν ἀπῳδὸν λέξομεν, Nihil abſonum dicemus, nihil quod rationi non ſit conſentaneum. *Si autem ſignificare voluiſſet,* Non reiiciemur, *dicendum fuiſſet,* οὐκ ἀπωσθησόμεθα. Steph. Tub. habet ἀπεσόμεθα, & Fic. vertit, *Neque ab re fuerit.*

*p.* 300. *l.* 12. δεδειγμένον) Tub. δεδειγμένον.

*p.* 301. *l.* 8. εἰ γέγονεν) Tub. ἢ γέγονεν.

*p.* 302. *l.* 3. ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι) *Miror, apud Proclum quoque legi,* ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι, *cum ſermonis Graeci conſuetudo poſcat, ut dicatur,* πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον, ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκη γίγνεσθαι (*ut Cicero legiſſe videtur*) *vel ita,* ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίγνεται. Steph. Poſteriorem rationem Ficinus ſecutus eſſe videtur, vertendo, *Ex aliqua cauſa neceſſario gignitur.*

*ead. l.* 14. γέγονεν) Poſterius hoc γέγονεν omittit Tub.

*p.* 303. *l.* 1. γενομένῳ — γενέσθαι) Sequendo locum, qui eſt initio pag. 302, ſcribendum hic eſſet γιγνομένῳ & γίγνεσθαι: nec aliter vertit Ficinus, quam ſi ita quoque legiſſet. Ipſe etiam Cicero tempus praeſens, ſicut in illo altero loco, agnoſcit. *Steph.*

*ead. l.* 2. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα) Cicero legiſſe videbatur Stephano, τὸν μὲν οὖν οἷον πατέρα.

*ead. l.* 3 *ſq.* τόδε δ' αὖ πάλιν) Tub. & Baſ. 2. τόδε δ' οὖν π.

*ead. l.* 6. κατὰ ταῦτα) *Propemodum auſim affirmare, deſiderari hic particulam ἀεί. Poterit vero vel ante κατὰ vel alibi poni.* Steph. Ficinus: *Quod idem* ſemper *& ſimile eſt.*

*ead. l.* 8 *ſq.* ἔβλεπεν — ἀΐδιον) Hanc orationis particulam omittit Tub.

*ibid.* εἰ δὲ) Stephanus coni. εἰ δὲ μή. Ficinus, *Sin ſecus.*

*ead. l.* 11 *ſq.* καὶ κατὰ ταῦτα ἔχον) Inſerenda videtur partic. ἀεί. Ne autem dubitem, quin & hic ſit omiſſa, facit non ſolum Ciceronis interpretatio, & huius ſermonis principium, ubi illam tali loco adhibitam eſſe videmus, ſed etiam ea quae ſit τοῦ ἀϊδίου mentio. *Steph.*

*ead. l.* 13. εἰκόνα τινὸς) Poſt τινὸς legiſſe videtur Cicero, ἀϊδίου.

*ead. l.* 15. καὶ τοῦ παραδείγματος αὖ διοριστέον) Tub. καὶ περὶ τοῦ παραδ. Mox Baſ. 2. αὐτῆς διοριστέον.

*p.* 304. *l.* 1. καθ' ὅσον τε ἀνελ.) *Alia lectio eſt apud Proclum,*

καθ' ὅσον οἷόν τε ἀνελέγκτους προσήκει λόγους εἶναι: *sed vel ante* καθ' ὅσον, *vel ante* ἀνελέγκτους, *particula* καὶ *opus esset.* Steph. Cum Procli lectione consPirat Tub.

*ead. l.* 2. ἀκινήτοις) Praeclare Tub. ἀνικήτους. Ficinus: *Et, quam maxime fieri potest*, inexpugnabiles *orationes esse oportet.*

*ibid.* τούτου δεῖ) τούτου δὴ, Tub. prave. Idem mox omittit τοῦ post τοὺς δέ.

*ead. l.* 4. ὅ, τι γὰρ) *Ita vertit Cicero, quasi legerit non* ὅ, τι, *sed* ὅσον, *neque* τοῦτο, *sed* τοσοῦτον: *vel certe, quasi haec, quae legit* ὅ, τι & τοῦτο, *idem, quod illa, valere existimaverit.* Steph. Tub. ὅ, τι περ. Mox idem omittit εἰπόντων. Male.

*ead. l.* 7 *sq.* ἂν τοὺς αὐτοὺς αὐτοῖς ὁμ. καὶ ἀπ. λόγους) Tub. αὐτοὺς αὐτοῖς ὁμ. λόγους καὶ ἀπ. omissis ἂν τούς.

*ead. l.* 10. μεμνημένον) Legisse Ciceronem μεμνημένους colligi potest ex eo, quod ἀγαπᾶν χρὴ vertit numero plurali utens, *contenti esse debetis.* Invenio quidem certe & apud Proclum illam lectionem. Verum & μὴ θαυμάσητε videtur scribendum paulo ante, si hic μεμνημένους legamus. *Steph.*

*ead. l.* 12. πρέπει μηδὲν) *Genitiv.* τούτου *ante* μηδὲν *addere possumus ex Proclo.* Steph. Eundem habet etiam Tub.

*ead. l.* 15. τὸν δὲ δὴ νόμον) Bene Tub. τὸν δὲ δὴ λόγον, concinente Ficino: *Sed, age*, disputationem *deinceps perage.*

*ead. l. ult.* δι' ἣν αἰτίαν) Tub. δι' ἥν τινα αἰτίαν, non male.

*p.* 305. *l.* 3. ταύτην δὲ γενέσεως κόσμου) Tub. ταύτην δὴ γενέσεως καὶ κόσμου. recte. Sic supra distinxit γένεσιν καὶ τὸ πᾶν.

*ead. l.* 8. ἤγαγεν) Legitur etiam ἦγεν: sicut sequuntur εὗρισκεν & ξυνετεκταίνετο, quae sunt praeteriti imperfecti. *Steph.*

*p.* 306. *l.* 5. ἐν μέρους εἴδει) Hunc locum aliter legit, aut liberius vertere, sicut alios quosdam, sibi permisit Cicero. quae enim habemus hic verba, sonant, non debere nos existimare, conditum esse mundum ad exemplar particulare certi cuiusdam animalis, sed ad exemplar universale & perpetuum, quod reliqua exemplaria in se complectatur. Existimat autem Proclus, verba haec ἐν μέρους εἴδει ita posse accipi, ac si dictum esset ἐν μέρους τάξει: sed addit, Iamblicho placuisse addi particulam ὡς ante ἐν εἴδει, ut legatur ἐν μέρους ὡς ἐν εἴδει. quae lectio non video quomodo ferri possit: nec dubito, quin mendose haec apud ipsum Proclum scripta sint, cum aliam lectionem ipsemet paulo ante agnoscat: ubi scribit, quod dixi, ἐν μέρους εἴδει posse intelligi dictum pro ἐν μέρους τάξει. Fortasse igitur scripserit Proclus, placuisse Iamblicho, ut adderetur ὡς ante ἐν μέρους, & legeretur ὡς ἐν μέρους εἴδει. *Steph.*

*ead. l.* 7. πάντων δμ. αὐτῷ) Tub. ante πάντων insertum habet τούτῳ, & pro αὐτῷ legit αὐτό.

*ead. l.* 10. ὅσα τε ἄλλα θρέμματα) Ita hunc locum vertit Cicero, quasi legerit, καθάπερ ὅδε ὁ κόσμος ἡμᾶς, καὶ τὰ θρέμματα, ὅσά τε ἄλλα συνέστηκεν ὁρατά. *Steph.*

*p.* 307. *l.* 2. τὸ περὶ ἐκείνω δέοι) *Ferri non potest haec lectio, sed* περὶ ἐκεῖνο *scribendum est, ut legitur apud Proclum: vel potius* περιέχον ἐκεῖνο, *ut legisse Ciceronem manifestum est.* Steph. Περὶ ἐκεῖνο habet quoque Tub. Idem pro ἦτην legit εἶην, male.

*ead. l.* 6. οὐρανὸς γεγονὼς) *Non* οὐρανὸς, *sed* κόσμος *agnoscit Ciceronis interpretatio.* Steph. Ficinus quoque vertit, *Unus mundus — factus est.*

*ead. l.* 7. καὶ ἔσεται) Tub. καὶ ἔσται ἔτι.

*ead. l.* 8. χωρισθὲν δέ τε πυρὸς) Procl. & Tub. χωρισθὲν δὲ πυρὸς, quod & volebat Stephanus.

*ead. l.* 11. δύο δὲ μόνω ξυνίστασθαι) Tubing. δύο δὲ μόνω καλῶς ξυνίστασθαι, inserto καλῶς, quod agnoscit quoque Ficinus: *Sed duo sola absque tertio* commode *cohaerere non possunt.*

*p.* 308. *l.* 9. στερεὸν γὰρ αὐτὸ) Apud Proclum legimus, στεροειδῆ γὰρ αὐτὸν προσῆκεν εἶναι. Verum ad στεροειδῆ quidem quod attinet, non est, quod adiectivum hoc in locum accusativi στερεὸν, quem habemus hic, substituendum esse putemus, cum sequatur τὰ δὲ στερεὰ, & vocem utrobique eandem esse oporteat. Quod autem & αὐτὸν habet, non αὐτὸ, sicut στεροειδῆ, non στεροειδὲς, magis mirarer, nisi & Ciceronem mutasse substantivum viderem. Cum enim τὸ τοῦ παντὸς σῶμα interpretatus esset, Universitatis corpus, & quod subiungitur pronomen αὐτὸ, positum post στερεὸν γὰρ, referat illud τὸ τοῦ παντὸς σῶμα, vel πᾶν solum, ideoque dicere debuerit, *sed cum soliditas illi quaereretur*, mutavit substantivum, ut dixi: &, perinde ac si scriptum esset στερεὸν γὰρ τὸν κόσμον προσῆκεν εἶναι, vertit, *Sed cum soliditas mundo quaereretur.* Ceterum paulo post h. l. pro συναρμόττουσιν apud eundem Proclum scriptum est προσαρμόττουσιν. *Steph.* Tub. quoque στεροειδῆ γὰρ αὐτόν.

*ead. l.* 11. πρὸς ἀλληλα) Stephanus coni. προσάλληλα.

*ead. l.* 15 *sq.* ἔκ τε δὴ τούτων τοιούτων) Apud Proclum legitur ἐκ δὲ τούτων καὶ τοιούτων, absque illis verbis, quae hic praecedunt καὶ διὰ ταῦτα. Verum diversus est horum verborum usus διὰ ταῦτα & ἔκ τε τούτων. nam διὰ ταῦτα dicens intelligit, Propter analogiam illam supra dictam: addens autem ἐκ τούτων, intelligit de materia, quae est e quatuor elementis. *Steph.*

*ead. l.* 16. καὶ τὸν ἀριθμὸν) Tub. καὶ τῶν ἀριθμῶν.

*ead. l. ult.* ὁμολογῆσαν.) Proclus legit, δι' ἀναλογίας δὲ ὁμολογῆσαν, φιλίαν τε ἔσχεν &c. quae lectio praeplacet Steph.

*p.* 309. *l.* 9. καὶ ἄνοσον ἢ) Tub. καὶ ἄφθαρτον ἢ.

*ibid.* ὡς ἃ ξυνιστᾷ τὰ σώματα) Steph. coni. ἃ ξυνίσταται σώματα, hocque Ciceronem secutum esse autumat, vertendo, *Omnis coagmentatio corporis.* Procl. ὡς ξυνιστὰν τῷ σώματι. Tub. καταναῶν τῷ σώματι, omissis ὡς ἃ ξυνιστᾷ.

*ead. l.* 13. ἓν ὅλον ἐξ ἁπάντων) Tub. ἓν ὅλον ὅλων ἐξ ἁπάντων, addicente Ficino: *Unum totum ex omnibus* totis & perfectis *perfectum.* Unde patet, eum omnino legisse, ἓν ὅλον ὅλων ἐξ ἁπάντων, καὶ τελέων τέλεον.

*ead. l.* 14. αὐτὸν ἐτεκτήνατο) Tub. αὐτὸ ἐτεκτ.

*p.* 310. *l.* 3. ἐτορνεύσατο) Proclus, ἐτορνώσατο.

*ead. l.* 9. ὀργάνου σχεῖν) Abesse hinc malim infinitivum σχεῖν: quem si retinere oporteat, tanquam non irreptitium, dicendum fuerit, pendere ab ὥστε subaudito: ut intelligamus, Neque vero indigebat quopiam instrumento, ut haberet, quo acciperet &c. Sed satis erat, οὐδ' αὖ τινος ἐπιδεὲς ἦν ὀργάνου, ᾧ &c. *Steph.*

*ead. l.* 10. ἀποπέμψοι) Tub. ἀποπέμψοιτο.

*ead. l. ult.* χειρῶν δὲ) Scribendum esse dicerem χεῖρας, ut haberet infinitivus προσάπτειν casum, qui ipsi iungi posset: sed cum itidem sequatur ποδῶν, aliam quampiam huic loco depravationem subesse dico, atque duos quidem istos genitivos scriptos fuisse, sed non etiam τῆς ὑπηρεσίας, verum τὴν ὑπηρεσίαν: ut dicat Plato, οὐκ ᾤετο δεῖν προσάπτειν αὐτῷ τὴν ὑπηρεσίαν χειρῶν, οὐδὲ ποδῶν, οὐδὲ ὅλως τὴν περὶ τὴν βάσιν. Posset vero fortassis & accusativus pluralis locum habere, ut legeretur τὰς περὶ τὴν βάσιν ὑπηρεσίας. *Steph.*

*ibid.* οὔτε ἄν τινα) Procl. & Tub. οὔτε αὖ τινα, quod malebat Stephanus.

*p.* 311. *l.* 1. αὐτῷ προσάπτειν) Tub. αὖ αὐτῷ προσάπτειν.

*ead. l.* 10. πανταχῆ) Cicero vult πανταχῆ pertinere ad ὁμαλόν. vertit enim, *Laevem eum effecit, & undique aequabilem, & a medio ad summum, parem & perfectum.* Legit igitur, aut legendum putavit, λεῖον καὶ ὁμαλὸν πανταχῆ, καὶ ἐκ μέσου ἴσον, καὶ ὅλον &c. *Steph.*

*p.* 312. *l.* 3. καὶ ὁ θεὸς) Haec verba omittit Tub.

*ead. l.* 14. αὖ τὰ ὄντα) Tub. αὐτὰ ὄντα, quod agnoscere videtur Ficinus.

*p.* 313. *l.* 1. μοίρας ὅσας) Legendum videtur εἰς μοίρας: quamvis nec apud Proclum exstet haec praepositio. *Steph.*

*ead. l.* 7 *sq.* ὀκταπλασίαν· ἑβδόμην δὲ, ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης) Haec verba Tub. omittit, facili lapsu, propter antec. πρωτης.

*ead. l.* 9. ξυνεπλήρωσε) Tub. ξυνεπληροῦτο.

*p.* 314. *l.* 4. καὶ δὴ τὸ μιχθὲν) Tub. καὶ δὴ καὶ τὸ μ.

*ead. l.* 5. ἀπηναλώκει.) Tub. καταηναλώκει, uti quoque Cornarius corrigendum statuebat.

*ead. l.* 12. τὴν δ' ἐντὸς, τῆς θατέρου.) Tub. τῆς δ' ἐντὸς, τοῦ θατέρου.

*p.* 315. *l.* 4. φερομένους) Tub. φερομένων.

*ead. l.* 10. θείαν ἀρχὴν) Ciceronis interpretatio θείαν non agnoscit, sed eius loco θείου legit. *Steph.*

*ead. l.* 14. ἐκ ταυτοῦ) Scribendum esse censebam ἐκ τῆς ταυτοῦ: meaeque postea sententiae fidem a Proclo fieri comperi. *Steph.*

*p.* 316. *l.* 2. κινουμένη) Tub. κειμένη. Idem λέγῃ pro λέγει.

*ead. l.* 3. διὰ πάσης ἑαυτῆς) Procl. διὰ πάσης αὐτῆς.

*ibid.* καὶ ὅταν ἄν ἕτερον) Procl. καὶ ὅτῳ ἄν τι ἕτερον. Tub. καὶ ὅτῳ τ' ἂν ἕτερον.

*ead. l.* 7. ἀληθὴς γιγνόμενος) Ita locum hunc vertit Cicero, ac si in priori etiam eius parte legerit κατὰ θάτερον cum κατὰ ταυτὸν, & ἀληθὴς post λόγος δὲ posuerit: deinde post θάτερον non agnoverit particip. ὤν: ac si denique eum hoc aut simili modo scriptum legerit, λόγος δὲ ἀληθὴς, ὁ κατὰ ταυτὸν καὶ κατὰ θάτερον γιγνόμενος, περί τε θάτερον καὶ περὶ τὸ ταυτὸν ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος. Eius enim haec sunt verba: *Ratio autem vera, quae versatur in iis, quae sunt semper eadem, & in iis, quae mutantur, cum in eodem & in altero movetur ipsa per se sine voce & sine ullo sono.* Dixi autem, hoc aut simili modo scriptum, quoniam & alia mihi venit in mentem lectio, quae paulo quidem magis diversa fuerit a nostra, sed ad illam eius interpretationem propius accesserit, λόγος δὲ ἀληθὴς, ὁ κατὰ ταυτὸν ἀεὶ ὢν καὶ κατὰ θάτερον γιγνόμενον ὤν, περί τε θάτερον &c. & ita particip. ὤν retineri poterit. Fic. autem, qui θάτερον reddit *Alterum*, lectionem nostram sequitur, nisi quod καὶ addit ante ἀληθής. Nisi potius dicamus, in eo etiam dissensisse a nostra lectione, quod γιγνόμενος legerit ante καὶ ἀληθής. Inter has autem diversas expositiones hoc interim constat, male interpungi in praeced. edit. sicut & hic, post ὤν, cum hypostigme, quae ibi est, ponenda sit post ταυτόν: ut legamus, περί τε θάτερον ὢν καὶ περὶ τὸ ταυτὸν, deinde ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος &c. *Steph.*

*ead. l.* 10. ὀρθὸς ἰὼν) ὀρθὸς ὢν, Tub.

*ead. l.* 12 *ſq.* εὔτροχος ὢν) Haec verba omittit Tub.

*p.* 317. *l.* 7. εἰκόνα — κινητὴν) Tub. εἴκω κινητόν.

*ead. l.* 12 *ſq.* πάντα μέρος χρόνου) Tub. π. μέρη χρόνων.

*ead. l.* 13. χρόνου γεγονότος εἴδη) Procl. & Tub. χρόνου γεγονότα εἴδη.

*p.* 318. *l.* 2. γίγνεσθαι ποτὲ) Plenius Tub. γίγνεσθαι διὰ χρόνου, οὐδὲ γενέσθαι ποτὲ, οὐδὲ &c.

*ead. l.* 6. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι) Tub. καὶ πρὸς τούτοις ἐστί.

*ead. l.* 9. ὧν οὐδὲν ἀκριβῶς) Tub. ὧν οὐδὲν ἀκριβές.

*ead. l.* 12 *ſq.* γένηται — τῆς αἰωνίου φύσεως) Tub. γίγνηται — τῆς διαιωνίας φύσεως.

*ead. l.* 16. ἐστὶ μόνος) Haec verba omittit Tub.

*ead. l. ult.* πρὸς χρόνου) πρὸς χρόνων, Tub.

*p.* 319. *l.* 1. ἐπίκλην — πλάνητες) ἐπίκλησιν — πλανῆται, Tub.

*ead. l.* 6. ἱερὸν Ἑρμοῦ) Tub. ἱερὸν Ἑρμῆν.

*ead. l.* 11. ἱδρύσατο εἴτις) ἱδρύσαντο ἐάν τις, Tub.

*ead. l.* 12. ὧν ἕνεκα λέγεται) Tub. ὧν ἕνεκα λέγοιτο.

*ibid.* τάχ' ἂν κατὰ σχ.) Tub. τάχ' ἂν καὶ κατὰ σχ.

*p.* 320. *l.* 1 *ſq.* διὰ τῆς ταυτοῦ φύσεως ἰοῦσάν τε καὶ κρατουμένην) Tub. διὰ τῆς τ' αὐτοῦ φορᾶς ἰούσης τε καὶ κρατουμένης.

*ead. l.* 3. κύκλον ἴον· ἧττον μὲν, τὰ τὸν ἐλάττω) Tub. haec verba omittit.

*ead. l.* 4 *ſq.* περιϊόντα· τῇ δὲ ταυτοῦ φορᾷ τὰ τάχιστα περιϊόντα, ὑπὸ τῶν βραδύτερον) Tub. haec omittit, eodem errore.

*ead. l.* 7. ἑλίκη) Tub. ἕλικα.

*ead. l.* 13. μετάσχοι) μετέχοι, Tub.

*p.* 321. *l.* 1. ἐπικαταλάβοι) ἐπικαταλάβῃ, Tub.

*ead. l.* 9. τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν) Tub. τὸν τέλεον ἀριθμόν.

*ead. l.* 15. καὶ τὰ μὲν ἄλλα εἴδη) Tub. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἤδη.

*p.* 322. *l.* 5. οὐράνιον θεῶν) Procl. οὐρανίων θεῶν.

*ead. l.* 6. πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον) Legitur itidem πτηνῶν & ἀεροπόρων apud eundem Proclum: ſed tamen reliqua tria eodem, quo hic, modo: cum potius debere itidem ſequi videantur hi genitivi, ἐνύδρων, & πεζῶν, & χερσαίων. *Steph.*

*ead. l.* 11. κόσμον ἀληθινὸν αὐτῷ) Tub. κόσμον ἐπ' αὐτῷ.

*p.* 323. *l.* 6. εἰλουμένην δὲ) *Aliud particip. videlicet* ἰλλομένην, *habet Proclus: quo ait declarari* σφιγγομένην & συνεχομένην, *non autem* κινουμένην, *ut putavit Ariſtoteles. Dixerat autem Proclus paulo ante,* περὶ τὸν ἄξονα τοῦ παντὸς συνέχεται καὶ συσφίγγεται. Steph. Tub. habet εἱλομένην.

*ead. l.* 8 *sq.* καὶ πρεσβυτάτην σωμάτων, ὅσα — γέγονε.) *Non* σωμάτων *agnoscit interpretatio Ciceronis, sed* θεῶν: *ideoque* ὅσοι *etiam &* γεγόνασι, *non* ὅσα & γέγονε. Steph. Cum Cicerone plane facit Tub. & Fic. vertendo, *Antiquissimamque* Deorum *omnium, qui intra coelum sunt geniti.*

*ead. l.* 10 καὶ περὶ τὰς τῶν κύκλων) *Suspicor, pro* περὶ τὰς *scribendum esse* περιττάς: *alioqui enim deesset accusativus post* τάς: *cum intelligendum sit* ἐπανακυκλήσεις τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτούς: & *non possit* ἐπανακυκλήσεις *iungi etiam cum* περὶ τάς. Steph. Hanc emendationem prae se fert Ficini versio.

*p.* 324. *l.* 7. ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν) Tub. ὡς οἰκεῖα φασκόντων.

*ead. l.* 14. Ἐπεὶ οὖν) *Apud Proclum legitur* ἐπεὶ δὲ πάντες, *&p.* 325. *l.* 10 δὲ *pro* οὖν. Steph. Tub. ἐπεὶ δ' οὖν πάντες, & p. 325. l. c. δὲ cum Proclo.

*p.* 325. *l.* 2. ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα) Haec verba non habet Tub.

*ibid.* ἐμοῦ γε θέλοντος) Alia lectio est apud Athenaeum, & Athenagoram, Πρεσβ. π. Χριστ. p. 9, & quosdam alios, ἐμοῦ γε μὴ θέλοντος: quam secutus est Cicero, quippe qui verterit, *Me invito.* Videtur autem, sive cum negatione legamus hunc locum, sive absque illa, idem esse sensus, dummodo cum ἐμοῦ γε θέλοντος subaudiamus ἄλυτα (ex proxime praecedentibus repetitum) cum infinitivo εἶναι: at cum ἐμοῦ γε μὴ θέλοντος intelligamus διαλυθῆναι: quoniam ἄλυτα, quod praecedit, idem valet, quod οὐ δυνατὰ λυθῆναι. *Steph.*

*ead. l.* 9. τρία γεννητά.) *Apud Proclum* ἀγέννητα. *Cicero autem neutrum interpretatus est.* Steph. Tub. exhibet λοιπὰ τρία γένη γεννητά.

*ead. l.* 13. πᾶν ὄντως) Tub. πᾶν τόδε δεόντως ἅπαν ᾖ.

*p.* 61. Falsa est in Ald. & Bas. 2. inscriptio, Πλάτων Διονυσίῳ. Non enim Plato, sed Dio scribit hanc epistolam Dionysio. Recte igitur Bas. 1. cum Ficino, Δίων Διονυσίῳ.

*ead. l.* 1 *sq.* καὶ διοικῶν ) Stephanus corr. διοικεῖν. sed forte legendum, καὶ διοικῶν τὴν ὑμετέραν ἀρχὴν πεπιστευμένος. Ficin. certe vertit, *& ita imperium vestrum* fideliter *administrarem.*

*p.* 62. *l.* 15. πραγμάτων ἀλλων ποτὲ ξυμπεσόντων ) *Alia est lectio* ἄλλως, *quae mihi magis placet.* Steph. Ita nimirum legendum esse vidit Cornar. Ecl. IX, p. 134.

*p.* 63. *l.* 4 *sq.* στανιώτατος ἐν ἁπάντων ) Lectio haec debetur eidem Cornar. l. l. quam tacite in textum admisit Stephanus. Iam Ficinus, *In misera* mortalium *vita.*

## IN EPISTOLAM II.

*p.* 64. *l.* 10. κατηγορούντων ) Bas. 2. κακηγορούντων.

*p.* 68. *l. ult.* Τὸ δὲ σφαιρίον οὐκ ὀρθῶς ἔχει.) Quid sit σφαιρίον, & an haec vox recte hoc loco legatur, apud me ambiguum est. Si enim *pilam*, sive *pilulam* significat, ut pilae ludum non recte a Dionysio exerceri accipiamus, satis leviter attigit rem, quae in multo usu apud ipsum erat, ut etiam in Epist. XIII τοὺς συσφαιριστὰς, i. e. *pilae collusores*, salutare iubeatur Dionysius. Si vero σφαιρίον significat *lignum* teres, qualia de theatris in populum spargebantur inscripta rebus, quas, qui illa excepisset, a distributoribus petebat ac ferebat, etiam sic obscuram & ab Archedemo declarandam rem relinquit. Et sane non multum refert, ignorari rem, quam etiam ipse Plato occultam esse nobis voluit, sicut etiam eam, quam deinceps per aenigmata proponit. *Cornar. l. l.* Mox idem corr. ἐν τύχαις pro ἐν πτυχαῖς. male.

*p.* 69. *l.* 15 *sq.* ἢ περὶ τούτου ὧδ'ἰς) *Pro* τούτου *legitur etiam* τούτων. *In sequenti autem versu vel* ἐξαιρήσεται *legit Fic. vel male & ipse significationem activam illi futuro tribuit. dictum enim fuerit,* ἤν εἰ μή τις ἐξαιρεθήσεται, *pro* ἢ εἰ μὴ ἐξαιρεθήσεται ἀπό τινος. *ut si dicerem,* εἴ τις τὸν χρυσὸν ἀποστερηθήσεται. Steph. Τούτων habet Bas. 2.

*p.* 70. *l.* 5. περὶ τοῦτ' εἶη. ) Non habet εἶη, unde pendere dici possit: praecessit enim infinitivi modi verbum ἐντετυχηκέναι, quod pendet ab ἔφην. nam si, quemadmodum dixit, οὐ μὴν ἄλλῳ γε ποτ' ἔφην ἐντετυχηκέναι τοῦθ' εὑρηκότι, subiunxisset, ἀλλὰ τὴν πολλὴν μοι πραγματείαν περὶ τοῦτ' εἶναι, tunc εἶναι penderet itidem ab ἔφην, ex praeced. subau-

diendo: ſed eum mutata orationis forma nominativis uſum eſſe, & ὅτι εἴη pro εἶναι dixiſſe puto: ſive ante περὶ, ſive ante ἡ πολλὴ poſitam fuiſſe illam particulam ὅτι credendum ſit: ut legatur, ἀλλ' ὅτι ἡ πολλή μοι πραγματεία περὶ τοῦτ' εἴη· vel, ἀλλὰ ἡ πολλή μοι πραγματεία ὅτι περὶ τοῦτ' εἴη. *Steph.*

*ead. l.* 6. τάχα δ' ἂν θείᾳ μ.) Steph. corr. τάχα δ' αὖ θείᾳ μ.

*ead. l.* 7 *ſq.* βεβαίως, οὐ κατέδησας) *Legitur etiam* βεβαίας. *Pro* κατέδησας *autem videndum, an ſcribi debeat,* κατέδεισας. Steph. Baſ. 2. & Fic. βεβαίας.

*p.* 73. *l.* 11. τὸν ἐκ τῶν λατομιῶν) Suſpicor poſt τὸν deeſſe nomen proprium, nomen videlicet eius, qui dimiſſus fuerat. Non video enim, cur pro lapidario dicturus fuerit τὸν ἐκ τῶν λατομιῶν, ſive λιθοτομιῶν· cum enim ita loquuntur Graeci, ſolent aliquod participium ſubaudire: cuiuſmodi fuerit ἐλθόντα hoc loco. Atque hoc, ut opinor, Ficinum in errorem impulit, quod nullum participium additum eſſe, aut ſubaudiri poſſe videret: & ita vertit τὸν ἐκ τῶν λιθοτομιῶν, (nam ita legit) ac ſi nomen loci eſſet, & illud ita dixiſſet, ut ſi diceremus τὸν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, pro Athenienſi. Vertit enim *Lithotomienſem.* Quod ſi de Philoxeno hic loqueretur, (ut quidam augurantur) apte ſcriberetur τὸν Φιλόξενον ἐκ τῶν λατομιῶν εὖ ἐποίησας ἀφεὶς, i. e. Recte feciſti, quod Philoxenum ex lapicidinis dimiſeris. cur enim unius (quicunque ſit) nomen potius, quam aliorum tacuiſſe illum putemus? Si tamen hic nomen non fuiſſe poſitum credamus neque huius, neque alius, at certe vocabulum aliquod poſuiſſe ſignificans munus, quo apud Dionyſium ille, quiſquis fuerit, fungebatur. *Steph.*

## IN EPISTOLAM III.

*p.* 74. *l.* 7. χαίρειν ἐπιστείλας) In edit. illa Baſil. ponitur poſt χαίρειν ſtigme τελεία, ut haec, Πλάτων Διονυσίῳ χαίρειν, ſint titulus epiſtolae, ſive ἐπιγραφή: initium autem ἐπιστείλας. Sed praeterquam quod ἐπέστειλας ſcribendum eſſet, non ἐπιστείλας, (alioqui ſuſpenſa maneret oratio) illa diſiunctiva particula ἢ quem uſum haberet, niſi τοῦ χαίρειν prius mentio, quam τοῦ εὖ πράττειν fieret? Ficinus autem ita videtur legiſſe, Πλάτων Διονυσίῳ. Χαίρειν ἐπέστειλας ἆρ' ὀρθῶς ἂν τυγχάνοι τῆς βελτίστης προσρήσεως, &, quae proxime ſequuntur, aut hoc, aut ſimili modo ſcripta inveniſſe, aut ſcribenda cenſuiſſe, ἢ μᾶλλον τὸ κατὰ τὴν ἐμὴν συνήθειαν γράφειν εὖ πράττειν· ut cum τὸ γράφειν ſubaudiatur illud, τυγχάνοι τῆς βελτίστης προσρήσεως. Sed enim & tertia lectio affertur, τυγχάνοις. At ego lubenter illam noſtram lectionem retineo, quae

& τυγχάνοιμι habet, & χαίρειν cum ἐπιστείλας iungit. *Steph.* Τυγχάνοις est e coniectura Cornarii l. l.

*ead. l.* 12. ἀπεύσας τῷ ῥήματι) Legitur etiam, teste Stephano, ἀπαπεύσας. At edd. vett. nihil mutant.

*p.* 75. *l.* 13. ἀδικεῖς δ' οὐδὲν ἐμὲ) Ficinus vertit, *Iniuria certe me afficis.* Omisit igitur οὐδὲν recte, iudice Stephano.

*ead. l.* 16. τοὺς δ' ἔξωθεν) Ut, quae sunt post verbum διεβλήθην, iungantur sequentibus, particula δὲ, quae est ante ἔξωθεν, ponenda fuerit ante τό: ut legatur, διὰ δὲ τὸ μένειν ἐν ἀκροπόλει, τοὺς ἔξωθεν, εἰπεῖν γίγνοιτο &c. Iungit certe Ficinus illa sequentibus. Quod si praecedentibus iungi non displiceat, servando nostram lectionem, videtur scribendum, τοὺς γὰρ ἔξωθεν &c. Sed credibile est, illum, cum dixit, αδην γὰρ διεβλήθην, nequaquam hanc unam διαβολῆς causam afferre voluisse. *Steph.*

*ead. l. ult.* φάσκοντας τινὰς) Nomine τινὰς locus hic non videtur opus habere, cum praecedat τοὺς ἔξωθεν. A Ficino certe minime agnoscitur, qui & πείθεσθαι legit. *Steph.*

*p.* 76. *l.* 3. ἀλλά τε βραχέα) Stephanus opinabatur, ante ἄλλα excidisse praepositionem περί· quae eadem eidem ante τὰ τῶν νόμων minus necessaria videbatur.

*ead. l.* 15 *sq.* οὐδὲ μέλλοντι — ἐμὲ γεγενῆσθαι.) Videtur recta ἀκολουθία orationis postulasse, ut diceretur, ἐμποδὼν ἐγὼ γέγονα. Quod si pro διακωλύσει (quod inter οὐδὲ & μέλλοντι in vet. quodam reperitur) legeretur διακώλυσιν & τὸ, hoc modo, ὡς οὐκ ἐμὴν ταύτην εἰρηκας συμβουλὴν, οὐδὲ διακώλυσιν, τὸ μέλλοντί σοι &c. tolerari posset infinitivus: sed videndum, an satis apte haec dicerentur, οὐκ ἐμὴν διακώλυσιν (nam subaudiendum esset ἐμὴν ex anteced.) τὸ ἐμποδὼν ἐμὲ γεγενῆσθαι. Usus est alioqui & paulo ante v. διεκώλυσα, hac ipsa de re loquens. *Steph.* Οὐδὲ διακωλύσει μέλλοντι habet Bas. 2.

*p.* 77. *l.* 9. εἶναι κοινωνίαν) Steph. coni. εἶναι δεῖν κοινωνίαν.

*p.* 79. *l.* 15. ἑλθὼν δὲ) Post ἑλθὼν δὲ nihil desiderari puto, sed Plat. haec interiecisse, οἶσθα γὰρ &c. non habita ratione illius participii: aut quasi sequeretur ἠξίουν, non praefixis illis voculis ἐγὼ μὲν οὖν: & illa οἶσθα γὰρ &c. per parenthesin posita essent, hoc modo: ἑλθὼν δὲ (οἶσθα γὰρ δὴ σὺ πάντα ταντεῦθεν ἤδη γενόμενα) ἠξίουν δή που &c. *Steph.*

*p.* 80. *l.* 5. ἕκαστον εἰωθότα) In vulgatis ἕκαστον habetur pro ἔρανον. Est autem ἔρανος pecuniae summa, & collatio ex bonis alicuius facta. *Cornar.*

*p.* 81. *l.* 7. δῆλος εἶην σοῦ) Ald. Bas. 1. 2. δῆλον. Iidem libri ponunt στιγμὴν τελείαν post εἶην.

*ead. l.* 16. μηδὲν σοῦ χείρων) *Non dubito, quin ſcribendum ſit* χείρω, *quam ſcripturam & Fic. vel invenit, vel ex coniectura in locum illius ſubſtituit.* Steph. Ficinus vertit, *Veterem amicum, nulla re te deteriorem.*

*p.* 82. *l.* 11. μεμφόμενον) *Invenitur etiam ſcriptum* μεμφόμενος. *At hic non nominativo, ſed accuſativo eſt locus: cum quo tamen deſiderari videtur verbum infinitivi modi.* Steph. Baſ. 2. μεμφόμενος.

## IN EPISTOLAM IV.

*p.* 85. *l.* 10. τοὺς οἴσθα δήπου) Ficinus vertit, *Ut te non latet.* Hinc ſuſpicabatur Stephanus eum legiſſe, ὡς οἴσθα δήπου· qui partic. τοὺς nullum hic locum habere poſſe contendit.

## IN EPISTOLAM V.

*p.* 87. *l.* 13. Πλάτων Περδίκκᾳ) Sic edd. vett. at Ficinus, Δίων Περδίκκᾳ. Cicero tamen, quae ſumit ex hac epiſtola, Platoni adſcribit: cum alioqui verba illa, quae ſunt in fine, ταυτὸν δὴ οἶμαι δρᾶσαι &c. permittere non videantur, ut id credamus. Ac reſponderi poſſet fortaſſe, Platoni fortaſſe a Cicerone adſcribi, quatenus in Platonis perſona dicuntur, i. e. ab eo, qui Platonem ipſius Platonis verbis excuſat. *Steph.*

*p.* 88. *l. ult.* πρὸς ταῦτ' εἰπεῖν ἐστιν ὅτι Πλάτων) Ald. Baſ. 1. 2. πρὸς ταῦτ' εἰπεῖν ὅτι Πλάτων, omiſſo ἐστίν: quod addendum primus vidit Cornar. Ecl. l. p. 135. Ficinus, *Ad haec reſpondebitur.*

*p.* 89. *l.* 6. καὶ τὴν ἐμὴν ξυμβουλὴν) *Scribendum puto,* καὶ περὶ τὴν ἐμὴν ξυμβουλήν. *& ſenſum eſſe, Idem illum factiurum fuiſſe puto, quod attinet ad dandum mihi conſilium. Tunc enim apte ſequetur, Si enim inſanabiles videremur &c. Hic autem locus (quemadmodum antea dixi) permittere non videtur, ut Platonis hanc eſſe epiſtolam credamus.* Steph. Ficinus, *Idem quoque* circa *conſilium* &c.

## IN EPISTOLAM VI.

*p.* 90. *l.* 3. μείζων εἰς τὰ πάντα δύναμις) Vitioſe Ald. Baſ. 1 & 2. μεῖζον εἰς τὰ π. δ.

*ead. l.* 6 *ſq.* ταῖς — φυλακτικῆς) Mirum utique, hoc manifeſtum vitium etiam Stephani exemplo adhaeſiſſe, cum pronum ſit corr. τῆς — φυλακτικῆς, ſc. σοφίας.

## IN EPISTOLAM VII.

*p.* 93. *l.* 8. σύμφωνα ποιήσεις.) *Non dubito, quin ſcribendum ſit* σύμφωνον. *Intelligo autem* τοῦτον *de Hipparino.* Steph. Ficinus, *Si quis — hunc* conſentientem *ipſi praeſtitiſſet.*

*p.* 94. *l.* 9 *ſqq.* καὶ ὁρῶν — πολιτείαν,) *Legendum cenſeo*

ὁρῶ, & *post* πολιτείαν *ponendam stigmen* τελείαν. *deinde post* τά τε *ponendam particulam* γάρ· *ut scribatur*, τά τε γὰρ ἄλλα καὶ &c. *Recte autem* ἀξοντα, *cum ad solum Socratem referatur: quod quamvis missus esset* μετ' ἐτέρων, *sicut dixit*, εἰ *tamen praecipue adducendi illius provincia data esset.* Steph. Ficinus, *Verum* animadverti, *eos — ita se gerere, ut prior ille reipublicae status aureus putaretur.* nam & *alia multa iniuste fecerunt* &c.

*p.* 97. *l.* 11. τούτων — ξυνέπεται τῶν βίων) Recte animadvertit Stephanus, scribendum esse τούτῳ — ξυνέπεται τῷ βίῳ. Nam Cicero quoque vertit, *Quae comitantur huic vitae*, monente eodem. Eandem lectionem habet & Ficini versio.

*p.* 98. *l.* 8 *sq.* ἔοικε — τινὶ) *Invenitur & alia lectio, videlicet* ἔοικα, & τὶ *pro* τινί· *sed cum* ἔοικα *videri posset scribendum etiam esse* μηχανώμενος *pro* μηχανωμένῳ. *At Ficinus ita vertit, quasi sic legeretur*, ἔοικε μὴν τότε μηχανὴ τινὸς τῶν κρειττόνων ἀρχὴν βαλέσθαι &c. *haec enim sunt eius verba*, Videtur autem alicuius eorum opera, qui supra nos sunt, principium tunc fuisse datum omnibus, quae &c. *Steph.* Alia illa lectio est e coniectura Cornarii.

*p.* 99. *l.* 11 *sq.* αὐτὴν καὶ ἐν ἄλλοις ὁρῶν κατενόει, πολλοῖς μὲν οὐ, γιγνομένην δ') *Haec verba non exstant in praeced. edd. sed tamen ea Ficinus quoque agnoscit.* Steph. At habet Bas. altera.

*p.* 100. *l.* 10. εἰ καὶ μακρότερα εἰπεῖν) Stephanus coni. ἃ καὶ μακρ. εἰπεῖν, hoc sensu, His dictis addebat preces, quas longum esset commemorare.

*p.* 101. *l.* 2. ἀποτελεσθήσεται τοῦ τοὺς α. φ.) Stephanus corr. ἀποτελεσθήσεσθαι τὸ τοὺς α. φ. Mox idem vel deesse putabat, vel subaudiendum relinqui cum ἔῤῥε, v. γνώμη.

*p.* 106. *l.* 9. ἄλλό τι χρὴ) Mendosum esse hunc locum manifestum est. Legendum forte ἄλλῃ τινὶ, ut subaudiatur διαίτῃ. simul autem χρὴ mutandum esset in χρῆναι, vel particula ὅτι ponenda ante ἄλλῃ τινί. Verosimilius tamen videtur, si scribatur, ἄλλά τε καὶ ὅτι χρὴ &c. *Steph.*

*ead. l.* 11. μὴ ἐθέλοντι δὲ) Stephano hic genitivo absoluto opus esse videbatur, reponebatque, μὴ ἐθέλοντος δέ.

*p.* 107. *l.* 12. ἢ συμβουλεύοντος) Scribendum potius videtur συμβουλεύοντι· ut paulo post legetur συμβουλεύοντι πεισόμενος. Alioqui συμβουλεύοντος intelligendum erit ἐὰν συμβουλεύω. *Steph.*

*ead. l. ult.* βιασάμενος δὲ) Non dubito, quin legendum sit βιασόμενος. ut sit sensus, se nolle accedere, neque συμβουλεύσοντα αὐτόκλητον, neque ut βίαν adhibeat loco συμβουλῆς: alioqui αὐτόκλητος opponeretur illi βιασάμενος, referendo

utrumque ad *συμβουλεύσων*. sed duriusculum esset *οὐκ ἔρχομαι συμβουλεύσων βιασάμενος*, pro *συμβουλεύσων βίᾳ*. deinde, quomodo *συμβουλὴ* esse dicenda est, ubi quis *βίαν* adhibet? At separabuntur haec, legendo *βιασόμενος*. *Steph.*

*p.* 111. *l.* 2. *σώσει*·) Stephanus corr. *σώζει*, quod statim sequatur *ἀποτελεῖ*.

*p.* 112. *l.* 2. *δὶς τὴν πόλιν*) *Pro δὶς alia lectio affertur, quae mihi magis placet*, *Δίων*. Steph. Est ea e coniectura Cornarii, addicente Ficino, *Cum ergo civitatem liberasset Dio.*

*ead. l.* 5. *οὕτω κοινωνεῖν*) Stephanus desiderabat ante haec verba partic. *καὶ*, quam certe expressit Ficinus, *Talem*que *se illi per omnem vitam praestare statuerat.*

*ead. l.* 6. *ὁ γὰρ ἐπίστευε τοῖς διαβάλλουσι*) Ald. Bas. 1. 2. *ὁ δὲ τοῖς διαβάλλουσι*, absque *ἐπίστευε*, quod primus inferendum vidit Cornarius.

*p.* 113. *l.* 2. *πρὸς τὴν εὐπρέπειαν*) Stephanus corr. *πρὸς τὸ τὴν εὐπρέπειαν*, vel *πρὸς τὸ εὐπρέπειαν*.

*p.* 114. *l.* 14. *ὅγ' ἐμὸς λόγος*) Stephanus corr. *ὅσγ' ἐμὸς λόγος*. Ficinus, *Ut nostra fert sententia.*

*p.* 116. *l.* 11. *ἐπί τε γῇ στρεφομένῳ*) Stephanus malebat, *ἐπί τε γῆς στρεφομένῳ*.

*p.* 118. *l.* 13. *αὕτη πάντα*) Pro *αὕτη* aliud scribendum esse videtur, cum non possit esse nominativus verborum *ἀνέτρεψε* & *ἀπώλεσε*, quia praecedit *δαίμων* & *ἀλιτήριος*. *Steph.*

*p.* 122. *l.* 5. *καὶ ἑταίροις τοῖς περὶ Δίωνα.*) Ald. Bas. 1. 2. *καὶ ἑτέροις*· quod omnino mutatum nollem. Nam *οἱ περὶ Δίωνα* iam significant *ἑταίρους*.

*ead. l.* 6. *ὅποι δήποτ' ἠδυν.*) Steph. corr. *ὅπη δὴ τότ' ἠδυν.*

*p.* 123. *l.* 7 *sq.* *ἔοικε - Ἀρχύτας τε - πρὶν ἀφ.*) *Vocula πρὶν locum hic nullum habere videtur: quin etiam partic. τε expungenda, aut in γε mutanda esse. Pro ἔοικε autem legit & Fic. ἤκουσα.* Steph. Ficinus vertit, *Audivi autem Archytam interim ad Dionysium accessisse*, neglecto *πρίν*.

*ead. l.* 13. *τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα*) Ficinus Stephano legisse videtur, *περὶ τῶν τοιούτων*.

*p.* 125. *l.* 10 *sq.* *κατὰ νοῦν γιγνόμενα.*) Stephanus non dubitat, quin substituendum sit *γιγνόμενον*.

*p.* 126. *l.* 3 *sq.* *ὁ λόγος ἦκεν*) Ficinus vertit, *Ratioque mihi dictaret.* Unde Stephanus suspicatur, legisse eum, *ὁ λόγος ἤρει*, quod & alibi ab ipso sic reddatur.

*ead. l.* 6. *παρακούσαντα*) *Παρακούοντα habent praeced. edd. Ex vet. autem exempl. παρακούσοντα & παρακούσαντα affertur, quarum illam quidem reiiciendam esse manifestum est, haec*

*autem & commoda est, & a Ficino agnoscitur.* Steph. Ald. Bas. 1. παρακούοντα, at Bas. 2. παρακούσοντα.

*p.* 128. *l.* 8. ἢ κοσμία τῶν πράγματι) *Ita legitur in praec. edd. Quidam vero reponunt* ἢ κοσμία τῷ πράγματι· *sed videtur potius aliquid post* τῶν *deesse, (fortasse genitivus* μανθανόντων, *aut alius huiusmodi: nisi potius* τῷ μανθάνοντι *aut alius dativus scriptus fuit, ut dicat,* ὡς πρέπουσα τῷ μανθάνοντι ἡ κοσμία δίαιτα) *deinde scribendum esse* πρᾶγμά τι χαλεπὸν ἡγησάμενοι &c. Steph. Scilicet Ficinus vertit, *Qua quotidiani victus temperantia philosophiae studiis necessaria, rem protinus sibi duram impossibilemque* &c.

*p.* 133. *l.* 12. προτεῖνον) Cornarius coni. πρότερον. Ficinus, *Nisi quodlibet horum quatuor quaesitum* prius &c.

*p.* 137. *l.* 2. τὴν τῆς μετοχῆς γενομένην) Legendum est fortasse, τὴν τῆς μετοχῆς γενομένην ἄν: vel praefixa particula ἂν participio. Omittit certe Ficinus quoque horum verborum interpretationem. Non immerito autem suspectus & hic locus fuerit τάχ' ἂν εἴη. *Steph.*

*ead. l.* 9. οὕτως εἰδέναι) Stephanus coni. ὄντως vel ὅμως εἰδέναι· quod posterius ipsi magis placebat. Idem ante ἢ φαῦλα punctum superius ponendum censebat, subaud. οἴεται ex praecedentibus.

*ead. l.* 12. μείζονα δὲ, καὶ ὄντως) *Lege.* μείζονα δέ. καὶ ὄντως &c. Steph. Ficinus, *Sed maiora consuerit: ac revera* &c.

*ead. l.* 13. ἐπιμελούμενος) Stephanus corr. ἐπιμελούμενον.

*p.* 138. *l.* 4. τὸ μετὰ τοῦτο) Post haec verba hypostigmen ponendam censebat Stephanus.

*p.* 140. *l.* 1. ἐπιβουλεύοντος ἐμοί.) Stephano magis placebat altera lectio, quae habet dativum ἐπιβουλεύοντι, quae est in Bas. 2.

*p.* 142. *l.* 13. ὅτι — Διονύσιος ἐμνήσθη λέγων) Stephanus corr. ὅτε — Διονύσιος ἐμνήσθη λέγειν.

*p.* 144. *l.* 15 *sq.* εἰς λόγους ἥξειν — ἂν ἄρα) Stephanus suspicatur scribendum, εἰς λόγους ἥκειν — καὶ ἂν ἄρα, vel ἂν δ' ἄρα. Ficinus vertit, *Criminibus responsurum* — ac *si nolit.*

*p.* 146. *l.* 6. θυμούμενος ἀφεῖη.) Videri possit deesse articulus ὁ ante istud participium: alioqui dicendum fuisse θυμούμενός τις. Quod si Ficinus eam, quae hic est, lectionem in suis libris invenit, non secus tamen haec vertit, quam si illarum alteram invenisset. eius enim sunt haec verba, *In varioque se mutavit colores, quales ira consuevit afferre.* Alioqui, si ad Dionysium ipsum postrema haec verba referre velimus, recte quidem scriptum fuisse dicemus θυμούμενος, non praefixo arti-

culo, sed simul etiam pro ἀφείη ἄν scribi ἀφίησι esset necesse. *Steph.* Nimirum Serranus vertit, *Sicut solet, cum irascitur.*

*p.* 149. *l.* 4 *sq.* ἡμῶν μὲν — αὐτοῦ δ᾽) Bas. 2. ἡμᾶς μὲν — αὐτὸν δ᾽.

*p.* 150. *l.* 8. ὅστις μέτριος) Scribendum fortasse μετρίως, quod pertineat ad διανοοῖτο. *Steph.*

*ead. l.* 11. ἔτι δὲ οὐκ ἄν τις) Stephanus corr. ἔστι δὲ οὐκ ἄν τις. Ficinus, *Neque vero id* fit, *si quis* &c.

## IN EPISTOLAM VIII.

*p.* 153. *l.* 1. ἃ δ᾽ ἂν) Ficinus omittit δέ· sed illa particula pendet ab eo, quod est in epigraphe, εὖ πράττειν, q. d. Ego initio meae epistolae vobis bene precans scripsi, ut moris est, εὖ πράττειν· quibus autem consiliis & institutis consequi possitis illud, quod exopto, τὸ εὖ πράττειν, conabor vobis exponere, monente iam Stephano.

*p.* 156. *l.* 9. εἶναι τὸ μὴ) Pro τὸ invenitur etiam τῷ, quae lectio magis placet, ut interpungatur post εἶναι. *Steph.*

*ead. l.* 12 *sq.* ἀρχὴ φυομένη νέα.) Stephanus corr. ἀρχῇ φυομένῃ νέᾳ. Hoc certe, aut παλαίᾳ τελευτῇ δοκούσῃ legit Ficinus.

*p.* 158. *l.* 2. ἐγένετο βασιλεὺς) Stephano deesse videbatur καὶ ante βασιλεύς. Ego vero aut κύριος aut βασιλεὺς tollendum existimo.

*p.* 159. *l.* 10 *sq.* εἶπεν νῦν) Si intelligamus, *quae ille vobis nunc diceret, si adhuc spiraret*, scribendum fuerit, εἴποι ἂν νῦν. *Steph.*

*p.* 160. *l.* 15. τότε μέγιστον) *Scribendum puto* τόγε μέγιστον, *interpungendo utrinque. alioqui sequenda fuerit altera lectio*, τότε, τὸ μέγιστον. Steph. Ficinus videtur legisse τόγε μέγιστον, nam vertit, *Quod maximi faciendum est.* At Bas. 2. τότε τὸ μέγιστον.

*p.* 162. *l.* 2. καὶ τάφους) Stephanus corr. καὶ τάφων.

*p.* 164. *l.* 8. ταῦτα δὲ σχεδὸν) Stephanus malebat, ταῦτα δὴ σχεδόν.

*ead. l.* 16 *sq.* ἐναργῆ τε — τελεσθέντα) Ald. Bas. 1. 2. ἐναργῆται — τελεσθέντε. Quam Stephanus adoptavit lectionem, eam suggessit Cornar. p. 136.

## IN EPISTOLAM IX.

*p.* 165. *l.* 3. ἀπαγγέλλοντες παρὰ σοῦ.) *In vet.* τὰ παρὰ σοῦ· *quae lectio sequenda esse videtur, cum alioqui desiderari aliquid dici possit inter* ἀπαγγέλλοντες *&* παρά. Steph. Τὰ παρὰ σοῦ habet Bas. 2.

## IN EPISTOLAM X.

*p.* 166. *l.* 17 *sq.* καὶ νῦν, καὶ γεγονέναι) Potest etiam interpungi post γεγονέναι, aut post διὰ παντός· ut haec pertineant ad accus. ἑταῖρον. Ante νῦν autem videtur abundare καί. alioqui intelligendum fuerit, καὶ νῦν καὶ διὰ παντὸς γεγονέναι παρεχόμενον. nisi γεγονέναι cum νῦν nimis sit durum. *Steph.*

## IN EPISTOLAM XI.

*p.* 167. *l.* 9. ἐπεστείλαμέν σοι) Stephanus rectius scribi arbitrabatur, ἐπέστειλα μέν σοι.

*p.* 168. *l.* 6. πολιτείαν) Bas. 2. πόλιν. Ficinus quoque, *Civitatem.*

*ead. l.* 7. εἶναί τι κύριον) *Alia est lectio* εἶναι τινὰ κύριον. Steph. Nempe Ficinus, *Nisi sit* aliquis *cum auctoritate praesidens civitati.*

*ead. l.* 14. εὖ ᾤκησαν) Bas. 2. εὖ ᾠκίσθησαν.

## IN EPISTOLAM XII.

*p.* 169. *l.* 14 *sq.* μύριοι εἶναι.) Ald. Bas. 1. 2. μοιραῖ εἶναι. At μύριοι legendum vidit Cornarius. Iam Ficinus, *Ferunt virorum* decem millia *fuisse.* At Serranus vertit, *Innumerabilibus.* Tunc scribendum esset μυρίοι.

## IN EPISTOLAM XIII.

*p.* 170. *l.* 15. In praeced. edd. post εὖ πράττειν additur νοθεύεται. At laudat hanc epistolam tanquam Platonis, Plutarch. περὶ δυσωπίας p. 946 ed. Steph. & Theodorit. L. II τῆς θεραπευτικῆς τῶν Ἑλληνικῶν παθημάτων.

*ead. l.* 19. ὡς ἐμοί τε ἐδόκει) Bas. 2. ἐδόκεις.

*p.* 171. *l.* 6. καὶ τῶν διαιρέσεων) *Non solum deest aliquid cum hoc genitivo* διαιρέσεων, *sed etiam suspectus ipse est.* Steph. Cornarius legebat, καὶ τῶν διαιρέσεων ἔμπειρον, *divisionum peritum.*

*ead. l.* 10 *sq.* καὶ τῶν Ἰσοκράτους) *Quibusdam substituendus videtur genitivus* Σωκράτους. Steph. Ficinus, *Cum quodam* Socratis *discipulorum.*

*p.* 172. *l.* 7 *sq.* τὸν μὲν Ἀπόλλω ἐπριάμην) Ald. Bas. 1. 2. τὸν μὲν Ἀπόλλω ἐποιησάμην, quod recte immutatum a Cornario. nam statim sequitur, ἐπριάμην οὖν αὐτό.

*p.* 174. *l.* 4. ἦ μὲν οὖν Σπευσίππῳ γαμ.) Si haec lectio recta est, Speusippus uxorem duxit sororis suae filiam. Et sic Platoni fuit nepos ex sorore Potone, ut Laërtius tradit, & affinis eidem in quarto gradu, ut qui ipse illius nepos, neptis illius filiam in uxorem habuit. *Cornar.* Stephanus scribendum iudicabat, ἦ μὲν οὖν &c. ut post θυγάτηρ levius interpungeretur.

*p.* 178. *l.* 4. ἐπολιανόμει.) Cornarius emendabat ἐπολιονόμει.

Stephanus tamen vulgatam ſcripturam defendit, rectèque derivari poſſe putat a πόλις, πολιανόμος & πολιανομεῖν. Ceterum vitioſe edd. vett. ἀπολιανόμει.

## IN AXIOCHUM.

*p.* 181. De Auctore huius Dialogi exploratum ſatis eſſe putamus, Axiochum, qui reſtat hodie, prorſus diverſum eſſe ab eo, qui compoſitus ab Socratico Aeſchine perhibetur ab Harpocratione, Athenaeo, Diogene Laërt. & Polluce. Sed a quo profectus fuerit hic Axiochus, non audemus definire. Credimus tamen cum Stephano, & aliis, eum non conſcriptum eſſe a Platone. Unde etiam in Ald. atque iis, qui inde ducti ſunt, libris poſitus comparet in Dialogis Philoſophi νοθευομένοις.

*ead. l.* 1. καὶ γενομένῳ μοι) Steph. & Wolf. delendum cenſebant μοι. Tuetur tamen Horreus.

*ead. l.* 2. διῆξε φωνὴ) Commode ſatis hoc. elegans tamen, quod dedit Wolf. διῆξε, a διαΐσσειν. Contra quod nonnulla monuit Abreſch. Animadv. ad Aeſchyl. T. I, p. 25.

*ead. l.* 3. περιστραφεὶς περισκόπουν) Thomas Magiſter v. ἐπιστρέφομαι, h. l. ſic legit, ἐπιστραφεὶς δὲ Κλεινίαν ὁρῶ τὸν Ἀξιόχου· quod verbum ἐπιστραφεὶς praeferebat quoque Abreſch. ad eundem l. c. At Fiſcherus περιστραφεὶς putat ἐναργέστερον, quippe quod magis conveniret aviditati Socratis videndi & cognoſcendi, unde vox illa lata eſſet. Argute. Wolfius dedit στραφείς.

*ead. l.* 5. ἤστην δὲ αὐτῶν) MS. Medic. αὐτώ· ut Cornarius iam reſcripſerat. Wolfio reponendum videbatur αὐτοῖν.

*ead. l.* 6. κατὰ μουσικὴν) Clericus & Wolf. κατὰ τὴν μουσικ.

*p.* 182. *l.* 3. ἔκ τινος ὥρας αἰφνιδίου) Cornarius pro ὥρας corr. συμφορᾶς, uti fere Wolf. vertit, *Inopinato quodam caſu.* Steph. ſuſpicabatur deeſſe μεταβολῆς, legendumque adeo, ἔκ τινος ὥρας μεταβολῆς αἰφνιδίου, ut de repentina aëris permutatione, quae contingit in hoc vel illo anni tempore, intelligeretur. At Fiſcherus ὥραν αἰφνίδιον capiebat de *morbo, quo quis correptus eſt ſubito.*

*ead. l.* 9. ἀτυχήσεις μου) Wolfius coni. ἀτυχήσεις παρ' ἐμοῦ. temere.

*ead. l.* 14. ταῖς Ἰτωνίαις) Stephanus reponebat τῆς Ἰτωνίας, interpretabaturque de templo Minervae Itoniae, a qua nomen habuiſſet ea murorum pars, iuxta quam templum eſſet poſitum. At verba πλησίον τῶν πυλῶν ſatis declarant, portam

antea fuisse nominatam. Intell. potius ἐπὶ, & accipiendum de porta ita dicta a Minerva Ἰτωνία, quae Athenis ita culta fuerit, ut in Thessalia & Boeotia. Et portarum nomina sunt fere pluralia. Wolfius coni. πρὸς τὰς Ἰτωνίας.

*p.* 183. *l.* 4. ἄῤῥητον) Stephanus coni. ἀῤῥηκτον. Sed ἄῤῥητον θάρσος est *incredibilis, eximia, animi constantia ac magnitudo.*

*ead. l.* 9. πρὸς ἅπαντας θρ.) Stobaeum sequendo legendum nobis fuerit πρὸς ἀπάντων θρυλλούμενον. *Steph.*

*ead. l.* 13. ἡλικίαν ἔχει.) Clericus pro ἔχει legendum ἐχρῆν, vel ἔδει, censebat. Sed ἔχει notat hic, monente Fischero, *arguit, prodit, ostendit.* Stephanus vero περιφρονοῦσαν mutare gestiebat in παραφρονοῦσαν, temere. Nam περιφρονεῖν notat etiam, *valde sapientem esse.*

*ead. l. ult.* ἀντίσχει δὲ δέος τι) Wolfius legendum coni. ἀνίσχει, aut ἀνταναίσχει, quod verum habebat Fischerus, quod ἀντίσχει casum quartum personae postularet, at ἀνταναίσχει iungi posset cum γενομένῳ μοι. At in altera edit. idem vulg. ἀντίσχει sanum putat.

*p.* 184. *l.* 5. καὶ ποιεῖς) Wolfius malebat καὶ νοεῖς.

*ead. l.* 8. μεταβάλλων) Stephanus corr. μεταβαλῶν, quod futurum praecedat: idque adoptarunt Wolf. Cleric. & Horreus.

*p.* 185. *l.* 1 *sq.* τὸ δὲ σκῆνος πρὸς κ.) Stob. (c. 121. p. 612.) τὸ δὲ σκῆνος τουτὶ πρὸς κ. quod post Cleric. & Horr. recepit Fisch.

*ead. l.* 2. ἀμυχιαῖα) Wolfius malebat ἀκαριαῖα, aut ἀμήχανα, aut ἀμυδρά. temere.

*ead. l.* 3. καὶ εἰς πλείους ὀδύνας) Stob. καὶ πλείοσιν ὀδύναις, quod cum Clerico & Horreo recepit Fischerus.

*ead. l.* 5. νόσους δὲ καὶ φλεγμονὰς) *Cum his accusativis deesse verbum aliquod, aut a praeced.* περιήρμοσε *pendere dicamus necesse est. Fortassis autem* νόσους δ' ἔτι καὶ φλεγμ. *ab ipso auctore scriptum fuit.* Steph. Schultens. ad Iob. p. 118 emendabat, νόσους δὲ τίκτει καὶ φλ. At Fisch. e περιήρμοσεν arcessendam putat notionem v. ἐποίησεν, unde accusativi pendeant.

*ead. l.* 9. ὀρεγομένη) Fischerus e Bas. 2. & Stob. cum Wolf. reposuit ὀριγνωμένη, exquisitiori forma. Hesych. ὀριγνᾶσθαι· ἐπιθυμεῖν, ὀρέγεσθαι.

*ead. l.* 13. σὺ δὲ οὐκ ἔτυμα) Clericus & Horreus rescripsere σύ γε, addicente Fischero.

*p.* 186. *l.* 3 *sq.* τὰν χεῖρα νίζει — καὶ λάβε τι.) Erasmus Adagg. p. 568 ed. Hanov. legit, τὴν χεῖρα κνίζει — καὶ λάβοις τι. Grotius autem, τὴν χεῖρα νίπτει — καί τι λάμβανε. Stephanus ad Erasmi Adagg. l. l. legit λάβοις τὶ σύ. Rittershus. ad Porphyr. Vit. Pythag. p. 38 Kuster. emendabat, καί τι καὶ

λάβε. Patinus ad Apoſtol. p. 286 legit τὴν χεῖρα κνίζει — καὶ λάβοις τι ἄν. Sed probum eſt, quod vulgatur; modo teneamus, eſſe verſiculum trochaicum trimetrum hypercataleƈticum, qualis Iambicus dimeter eſt apud Horat. I, 9, 3. *Fiſch.*

*ead. l.* 15. καὶ γυμνασταὶ) Stob. ἐπέστησαν παιδαγωγοὶ καὶ γραμματισταὶ καὶ παιδοτρίβαι τυραννοῦντες· quam leƈtionem veriorem iudicabat Fiſcherus, ita ut in contextum recipere non dubitaret.

*ead. l.* 16. κριτικοὶ) Baſ. 2. καὶ γραμματισταί· quae verba e ſuperioribus huc delata opinabatur Fiſcherus. Wolfius utrumque retinuit γραμματισταὶ, κριτικοί.

*p.* 187. *l.* 6 *ſq.* χαλεποῖς ἐφάνη) Wolfius edidit χαλεποῖς παραβαλλόμενα ἐφάνη. audaƈter: & dativus reƈte pendet ab ἐφάνη.

*ead. l.* 13. παρήρθρησεν) Stobaeus παρήρθρωσεν, quod probabat Steph. & recepit Wolf. Horr. & Fiſch.

*ibid.* ἄλλοι πολὺ γήρως) Stephanus coni. ἄλλοι ἐπὶ πολὺ γήρως. Sed iſta praepoſitio reƈte intelligitur. Recepere tamen Stephani coniecturam Wolfius & Clericus.

*ead. l.* 14. καὶ τῶν δὶς παῖδες) MS. Medic. καὶ τῷ νῷ δὶς π. quod amplexi ſunt Horr. & Fiſch. At Stephanus pro τῶν reponendum opinabatur τότε.

*ibid.* καὶ τοῦτο καὶ) Stephanus aut inſerendam, aut certe ſubaudiendam cenſebat praepoſ. διὰ ante τοῦτο. Hoc reƈte.

*p.* 188. *l.* 2 *ſq.* κοιμηθέντες — ἀνέστησαν) Stobaeus κατακοιμηθέντες — ἐξανέστησαν, quod admiſit Fiſcherus.

*ead. l.* 6. μετὰ τὴν εὐχὴν) Stephanus vel τῇ, vel πρώτῃ deſiderari putabat ante μετά. Atque prius, τῇ amplexi ſunt Wolfius & Clericus.

*ead. l.* 7. οἱ ποιήμασι) Stobaeus οἱ στόμασι· quae leƈtio Stephano & Horreo vulgata elegantior videbatur.

*p.* 189. *l.* 2. μέμφεται — χαλεπανεῖ) Stobaeus μέμφεται — χαλεπαίνει.

*ead. l.* 2 *ſq.* τοὺς χειρωνακτικοὺς) MS. Medic. τοὺς χειρωνακτικάς· unde Clericus coni. τοὺς χειρωνάκτας.

*ead. l.* 4 *ſq.* κατοδυρομένων τε αὐτῶν) Stobaeus κατοδυρομένων δὲ ἑαυτούς· quae leƈtio arridebat Stephano.

*ead. l.* 11. δῆλον. ἀλλ' οὐχ ὅλον) Stephanus coni. δηλονότι. ἀλλ' οὐχ ὅλη· quod poſterius recepit Wolfius. Sed ὅλον pertinet ad ἕλκος, ſignificatque, ut interdum πᾶν, *merum.*

*ead. l.* 14. κρύος) Stobaeus κρυμόν· quod, tanquam exquiſitius, praeferebat Fiſcherus.

*p.* 190. *l.* 2 *ſq.* εἰ ποππυσθείη — ἐμβαλλόμενον) Wolfius

coni. εἰ καὶ ποπτυσθεὶη — ἐκβαλλόμενον, illud quidem, εἰ καὶ ποπτυσθεὶη, temere: hoc vere. Recepit adeo Fiſcherus.

*ead. l.* 6. τοῦ δ' οἱ πρώην βασιλεῖς καὶ στρατηγοί;) *Stobaeus* τοῦ δὲ πρώην οἱ δέκα στρατηγοί; *ſed illum ſcripſiſſe puto*, τοῦ δ' οἱ πρώην δέκα στρατηγοί; Steph. Ita quoque e Stob. legendum contendit Weſſeling. ad Diod. Sic. T. I, p. 448.

*ead. l.* 8. συνεξάρχειν) Wolfius e coniectura recepit συνεξαμαρτεῖν. temere.

*ead. l.* 11. Ἐρυπτόλεμος) Stephanus corr. Εὐρυπτόλεμος. Recte. At Wolfius Τριπτόλεμος.

*p.* 191. *l.* 2. ἐκ σύγκλυδος ὄχλου) Ald. Baſ. 1. 2. συγκλύδων. male. Σύγκλυδος inter verſus additum quoque erat in MS. Medic.

*ead. l.* 3. ἀθλιώτερος μακρῷ) Stephanus Th. G. L. T. I, p. 1282 legit μακρά.

*p.* 192. *l.* 3. ἄρτι κροτήσης) Wolfius corr. ἔτι κρ. quae particula iungeretur comparat. πιθανωτέρους. Sed ἄρτι eſt νῦν, ἤδη, aut legendum πιθαν. λόγους τῶν ἀρτι κροτήσης. Prior tamen ratio magis placet. *Fiſch.*

*ead. l.* 4. ἀποπλανώμενος) Clericus ἀποπλανωμένους. inſcite. nam cohaeret cum νοῦς.

*ead. l.* 5. ἅπτεται — τῆς ὁμοχροίας) Steph. ſuſpectum habebat v. ὁμοχρ. ut Clericus, qui corr. τοῦ ἐμοῦ χρόος. Wolfius vero ὠμοχρόας. Sed ὁμοχρ. eſt *ſumma cutis.* hinc ἅπτ. τῆς ὁμοχρ. dicuntur ea, quae animum leviter tangunt, quae non ad ſenſus permanant. quibus opponitur καθικέσθαι τῆς ψυχῆς.

*ead. l.* 9. ἀνεπιλογίστως) Wolf. addit τὰ ἀσύναπτα. temere.

*ead. l.* 11. τὸ στερόμενον) Wolfius τὸν στερόμενον· quod recepit Fiſcherus.

*ead. l.* 14. ἀρχὴν γὰρ) Hunc locum depravatum opinabatur Wolf. ficque reſingendum, τὴν ἀρχὴν γὰρ — μοὶ συνυποθ. ὡς πως μηδεμίαν αἴσθησιν· temere. Senſus eſt, niſi ab initio ſumſiſſes temere quodammodo & imprudenter, tibi poſt mortem aliquem ſenſum fore, nullo unquam modo mortem timeres.

*ead. l. ult.* δειματούμενος στερ.) Wolf. δειμ. μὲν στερ.

*ibid.* τῆς ψυχῆς) In Baſ. 2. poſt ψυχῆς legitur, τῇ δὲ στερήσει περιτιθεὶς ψυχήν· καὶ ταρβεῖς μὲν τὸ μὴ αἰσθήσεσθαι. quae verba cum e Codd. petita ſint, ut Hopperus diſerte in Praefat. memorat, revocavit ea Fiſcherus.

*p.* 193. *l.* 3. τόσον διήρατο) Wolfius coni. τοσόνδε ἤρατο. In idem inciderat Stephanus. Baſ. 2. τόσον δοιοῦς διήρ.

*ead. l.* 4. διαπεραιώσασθαι) Clericus & Horreus διαπεραιώσεσθαι.

*ead. l.* 9. *καὶ πλειάδων*) Wolfius legit *χειμῶνος καὶ θέρους, καὶ πλειάδων ἀνατολάς τε καὶ δύσεις*, devocando ex antec. *ἀνατολ. τ. κ. δ.* Clericus omissum putabat *σημασίας*, vel *ἐπισημασίας*, probante Horreo.

*ead. l.* 12 *sq. τὴν τῶν τηλικῶνδε*) Clericus *τῶν τηλικῶνδε.*

*ead. l.* 14. *μεταβάλλεις*) Wolfius corr. *μεταβαίνεις.* At & supra occurrit *εἰς ἀναισθησίαν μεταβάλλειν.*

*p.* 194. *l.* 11 *sq. ἀνὴρ μάγος — διάβασιν*) Wolfius *ἀνὴρ μάγος, διηγήσομαι — κατάβασιν·* utrumque temere.

*ead. l.* 16. *κατὰ τὴν τοῦ σώματος λύσιν*) Horreus corr. *μετὰ τὴν τ. σ. λ.* sine causa.

*ead. l. ult. κίνησιν· ἐν ᾗ*) Clericus coni. *οἴκησιν· ἐν ᾗ* &c. probante Horreo. Mollius Fischerus *ἐν ᾧ*, sc. *τόπῳ* ex antec. quod adeo recepit.

*p.* 195. *l.* 1. *οὐχ ἥττω*) Clericus corr. *οὐχ ἥττων*, & vertit *βασίλεια*, *regnum.*

*ead. l.* 6. *ταῦτα δὲ ἀνοίξαντα*) Wolfius e coniectura recepit *διανύσαντας.* Inepte.

*ead. l.* 8. *πορθμεύσαντα*) Ald. Bas. 1. 2. *πορθμεύσαντας.* Sed tum etiam *ἀνοίξαντας* rescribi oportebit.

*ibid. Ῥαδάμανθυν, ὃ καλίζεται*) Wolf. de suo quaedam addens legit, *Ῥ. καὶ Αἴακον εἰς χωρίον ὃ κλ.* improbanda audacia.

*ead. l.* 14. *παγκάρπου γονῆς*) Cleric. *παγκάρπου γῆς.* male.

*p.* 196. *l.* 9. *ἐναύσασθαι*) Wolfius coni. *ἐνδύσασθαι.*

*ead. l.* 11. *ὑδρεῖαι*) Wolfius coni. *ὑδρίαι.* Sed *ὑδρεῖαι* sunt *aquationes.*

*p.* 197. *l.* 1 *sq. χωρίου μεταστησῖσα*) Wolfius emendabat, *χωρίου καθαρὰ μεταστᾶσα.*

*ead. l.* 8. *ἀναριθμήσομαι*) Wolfius *ἀναμυρηκήσομαι.*

## IN DIALOG. DE IUSTO.

*p.* 199. *l.* 5. *Τί δὲ τὰ κοῦφα καὶ βαρέα*) Substituendum puto *τίνι* pro *τί.* Alioqui scribendum dicerem, *Τί δέ; τὰ κοῦφα καὶ βαρεα ἆρ' οὐ σταθμῷ*; non interpungendo post *βαρέα. Steph.*

*ead. l.* 13. *Ἀλλὰ τί*;) Stephanus coni. *ἄλλο τί*;

*p.* 202. *l. ult. οὐκ ὠφελεῖν*) Aut expungenda est vocula *οὐκ*, aut accipienda pro *Nonne. Steph.*

## IN DIALOG. DE VIRTUTE.

*p.* 206. *l.* 5. *ἢ ἀγαθοί εἰσιν*) E similibus huiusce Dialogi locis Fischerus legendum suspicatur, *ἢν ἀγαθοί εἰσιν.*

*p.* 207. *l.* 13. Ἀλλ' ἆρα μὴ ἐφθόνουν) Ald. Baſ. 1. 2. ἀλλ' ἄρα μή.

*ead. l. ult.* τέκτονες φρονοῦσιν) Sic Ald. Baſ. 1. at Baſ. 2. φθονοῦσιν, quod praeferebat Steph. & recepit adeo Fiſcherus, motus inprimis Heſiodi (Ἔργ. 26. ſ.) loco, ad quem reſpexerit auctor Dialogi.

*p.* 208. *l.* 14. δηλονότι) Fiſcherus δῆλον ὅτι.

*p.* 209. *l.* 1. ἐπεβαινε γοῦν ἐπὶ τὸν ἵππον) Sic Ald. Baſ. 1. 2. At Horreus corr. ἐπέμενε γοῦν ἐπὶ τῶν ἵππων. Sed ſenſus eſt, *conſcendit in equum, ita ut in eo ſtaret rectus.* Alius V. D. (in Obſſ. Miſc. Vol. II, p. 154.) tuetur quidem ἐπέβαινε, at interpretatur, *vehi, inſidere:* atque adeo legendum cenſet ἐπὶ τῶν ἵππων.

*ead. l.* 4. ἢ ταῦτα) Fiſcherus cum Clerico & Horreo repoſuit ἢ ταῦτα.

*p.* 210. *l.* 2. ἔθρεψε Πάραλον καὶ Ξάνθ.) Baſ. 2. ἔθρεψεν υἱεῖς τὴν (ſcr. τὸν) Πάραλον καὶ Ξάνθ. Ita quoque MS. Medic. omiſſo tamen articulo τόν.

*p.* 211. *l.* 3. Οὐκοῦν δηλονότι οὗτος οὐκ ἄν ποτε) Pro δηλονότι reſcripſit & hic Fiſcherus δῆλον ὅτι. Deinde, pro οὗτος Baſ. 2. habet οὕτως, omiſſo οὐκ, quod & Baſ. 1. non agnoſcit: idque omnino tollendum iudicabat Clericus, reponendumque, οὗ ἄν ποτε, improbante Fiſchero.

*ead. l.* 12 *ſq.* διὰ τὴν τῆς πόλεως ἐπιμέλειαν) Pircamerus vertit, *Propter* bellorum *negotia.* Legit igitur, διὰ τὴν τῶν πολέμων ἐπιμέλειαν.

*ead. l.* 15. ἆρα φύσει) Pircamerus, Clericus & Horreus, ἄρα φύσει, probante Fiſchero.

*p.* 212. *l.* 15. ἀπεργάσασθαι) Neſcio an melius legatur ἀπεργάσεσθαι· quod tempus ſane verbis πολλὴ ἐλπὶς magis accommodatum videtur. *Fiſch.*

*p.* 213. *l.* 7. ἡμῖν ἀπέφαινον) Baſ. 2. ἀπεφαίνοντο.

*ead. l.* 11. ἀπέκειντο) MS. Medic. ἐπέκειντο. Sed ἀποκεῖσθαι proprium hac de re.

*ead. l.* 13. ἀλλὰ κινδυνεύει) Baſ. 2. & MS. Medic. ἀλλὰ γὰρ κινδυνεύει, probante Fiſchero.

*p.* 214. *l.* 8. καὶ Λακεδαιμόνιοι) Fiſcherus corr. καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι.

*ead. l.* 9. θεῖον ἄνδρα) In Menone Platonis eſt, θεῖος ἀνὴρ, φασὶν, οὗτος. pro quo Caſaubonus ad Athen. p. 631 legi iubebat σεῖος ἀνὴρ, Laconica forma.

*ead. l.* 14. παραγίγνεσθαι) Ald. Baſ. 1. 2. Stob. παραγίγνεται, quod reduxit Fiſcherus.

## IN DEMODOCUM.

*p.* 222. *l.* 12. ἢ τίνος ἕνεκεν) Stephano post ἕνεκεν aut post ἀντιδίκοις deesse videbatur ἔδει, sive ἐχρῆν.

*p.* 227. *l.* 7. Βέλτιον δὲ χρήσεσθαι) *Male* χρῆσθαι *in praeced. edd. ubi etiam desiderantur*, οἷσι τινὰς — ὀρθῶς λέγοντος, ἔφη. Steph. Illa verba omittunt Ald. & Bas. 1. at habet Bas. 2.

*ead. l.* 10. Πῶς οὖν ἀκούοντες) *Malim legere*, Πῶς οὖν; ἀκούοντες &c. *Paulo post autem* Τί οὖν *pro* Τίνος οὖν *manifesto errore in praeced. edd. scriptum est.* Steph. Bas. 2. τοῦ οὖν &c.

*p.* 229. *l.* 12. μᾶλλον αὐτῷ πιστοὺς) Stephanus coni. μᾶλλον τῶν αὐτῶν πιστούς.

*p.* 230. *l.* 4. τοῖς λέγουσιν αὐτὰ) Scribendum puto λέγουσι ταυτὰ, utrobique: aut saltem in posteriore loco: nisi potius verba haec male sunt repetita. *Steph.*

## IN SISYPHUM.

*p.* 234. *l.* 6. ὥσπερ εἰ εἶτις) *Nisi pleonasmum hic esse dicamus, scribendum videtur* ὡσπερεὶ εἶτις. Steph. sine causa.

*ead. l. ult.* σκόπει δὲ) Steph. σκόπει δή. recte.

## IN ERYXIAM.

*p.* 242. *l. ult.* καλόν τι — ἔχεις λέγειν) Fischerus coni. καινόν τι — ἔχεις λέγειν.

*p.* 243. *l.* 14. παριόντες) Corradus, Pircamerus, & Serranus vertunt ac si legerint, παρόντες.

*p.* 244. *l.* 3 *sq.* ἥκοντα ἁπλᾶ) Clericus ἥκοντα ἅπαντα. Sed ἁπλᾶ h. l. est ἁπλῶς, *omnino*, *universe*.

*ead. l.* 14. ὅτῳ δύο τυγχ. τάλαντα ἀργ.) MS. Medic. ὅτῳ ὃν τυγχάνει τάλαντον ἀργ. recte. Nam is, qui agrum duorum talentorum possidet, ditior sane non dici potest eo, qui duo talenta argenti habet. Sic & paulo post, εἰ τυγχάνει — ὄντα.

*p.* 245. *l.* 11. δῆλον ὅτι πλείονος) Fisch. δηλονότι, *nimirum*.

*p.* 246. *l.* 2. πράττοι τά τε) Ald. Bas. 1. 2. πράττοιτο τά τε.

*p.* 247. *l.* 16. οὗτος ἔχει διατίθ.) Cod. Medic. ἔχοι, quod adoptarunt Horreus & Fischerus, iubentibus linguae legibus.

*ibid.* εἴπερ τυγχάνει) Fischerus τυγχάνοι.

*p.* 248. *l.* 8 *sq.* οὐκοῦν ἂν εἴγε σοφὸς εἴη — οὐδὲ ἰατρὸς Clericus corr. εἰγε ἰατρός. Horreus, σοφὸς ὃς εἴη.

*p.* 249. *l.* 12. καὶ ταῦτα τοιαῦτα) Cod. Medic. καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα, numerosius.

*p.* 250. *l.* 7 *sq.* καὶ ὁπόθεν — ἄνθρωπον, τί ἐστι.) Absunt haec verba ab Ald. Bas. 1. at Bas. 2. ea habet, legitque ἀνθρωπίαν pro ἄνθρωπον. Cod. Med. ἄνθρωπον ὁποῖόν τι ἐστι· quam lectionem recepit Fischerus.

*p.* 251. *l.* 6. ὁπότερος ὑμῶν) Ald. Bas. 1. 2. ὁπότερος ἡμῶν, contra disputationis seriem.

*ead. l.* 9. διαφερομένους) Post h. v. absolvenda erat parenthesis, quam Stephanus suo exemplo induxit, iudicibus Horreo & Fischero.

*ead. l.* 16. οἱ γοῦν πατέρες) Clericus οἱ γὰρ πατέρες.

*p.* 252. *l.* 15 *sq.* ἵνα διομολογηθῇ) Fischerus coni. ἵνα δὴ ὁμολογηθῇ.

*p.* 253. *l.* 4 *sq.* Δοκοῖ δ' ἄν σοι) Ald. Bas. 1. 2. δοκεῖ δ' ἄν σοι. minus recte.

*ead. l.* 10. μὴ ὑπάρχει) Cod. Medic. & Stob. μὴ ὑπάρχοι.

*p.* 254. *l.* 7. παρόντας) MS. Florent. τοὺς παρόντας· quem artic. recepit Fischerus.

*p.* 255. *l.* 14. ἐρύμασι) Stephanus coni. ἔργμασι, uti plane Stobaei libri habent. Hemsterhus. (ad Herodot. p. 141) Archilochi v. sic refingenda statuebat: καὶ φρονεῦσι τοῖ' ὁκοίως ἐγκυρέωσιν ἔργματα, ut sensus esset, καὶ τοῖά εἰσι τὰ ἔργματα, ὁκοίως φρονεῦσιν ἐγκυρέωσι.

*p.* 256. *l.* 7. οἰκίαν ποιεῖ) Stephanus coni. οἰκίαν ποιεῖν, ἀνθρώπου ἔργον ἐστίν· quod recepit Fischerus.

*ead. l.* 12. πάντων παρόντων) Fisch. corr. πάντων τῶν παρ.

*ead. l. ult.* ἢ ἀνάγκη) Clericus εἰ ἀνάγκη, approbantibus Horreo & Fischero.

*p.* 258. *l.* 7. παρῆν λέγων) Serranus vertit, *Prodicus enim* nuper, *cum haec diceret*, &c. Unde Clericus legendum vidit πρώην λέγων. recte. Idem secuti sunt Horreus & Fischerus.

*p.* 259. *l.* 6. φαίνεσθαι ἔμοιγε δοκεῖ) Clericus aut φαίνεσθαι induci iubebat, aut corr. φαίνεται, deleto δοκεῖ. At φαίνεσθαι cohaeret cum λέγων.

*p.* 260. *l.* 3. οὐχ ἕτερον τὸ πλουτεῖν) Cod. Medic. οὐχ ἕτερόν τι τὸ πλουτεῖν, quod probabant Cleric. Horr. & Fisch.

*ead. l.* 6. οὗτοι Καρχηδόνιοι) Clericus coni. οἱ Καρχηδόνιοι. Rectius Horreus, οὖν οἱ Καρχηδόνιοι.

*p.* 261. *l.* 9. τὰ τοιαῦτα) Clericus corr. τὰ αὐτὰ, assentientibus Horreo & Fischero.

*ead. l. ult.* ἔστιν ὅ, τι) Ald. Bas. 1. 2. ἔστιν ὅτι, quod retraxit Fischerus.

*p.* 262. *l.* 10. αὐτοῦ ἐκπομισαίμεθα) Fiſcherus e coniectura recepit, αὐτῷ ἐκπορισαίμεθα.

*ead. l.* 15. καὶ τῷ βλάπτειν) Clericus coni. καὶ τῷ γράφειν, aut βλέπειν. Horreus, παλαίειν, aut πλάττειν. Vulgatum tuetur Fiſcherus.

*p.* 263. *l.* 4. ποῖα δὴ τῶν χρημάτων) Fiſcherus corr. ποῖα δὴ τῶν χρησίμων.

*ead. l.* 13. ὅσά γε πρὸς τὴν ἐργασίαν) Stobaeus ὅσοισπερ, probante Fiſchero.

*p.* 264. *l. ult.* ἵνα ἐξαρκοίμεθα) Stob. ἐξικοίμεθα, quod verum habebat Fiſcherus, alterum vero eius interpretamentum.

*p.* 265. *l.* 7. ἑτάραττέ γε) Salvinius corr. ἑταράττετο, cum MS. Medic. offerret ἑτάραττέ τε.

*p.* 266. *l.* 5. οὐδὲ χρήματα φαίνοιτο πρός γε τούτου) Stob. οὐδὲ χρήσιμα γένοιτο πρός γε τοῦτο. vere, iudice Fiſchero.

*p.* 270. *l.* 4. οὐ μόνον αὐτοῖς οἷς καταχρώμεθα) Horreus corr. οὐ μόνον αὐτὰ οἷς καταχρ.

*p.* 271. *l.* 11 *ſq.* ἢ ἑτέρου τινός;) Clericus παρ' ἑτέρου τινός; temere.

*p.* 274. *l.* 7. Ὅταν κάμνωμεν.) *In praeced. edd. deeſt haec reſponſio*, ὅταν κάμνωμεν. Steph. Nempe in Ald. Baſ. 1. At habet eam Baſ. 2. & Stob.

*p.* 275. *l.* 14. τούτοις καὶ πολλῶν δεῖσθαι) Horreo legendum videbatur τούτους. vere. Nam altera lectio linguae legibus repugnat.

## IN CLITOPHONTEM.

*p.* 281. *l.* 6. ἐν τῷ πράγματι) Vide, an non pro ἐν ſcribendum ſit ὄν, pro ὄντος: vel ἔνι, i. e. ἔνεστι. *Steph.*

## IN DEFINITIONES.

*p.* 287. *l.* 2. μὴ διεφθαρμένον) Cod. Reg. μὴ ἐφθαρμένον.

*p.* 288. *l.* 9. διακριτικὴ σωμάτων) Cod. Reg. διακριτικὴ τῶν σωμάτων.

*p.* 290. *l.* 6. ἀκολούθησις τοῦ ὀρθοῦ λογισμοῦ) Cod. Reg. ἀκολουθούσης τῷ ὀρθῷ λογισμῷ.

*ead. l.* 7. τῷ ὀρθῷ λογισμῷ) τῷ omittit Cod. Reg.

*ead. l.* 9. δικαίων καὶ συμφερόντων) Cod. Reg. καὶ δικαίων καὶ συμφερόντων.

*ead. l.* 12 *ſq.* Θάρσος, ἀπροσδοκία κακοῦ) Cod. Reg. εὐπροσδοκία κακοῦ.

*p.* 291. *l.* 1. τὸ βελτίστον) Cod. Reg. τὸ βέλτιον.

*ead. l.* 7. ὕπειξις ἑκούσιος) Cod. Reg. ὕπειξις ἑκουσία.

*ead. l.* 8. περὶ κίνησιν σώματος) Cod. Reg. περὶ κινήσεως σώματος.

*ead. l.* 15. ἀστεία) Cod. Reg. ἀστείως.

*p.* 292. *l.* 1. ἀνθρώπων. Εὐσέβεια) Ante εὐσέβεια in Cod. Reg. haec inserta leguntur, χάριτος σχέσις. μνήμη μετ' εὐεργεσίας.

*p.* 293. *l.* 10 *sq.* παθεῖν ἢ ποιῆσαι.) Cod. Reg. παθεῖν τι ἢ ποιῆσαι.

*p.* 294. *l.* 7. ἀγαθοῦ ὑπουργίας) Cod. Reg. ἀγαθῆς ὑπουργίας.

*p.* 296. *l.* 1. φραστικὴ ἑκάστου) Cod. Reg. φραστικὸς ἑκάστου.

*p.* 297. *l.* 12. Ἀρχὴ, ἐπιμέλεια) Marg. Cod. Reg. γράφεται ἀλλαχοῦ, εἶτα ἀρχὴ, ἐπιμέλεια.

*p.* 298. *l.* 3. ὑπὸ νόμον) Cod. Reg. ὑπὸ νόμου.

*p.* 299. *l.* 9 *sq.* φυγὴ πόνων ἀρχῆς.) *Hic interpr. aliam lectionem sequitur, istam videlicet,* φυγὴ πόνων. Ἀρχὴ, πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία. Δειλία *&c.* Steph. Scilicet Serranus vertit: *Pigritia est fuga laborum. Principium est prima causa, ut aliquid sit. Timiditas* &c. omissis altero, qui sequitur loco, πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία. Post hanc vero vocem, αἰτία, Cod. Reg. insertum habet συστολῆς.

*p.* 300. *l.* 2 *sq.* πρὸς φόβους οὓς μὴ δεῖ.) Cod. Reg. πρὸς φόβους, μὴ δεῖ.

*ead. l.* 8. πιπτόντων) Cod. Reg. πιπτομένων.

*ead. l.* 11. πόλεως εὐπαγής.) Cod. Reg. πόλεως ἁπάσης.

*ead. l.* 13. ἢ γενομένου) Cod. Reg. ἢ γινομένου.

*ead. l. ult.* σώζειν, ἢ περιποιεῖν) Cod. Reg. σώζειν, τὸ περιποιεῖν.

826044

BIPONTI

---

MENSE OCTOBRI

CIↃIↃCCLXXXVII

Plato - Opera Omnia.

vol. II

LIBRARY
Pontifical Institute of Mediaeval Studies
113 ST. JOSEPH STREET
TORONTO, ONT., CANADA

4854 .